

# CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

CVM

INTERPRETATIONE ET NOTIS INTEGRIS

IOHANNIS HARDVINI

ITEMQVE

CVM

COMMENTARIIS ET ADNOTATIONIBVS

HERMOLAI BARBARI PINTIANI

RHENANI GELENII

DALECHAMPII SCALIGERI SALMASII

IS. VOSSII I. F. GRONOVII

ET VARIORVM

*VOLVMEN DECIMVM*

RECENSVIT

VARIETATEMQVE LECTIONIS

ADIECIT

IOH. GEORG. FRID. FRANZIVS

LIPSIAE

IMPENSIS GVILIELMI GOTTLOB SOMMERI

A. C. CIƆIƆCCLXXXXI.

# LIBRARIVS LECTORI

Cum Franzius, cui ſane voluntas de literis bonis promerendi haud defuiſſe videtur, Opus Plinianum, cuius nouem Volumina, noſtris ſumtibus literarumque formis deſcripta, prodierant, morte praeuentus imperfectum reliquiſſet; curae nobis fuit, vt labor iſte tandem abſolueretur editionique noſtrae ab acceſſione noua aliquid commendationis conciliaretur. Itaque non tantum contextus Libri XXXVII ad editionem Harduini alteram accurate conformatus eſt, ſed etiam lectionis varietas ex margine editionis Hackianae (Gronouianam vulgo dicunt) et indicibus emendationum, quos Harduinus vtrique editionis ſuae Volumini ſubiunxit, diligenter notata. Deinde Gronouii Miſcellanea atque Harduini Emendanda et Addenda, a Franzio male neglecta, exhibentur: neque abeſſe voluimus Harduini diſquiſitionem de ſitu Paradiſi terreſtris, quanquam pretii, vt videtur, non admodum magni, ne fortaſſe deſideraretur aliquid, quod eſſet apud

Har-

Harduinum. Eam excipiunt varii generis Indices, ab Harduino quidem confecti, hic vero Libris eorumque segmentis accommodati. Sequitur Appendix, in quam praeter Magni Gesneri aliorumque emendationes et obseruationes collata sunt, quae ad notitiam literariam Operis Pliniani pertinent. Ad calcem denique subiectum est Marbodaei carmen de gemmis, nostra aetate raro obuium, quod ab Harduino ad multas lectiones Libri XXXVII, vel prauas corrigendas, vel rectas vindicandas, vtiliter adhibitum esse apparet; quare consilium cepimus, vt illud Opusculum, quod nec iucunditate, nec fructu quodam suo caret, cum studiosis Plinii communicaretur. Ceterum monendus est Lector, illud RECENSVIT, quod titulos superiorum Voluminum obsidet, in huius quoque Voluminis fronte, vt haberent similitudinem inter se, seruatum esse: quanquam noua Pliniani textus recensio a' Franzio nec instituta est, nec, in defectu librorum veterum, cum editorum, tum maxime scriptorum, institui potuit. Quodsi iudices aequi atque harum rerum periti studium nostrum probauerint, operae nos pretium fecisse existimabimus.

---

C. PLI-

# C. PLINII SECVNDI

# NATVRALIS HISTORIAE

## LIBER XXXVII.

### I.

Vt nihil inſtituto operi deſit, gemmae ſuperſunt, et in arctum coacta rerum naturae maieſtas, multis nulla ſui parte mirabilior. Tantum tribuunt varietati, coloribus, materiae, decori: violari etiam ſignis gemmas nefas ducentes. Aliquas vero extra pretia vlla, taxationemque humanarum opum arbitrantes, vt pleriſque ad ſummam abſolutamque rerum naturae contemplationem ſatis ſit vna aliqua gemma. Quae fuerit origo gemmarum, et quibus initiis in tantum admiratio haec

exarserit, diximus *a.* quadamtenus in mentione auri anulorumque. Fabulae *b.* primordium a rupe Caucasea tradunt *c.*: Promethei vinculorum interpretatione [1] fatali *d.*: primumque saxi huius fragmentum inclusum ferro, ac digito [2] circumdatum, hoc *e.* fuisse anulum, et hoc gemmam.

II. His

1. *futili* Dal. 2. *Sic ex* Mss. *H. et* M. *circumdatum, anulum et hoc gemmam. Gr. et Al.*

*a. Diximus quadamtenus*) Libro 33. Sect. 4. *Nam de Prometheo omnia fabulosa arbitror, quanquam illi quoque ferreum anulum dedit antiquitas: vinculumque id, non gestamen, intelligi voluit.* H.

*b. Fabulae*) Vide Seruium in sextam Virgilii eclogam. Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 16. *Primordia gemmarum*, inquit, *a rupe Caucasi fabulae ferunt Prometheum primum fragmentum saxi eiusdem inclusisse ferro, ac digito circumdedisse: iisque initiis coepisse anulum atque gemmam.* Sic et Marbodeus in praefat. H.

*c. Promethei vinculorum interpretatione fatali*) Prometheum Caucasi rupibus Iupiter alligauerat, quod per ludibrium sibi ossa pingui tecta in conuiuio apposuisset: quod ignem coelestem esset furatus: quod de stupro Mineruam solicitasset. Eum tamen post soluit, quod Thethidis amore captus, ab eo fatorum praescio cognouisset, nasciturum ex Thethide filium patre maiorem fore: et memor eorum quae aduersus patrem gesserat, metueret ne par redderetur: sed ea lege, vt suarum poenarum monumentum anulum ferreum, et coronam textam colligatis floribus gestaret. Rhodiginus cap. 19. lib. 6. *Dal.*

*d. Fatali*) Infelici. Ita libri omnes: non, vt quibusdam placet, *futili* H.

*e. Hoc fuisse*) Sententia est, ferrum digito circumdatum, anuli vicem praebuisse: gemmae, saxi fragmentum ferro inclusum. H.

II. (I.) His initiis coepit auctoritas, in tantum amorem elata, vt Polycrati *f.* Samio [1] seuero insularum ac litorum tyranno, felicitatis *g.* suae, quam nimiam fatebatur etiam ipse, satis piamenti in vnius gemmae voluntario damno videretur, si cum fortunae volubilitate paria *h.* faceret: planeque ab inuidia eius abunde se redimi putaret, si hoc vnum doluisset. Assiduo ergo gaudio lassus, profectus nauigio in altum, anulum mersit. At illum piscis eximia magnitudine Regi natus, escae vice raptum, vt faceret ostentum, in culinam domini rursus Fortunae *i.* insidiantis manu reddidit. [2] Sardonychem *k.* eam gemmam fuisse constat: ostenduntque Romae, si credimus, Concordiae *l.* delubro,



1. *seuero in V. d.* 2. *Smaragdum* Herod. in Thalia.

*f. Polycrati Samio*) Vide supra cap. 1 lib. 31. Valer. Max. cap. vltim. lib. 6. Tali historia, vel potius fabula, apud Pausaniam lib. 1. Theseus gemmam caelatam, quam Minos ira percitus in mare proiecerat, demersus retulit. *Dal.*

*g. Felicitatis*) Felicitatem suam satis minuendam arbitratus est, vnam eam gemmam si sponte perderet, si hoc fortunae semper alias blandienti quasi viciffim traderet, ne in aliis rebus adversam sentiret. H.

*h. Paria faceret*) Diximus de ea forma loquendi, lib. 2. sect. 88. nota 4. Referunt hanc historiam auctores alii appellati a nobis, lib. 33. sect. 6. H.

*i. Fortunae insidiantis manu reddidit*) Diximus supra ex Strabonis, opinor, lib. 14. a Persarum satrapa dolo captum, et suspendio necatum. *Dal.*

*Fortunae insidiantis*) Blandientis nunc quidem, sed paulo mox necem molientis, vt diximus lib. 33. sect. 6. H.

*k. Sardonychem*) Ita et Solinus, cap. 33. pag. 63. Smaragdum alii aiunt fuisse, inter quos Herodotus in Thalia, lib. 3. num. 41. pag. 178 H.

*l. In Concordiae*) Vrbis regione octaua. H.

bro, cornu aureo [1] Augusti *m.* dono inclusam, et nouissimum prope locum tot *n.* praelatis obtinentem.

III. Post hunc anulum regia fama est gemmae Pyrrhi *o.* illius, qui aduersus Romanos bellum gessit. Namque *p.* habuisse traditur achaten, in qua nouem Musae et Apollo citharam tenens spectarentur, non arte, sed sponte naturae ita discurrentibus maculis, vt *q.* Musis quoque singulis redde-

1. *Sic etiam M. Augustae Gr. et Al.*

*m. Augusti)* Sic Mss. omnes, non *Augustae*, vt editi, quod hoc loco absonum. H.

*n. Tot praelatis)* Cum tot alii ipsi praeferantur. H.

*o. Pyrrhi illius)* Regis Epirotarum, qui bellum aduersus Romanos decennio toto pro Tarentinis gessit, ante Punicum primum. H.

*p. Namque habuisse)* Solinus iisdem verbis cap. 5. pag. 21. Marbodeus, lib. de lapid. pret. cap. 2. fol. 10. et alii. Similem achaten, in quo Christi Domini nomen affabre delineatum cernatur, asseruat gazophylacium Augusti Romanorum Imperatoris, teste Lambecio, lib. 1. de Bibl. Caesar. fol. 25. §. 27. Alium, in quo B. Virginis cum puero Iesu effigies, sponte naturae depicta esset, vidisse se Aldrouandus ait, lib. 4. de metallis, cap. 73. pag. 107. Vide et Pancirolum, lib. rerum memorab. tit. 16. p. 43. et scriptores Ephemerid. Germ. tom. 1. Obseru. 156. p. 336. et Kircherum denique nostrum, lib. 8. de mundo subterran. sect. 1. H.

*q. Vt Musis quoque singulis)* Musarum insignia ex vetere tabula recitantur in Museo Cospiano, pag. 450. Calliope alphabeti elementa quatuor et viginti depicta gerit in tabella: quoniam libris totidem heroum facta, vt Achillis et Vlyssis contineantur. Ausonius Idyl. 20. *Carmina Calliope libris heroica mandat.* Clio ante pedes abiectos historiarum libros habet: *Clio gesta canens transactis tempora reddit.* Erato lyra canit: *Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu.* Thalia in viridanti luco obambulat: *Comica lasciuo gaudet*

'redderentur insignia.' Nec deinde alia, quae tradatur, magnopere gemmarum claritas exstat apud auctores: [2] praeterquam Ismeniam *r.* choraulem *s.*, multis fulgentibusque vti solitum, comitante fabula vanitatem eius, indicato *t.* in Cypro sex *v.* au-
A 3 reis

*1. darentur. M. 2. Val. M. lib. 3. cap. 2. Liuius decad. 5. lib. 8. Flor. lib. 2. cap. 17. auctor de vir. illustr. cap. 58. Iac. Cell.*

*det sermone Thalia.* Melpomene librum apertum manu gestat: *Melpomene tragico proclamat moesta boatu.* Terpsichore, citharam: *Terpsichore affectus citharis mouet, imperat, auget.* Euterpe, fistulam: *Dulciloquos calamos Euterpe flatibus vrget.* Polyhymnia, duplicem citharam: *Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.* Vrania sphaeram, circinumque: *Vraniae coeli motus scrutatur, et astra.* H.

*r. Ismeniam)* Ἰσμηνίαν, tibicinem Thebanum, de quo Plutarchus, lib. aduersus Epicurum, pag 1095. et in Pericle: *Cum audisset, inquit, Antisthenes, Ismeniam optimum esse tibicinem, respondit: Malus igitur: nam si probus esset, tibicen non esset.* H.

*s. Choraulem)* Χοραύλην, tibicinem qui in choro tibia canit. Olim quippe in comoediis, *quando chorus canebat, choreis tibiis, id est, choraulicis, artifex concinebat,* inquit Diomedes, lib. 3. pag. 489. Apud Gruter. pag. 1035. GLAPHYRI. CHORAVLAE mentio. In conuiuiis etiam cecinisse choraulas, ex Martiali scimus, lib. 9. Epigr. *Quod optimum sit quaeritis conuiuium? In quod choraules non venit.* H.

*t. Indicato)* Aestimato. Hard.

*v. Sex aureis denariis)* Denarios, nummosue aureos hic interpretamur, quorum quadraginta octo in libras auri fierent, singuli sex scripulorum, quorum vnumquodque vicenis sestertiis communibus, hoc est, duorum assium cum semisse singulis, aestimaretur, ac proinde quinque denariis argenteis; monetae nostrae (vt superius denarium argenteum assibus nostris octo taxauimus) assibus quadraginta. Ita aureus quisque denarius, qui esset sex scripulorum, ac proinde CXX. sester-

reis denariis smaragdo, in quo fuerat sculpta Amymone *x.*, iussisse numerari: et *y.* cum duo relati essent, imminuto pretio, male *z.* [1] hercules curatum, [2] dixisse: multum enim detractum gemmae *a.* dignitati. Hic videtur instituisse, vt omnes *b.* musicae artis hac quoque ostentatione censerentur, veluti Dionysodorus aequalis eius et aemulus, vt sic quoque par videretur. Tertius, qui eodem tempore fuit inter musicos, Nicomachus, multas gemmas habuisse traditur, sed nulla peritia electas: forte quadam his exemplis initio *c.* voluminis oblatis aduersus istos, qui sibi hanc ostentationem [3] arrogant, vt palam sit eos tibicinum gloria tumere.

IV. Polycratis gemma, quae demonstratur, illibata intactaque est. Ismeniae *d.* aetate multos post

1. *Sic ex Mss. H. et M. me Hercules Gr. et Al.* 2. *se dixisse* M. 3. *Sic ex* Mss. *H. et M. arrogent Gr. et Al.*

sestertiorum, siue XXX. denariorum argenti, esset monetae nostratis, librarum duodecim, *douze francs.* Sex denarii, septuaginta duae librae, *soixante-douze livres*, ou *vingt-quatre écus.* Hard.

*x. Amymone*) Vna ex Danai quinquaginta filiabus, quae a Neptuuo compressa Nauplium peperit. *Dal.*

*Amymone*) Danai filia, cuius fabulam vide apud Hyginum, fol. 169. H.

*y. Et cum duo relati*) Mercatorem puduit tanti aestimasse vel vnicum: pretio persoluto, duos emptori obtulit. H.

*z. Male*) Male profecto prouisum a mercatore. H.

*a. Gemmae dignitati*) Cui gemma ex maiore pretio maior dignitas accessisset. Hard.

*b. Omnes musicae artis*) Subintellige, periti. Sic lib. 7. sect. 40. *Grammaticae artis Daphni Gnatio.* H.

*c. Initio*) Initio huius libri his exemplis casu propositis aduersus eos etc. H.

*d. Ismeniae aetate*) Vixit is fere annis centum post Polycratem: hic Tarquinii Super-

post annos, apparet scalpi etiam smaragdos solitos. Confirmat hanc eamdem opinionem edictum *e.* Alexandri Magni, quo vetuit in gemma se ab alio scalpi, quam a Pyrgotele, non dubie clarissimo artis eius. Post eum Apollonides et Cronius in gloria fuere: quique diui Augusti imaginem similem expressit, qua *f.* postea Principes signabant, Dioscorides. *g.* Sylla Dictator *h.* traditione Iugur-



Superbi Romanorum regis aetate. H.

*e. Edictum Alexandri*) De quo diximus antea, lib. 7. sect. 38. H.

*f. Qua postea principes*) Suetonius, loc. cit. Dio, lib. 49. p. 417. H.

*g. Dioscorides*) Mentio huius apud Tranquillum, in Augusto, cap. 50. H.

*h. Sylla Dictator traditione Iugurthae*) In antiqui denarii aduersa parte impressum est caput Torquati cuiusdam cum his literis, FAVSTVS: in auersa parte signatus Sylla in solio sedens, adstante Boccho in genua procumbente, et velut herbam porrigente, Iugurthaque manibus in tergum reuinctis, humi abiecto, elato crure dextro. Vrsinus 75. Vide Valer. cap. 15. lib. 8. Plutarchum in Sylla. *Dal.*

*Traditione Iugurthae*) Hoc est, sigillo in quo Bocchus erat insculptus, Iugurtham Syllae tradens. Plutarchus in Mario, pag. 411. Αὐτός τε Σύλλας σφραγίδα ποιησάμενος ἐφόρει, γλυφὴν ἔχουσαν ἐγχειριζόμενον ὑπὸ τοῦ Βόκχου τὸν Ἰουγούρθαν ἑαυτῷ, καὶ ταύτῃ χρώμενος ἀεὶ διετέλει. Hoc ipsum repetit iterum, pag. 424. et in Sylla, pag. 452. et libro de Reip. gerendae praeceptis, p. 806. Valerius Max lib. 8. cap. 14. p. 408. *L. Sylla . . . Iugurtha a Boccho rege ad Marium perducti totam sibi laudem tam cupide asseruit, vt anulo quo signatorio vtebatur, inscriptam illam traditionem haberet.* Bocchus Iugurtham Syllae dedidit, cum is a Mario legatum ageret, anno V. C. DCXLVIII. Exstat eius facti memoria in nummis, apud Patinum. pag. 88. Vide notas et Emend. ad librum 7. num. CXVIII. H.

thae semper [1] signauit. Est apud auctores, et Intercatiensem *i.* illum, cuius patrem Scipio *k.* Aemilianus ex prouocatione interfecerat, pugnae eius effigie signasse: vulgato [2] Stilonis *l.* Praeconini sale, quidnam fuisse facturum eum, si Scipio a patre eius interemptus esset. Diuus Augustus inter initia Sphinge *m.* signauit. [3] Duas in matris anulis iam indiscretae similitudinis inuenerat. Altera per bella ciuilia, absente eo, amici signauere epistolas et edicta, quae ratio temporum nomine eius reddi postulabat, non infaceto lepore accipientium aenigmata afferre eam sphingem. Quin etiam

1. *signant.* M. *signarunt. V.* 2. *stilo, plerumque incommodum valere aliquid. Non enim hoc fuisse acturum si Scipio* Turn. ex V. man. *stilo mordaci et pungenti ico.* V. 3. *Duas autem in matris V.*

*i. Intercatiensem*) Ab Intercatia Hispaniae citerioris oppido, de quo lib. 3. sect. 4. num. 4. H.

*k. Scipio Aemilianus*) Idem Africanus posterior appellatus, qui Carthaginem Numantiamque deleuit. Epitome Liuii, lib. 48. *In Hispania P. Cornelius Africanus Scipio Aemilianus, L. Pauli F. Africani nepos, sed adoptiuus, prouocatorem barbarum Tribunus militum occidit.* H.

*l. Stilonis*) De eo in Auctorum Indice diximus, verbo *Aelius Stilo.* In Colb. 3. aliter haec leguntur, sed mendose, credo: *vulgato stilo, plerumque incommodum valere aliquid: non enim hoc fuisse acturum eum, si,* etc. H.

*m. Sphinge signauit)* Pompeius ensifero leone. Alex. ab Alex. cap. 19. lib. 2. *Dal.*

*Sphinge signauit*) Dio Cassius, lib. 49. pag. 417. Tranquillus in Augusto, cap. 50. *In diplomatibus, libellisque, et epistolis signandis, initio sphinge vsus est: mox imagine Magni Alexandri: nouissime sua, Dioscoridis manu sculpta: qua signare insecuti quoque principes perseuerarunt.* Sigilli huius, siue sphingis effigiem disce ex Plinio, lib. 8. sect. XXX. Hard.

iam Maecenatis *n.* rana; [1] per collationem pecuniarum in magno terrore erat. Augustus postea ad euitanda conuicia sphingis, Alexandri Magni imagine signauit.

V. Gemmas plures, quod peregrino appellant nomine dactyliothecam *o.*, primus omnium habuit Romae priuignus Syllae Scaurus. *p.* Diuque nulla alia fuit, donec Pompeius Magnus eam quae Mithridatis regis fuerat, inter dona in Capitolio dicaret, vt M. Varro aliique eiusdem aetatis auctores confirmant, multum praelatam Scauri. *q.* Hoc exemplo Caesar Dictator sex dactyliothecas in aede *r.* Veneris Genetricis consecrauit: Marcellus Octauia *s.* genitus in Palatina Apollinis [2] cella *t.* vnam.

 VI. Victo-

1. *propter. V.* 2. *Sic etiam* M. *aede Gr. et Al.*

*n. Maecenatis rana*) Seneca in epist. 115. de Maecenate: *Nam etiam cum absentis Caesaris partibus fungeretur, signum a discincto petebatur.* Dal.

*Maecenatis rana*) Quod in anulo signum habebat, id ob exactiones pecuniarum, quae Augusti nomine fiebant, magnos terrores ingerebat: infausto enimuero omine coaxare ea rana iactabatur. H.

*o. Dactyliothecam)* Δακτυλιοθήκην, anulorum repositorium. H.

*p. Scaurus*) Aedilis ille, de quo lib. 36. sect. 24. num. 7. H.

*q. Scauri*) Subintellige, dactyliothecae. H.

*r. In aede Veneris*) In Foro. H.

*s. Octauia genitus*) Fuit ea Augusti Principis soror, cuius ille nomine et Bibliothecam condidit, Octauianam appellatam. Dio, lib. 49. p. 417. De hoc Marcello Maro, lib. 6. Aeneid. *Tu Marcellus eris.* H.

*t. Apollinis cella*) Cella pars templi sacratior, in quam ingredi nefas fuit. Sic Mss. non, vt editi, *Apollinis aede.* Fuit autem haec aedes in Palatio, decima Vrbis regione, vnde Palatina dicta. Sic Gellius, lib. 7.

VI. Victoria tamen illa Pompeii primum ad margaritas gemmasque mores inclinauit: ſicut L. Scipionis *v.* et Cn. Manlii *x.* ad caelatum argentum, veſtes Attalicas, triclinia aerata: ſicut L. Mummii *y.*, ad Corinthia et tabulas pictas. (II.) Id vti planius noſcatur, verba ex ipſis Pompeii triumphorum actis ſubiiciam. Ergo tertio triumpho, quem de piratis, Aſia, Ponto, gentibusque et regibus in ſeptimo *z.* operis huius volumine indicatis, M. Piſone *a.*, M. Meſſala Conſulibus, pridie Kalend. Octob. die [1] natalis *b.* ſui egit, transtulit alueum *c.* cum teſſeris [2] luſorium e gemmis duabus, latum pedes tres, longum pedes quatuor: (et ne quis de ea re dubitet, nulla gemmarum magnitudine hodie prope ad hanc amplitudinem accedente, in ea fuit Luna aurea pondo XXX.) [3] lectos tricliniares tres: vaſa ex auro et gemmis abacorum *d.* nouem: ſigna aurea tria, Mineruae, Martis,

1. *natali ſuo. Alii.* 2. *luſoriis. M.* 3. *lecti* M.

lib. 7. cap. 1. ait *Scipionem Africanum ſolitauiſſe noctis extremo, prius quam dilucularet, in Capitolium ventitaret, ac iuberet aperiri cellam Iouis, atque ibi ſolum diu demorari, quaſi conſultaturum de Republica cum Ioue*, etc. H.

*v. L. Scipionis)* Aſiatici, de quo lib. 33. ſect. 53. et alibi ſaepius. H.

*x. Et Cn. Manlii)* De eo, lib. 34. ſect. 8. H.

*y. L. Mummii)* Achaici, qui Corinthum cepit, anno DCVIII. H.

*z. In ſeptimo)* Libro 7. ſect. 27. H.

*a. M. Piſone*, etc.) Anno Vrbis DCXCIII. H.

*b. Die natalis ſui)* Vnicum triumpho diem Plinius adſignat. Vide Plutarchum in Pompeio. H.

*c. Alueum . . . luſorium)* *Un damier*, ou *un échiquier.* Hard.

*d. Abacorum)* Quae nouem abacis onerandis paria forent. H.

Martis, et Apollinis: [1] coronas ex margaritis triginta tres: montem aureum quadratum cum ceruis et leonibus, et pomis omnis generis, [2] circumdata vite aurea: Museum *e.* ex margaritis, in cuius fastigio horologium erat: Imago Cn. Pompeii e margaritis, illa regio honore grata, illius *f.* probi oris venerandique per cunctas gentes, illa, inquam, ex margaritis, seueritate victa, et *g.* veriore [3] luxuriae triumpho. [4] Profecto *h.* inter molles viros durasset cognomen Magni, si prima *i.* victoria sic trium-

1. *coronae, etc. mons aureus quadratus. V.* 2. *circundaris.* M. 3. *luxuria quam triumpho. V. Paris.* 4. *Quam parum inter molles viros durasset cognomen Magni, si prima victoria sic triumphasses? E marga. etc. V. Quam profecto inter illos viros Gr. et Al.*

*e. Museum)* Μȣσεῖον simulacrum esse aediculae Musis dicatae videtur. Sic Ἰσεῖον Isidis monumentum, vt alibi diximus. H.

*f. Illius probi oris)* In quo forma et species est liberalis. Familiaris Plinio locutio, vsurpata superius, lib. 7. sect. XI. H.

*g. Et veriore)* Et verius luxuriae, quam Pompeii triumpho. H.

*h. Profecto)* Profecto et molles viri ad Magni cognomen aspirassent, si prima victoria sic triumphasses: cum incertum foret, virtusne tum, an luxuria triumpharet. A profuso quidem sumptu in exstructionem Pompeiani theatri, Magni ei cognomen haesisse, sensit Cassiod. lib. 4. Var. epist. 51. falso, vt constat ex Plinio, libro 7. sect. XXVII. Nam ex Africa tota subacta et in ditionem redacta id cognomen tulit. Transiit illud ad posteros cognominis vice. Vide N. et Em. num. I. (hic add.) *Profecto inter molles viros etc.)* Sic totidem apicibus ac syllabis Reg. 2. Colb. 3. aliique Mss. Quibus verbis cum subsit sententia paulo reconditior, nec statim legentibus obuia, Pliniani interpolatores hactenus ita edidere: *Quam profecto*, vel *Quod profecto inter illos viros durasset*, etc. H.

*i. Prima victoria)* Africa nempe subacta, vnde Magni cognomen tulit, vt di-ctum

triumphasses. [1] E margaritis, Magne, tam prodiga re, et feminis *k.* reperta, [2] quam gerere te fas non sit, hinc fieri tuos vultus? sic te pretiosum videri? Nonne illa similior tui est imago, quam Pyrenaei *l.* iugis imposuisti? Graue profecto foedumque probrum erat, [3] ni verius irae Deorum ostentum credi oporteret, clareque intelligi posset, iam *m.* tum illud caput, Orientis opibus sine reliquo corpore ostentatum. Cetera triumphi eiusdem quam virilia! [4] Reipublicae *n.* et Quaestoribus, qui oram

1. *Sic ex Mss. H. et Gr. et Al.* 2. *quam habere gereveque te. V. Parm.* 3. *ni verius saeuum populo Ro. deorum ostent. M.* 4. *Reipublicae datum mille talentum, legatis et quaestoribus: qui oras maris defendissent, H S bina millia, commilitibus singulis quinquaginta Gr. et Al.*

ctum est proxime: etsi victoriae antea illius aliae commemorantur. H.

*k. Et feminis*) In feminarum vsum. H.

*l. Pyrenaei iugis*) Vide quae dicta sunt lib. 7. sect. 27. H.

*m. Iam tum illud caput*) Quod e margaritis, hoc est, Orientis opibus, thorace tenus, vt solet, conflatum, ea triumphi pompa delatum est: perinde ac si saeuum illud deorum ostentum esset, fore aliquando vt caput eius praecisum Orienti toti sine reliquo corpore ostentaretur. Ptolemaei scilicet regis Aegypti iussu trucidatus est, vt quidem referunt scriptores rerum Romanarum omnes. Hard.

*n. Reipublicae datum mille talentum, legatis et quaestoribus, qui oras maris defendissent, H. S. bina millia, commilitibus singulis quinquaginta*) Corrupte. *Commiles* Latinum esse vocabulum, non constat. Legendum, *Reipublicae et quaestoribus, qui oras maris defendissent, datum mille talentum, militibus singulis sena millia sestertiorum.* Sic plane Mss. et membranaceus Bibliothecae Academicae: sic complures, a Budaeo inspecti, qui Plutarcho et Appiano adhibitis rescribit: *Praefectis et quaestoribus, qui oras maris defendis-*

oram maris defendissent datum mille *o.* talentum: militibus singulis sena *p.* millia sestertium. Tolerabiliorem tamen fecit causam Caii *q.* Principis, qui

*fendissent, datum mille talentum, militibus singulis sena millia sestertium, comitibus quinquagena.* Lib. 3. de Asse. *Gronouius.*

*Reipublicae* etc.) Vide Not. et Emend. num. II. (hic pos.) *Reipublicae, et quaestoribus etc.*) Nusquam grassata liberius, quam in hunc locum, editorum audacia: sic enim typi hactenus vulgati: *Reipublicae datum mille talentum: legatis et quaestoribus, qui oras maris defendissent, H-S. bina millia: commilitibus singulis quinquaginta.* Quis vmquam in Latina lingua *commilites* audiit? Nos exemplarium vetustissimorum, integerrimorumque, secuti sumus fidem, in primis Reg. 2. et Colb. 3. in quibus totidem syllabis et apicibus locus hic exhibetur, quot repraesentamus: neque in iis modo, sed et in illis quos Budaeus inspexit, lib. 3. de asse, fol. 82. De portione certe praemiorum, quae sunt militibus singulis distributa, ad eorum codicum fidem, quos secuti sumus, accedit auctoritas Appiani ac Plutarchi, a quibus illud ipsum memoriae traditum est. Ille enim, lib. de bellis Mithrid. pag. 252. iste in Pompeio, pag. 642. viritim singulis collatas aiunt drachmas Atticas mille et quingentas, καθ' ἕκαςον ἄνδρα χιλίας πεντακοσίας Ἀττικὰς δραχμάς. Sunt autem drachmae seu denarii M. D. sena millia sestertium, vt liquet. H.

*o. Mille talentum)* Sic Tullius, 6. Philipp. 15. *Quis inuentus est, qui L. Antonio mille nummum ferret expensum?* Talenta porro Attica mille (nam de his accipiendum id puto) monetae nostratis libras seu florenos faciunt omnino 2400000. Hard.

*p. Sena millia sestertium)* Monetae Gallicae, libras sexcentas. H.

*q. Caii)* Caesaris Germanici. Indutum hunc muliebribus vestimentis, progressum in publicum, prodidere etiam Iosephus, lib. 19. Antiq. Iud. cap. 1. et Tranquillus in eius vita, cap. 52. *Vestitu, calceatuque, et cetero habitu, neque patrio, neque ciuili, ac ne virili quidem, ac denique humano semper vsus est. Saepe depictas gemmatasque indutus,*

qui *r.* super omnia muliebria, socculos induebat e margaritis: et Neronis Principis, qui [1] sceptra [2] et personas *s.* histrionum, et cubilia amatoria vnionibus construebat. Quin immo etiam ius videmur perdidisse corripiendi *t.* gemmata potoria, et [3] varia [4] supellectilis genera, anulos *v.* transeuntes. Quae enim non luxuria innocentior [5] existimari possit?

VII. Eadem victoria primum in Vrbem murrhina [6] inuexit: primusque Pompeius *x.* [7] lapides et *y.* pocula ex eo triumpho Capitolino Ioui dicauit: quae protinus ad hominum vsum transie-

1. *sceptra personis, et cubilia.* M. 2. *Sic etiam* M. *et personas et cubicula viatoria Gr. et Al.* 3. *variae. V.* 4. *supellectilium.* M. 5. *videri potest. M.* 6. *Sic ex* Mss. *H. inuexit, etiam M. Induxit . . . Pompeius sex pocula.* 7. *Sic etiam M. sex pocula Gr.*

*dutus paenulas . . . ac modo in speculatoria caliga, nonnumquam socco muliebri*, etc. Hard.

*r. Qui super)* Qui inter alios mores muliebres. H.

*s. Et personas*, etc.) Sic Reg. 2. codex. In Colb. 3. *et cubilia victoria.* In libris hactenus edidis, *et personas, et cubicula viatoria, histrionum* voce praetermissa, ceterisque immutatis. H.

*t. Corripiendi)* Reprehendendi. H.

*v. Anulos)* Quando de anulis silemus. Quae enim non luxuria prae illa innocentior videatur? H.

*x. Pompeius*, etc.) Vide Not. et Emend., num. III. (hic add.) *Primusque Pompeius* etc.) A codicum fide et conspirante consensu non discedimus, Reg. 2. Colb. 3. vetere Dalecampii exemplari, aliisque. Typi hactenus vulgati id exhibent solum: *Pompeius sex pocula:* insigni admodum interpolatione: nam e sex poculis, abacos et vasa escaria, id quod statim affirmatur a Plinio, conflata vmquam, aut conflari vmquam posse, quis credat? H.

*y. Pocula)* Quibus in itinere, profectionibus et expedionibus cum Roma discessisset, vtebatur. *Dal.*

transiere, abacis z. etiam escariisque vasis inde expetitis. Excrescitque in dies eius rei luxus, murrhino [1] LXX. talentis *a.* empto, capaci plano ad sextarios *b.* tres calice. Potauit ex eo ante hos annos Consularis, ob amorem *c.* [2] abroso eius margine, vt tamen iniuria illa pretium augeret: neque est hodie murrhini alterius praestantior *d.* indicatura. Idem in reliquis generis eius quantum vorauerit, licet existimare ex multitudine, quae tanta fuit, vt auferente *e.* liberis eius Nerone Domitio, theatrum peculiare trans Tiberim [3] hortis *f.* exposita occuparent: quod a populo impleri canente se, dum Pompeiano praeludit *g.* etiam Neroni satis erat:

*1. Sic etiam M. octoginta sestertiis Gr. et Al. 2. Sic etiam M. obroso Gr. 3. orcis. Alii foris. V. in hortis Alii V.*

z. *Abacis etiam)* Abacos vocat fulcra, pluteosque, quibus vasa, candelabraque, et alia imponimus. *Des gueridons.* H.

*a. LXX. talentis)* Ita Reg. 2. Colb. 3. vet. Dal. Monetae nostrae librae sunt, seu floreni 168000. De talentis Atticis haec accipimus, de quibus alibi. Typi vulgati hactenus, LXXX. *sestertiis*, nullo codice suffragante. H.

*b. Ad sextarios tres)* Mensura Gallica, *deux pintes et demiseptier.* Vide quae diximus lib. 14. sect. 6. H.

c. *Ob amorem)* Quo calicem hunc deperibat. H.

*d. Praestantior)* Maius pretium. H.

*Praestantior indicatura)* Diximus de hac voce, in praefat. ad Titum, et lib. 29. sect. 8. H.

*e. Vt auferente)* Vt cum Nero Caesar ea pocula liberis eius auferret. H.

*f. Hortis exposita) Flagitantibusque cunctis coelestem vocem, respondit quidem in hortis se copiam volentibus facturum.* Sueton. in Nerone cap. 21. et 22. *Dal.*

*Hortis)* In hortis suis, Neronis scilicet. P. Victor in descript. Romae, regione XIV. *Trans Tiberim ... Hortus Domitii.* H.

*g. Dum Pompeiano praeludit)* Scil. theatro: vt intelligamus theatrum hoc

[1] erat: qui vidit tunc annumerari vnius ſcyphi fracta membra: quae in dolorem *h.*, credo, ſaeculi inuidiamque fortunae, tamquam Alexandri *i.* Magni corpus, in conditorio ſeruari, vt oſtentarentur, placebat. T. Petronius *k.* Conſularis moriturus,

*1. erat, Vidi tunc anu. vn. ſc. fracti. M.*

tranſtiberinum Pompeiani fuiſſe praeludium. Nam Nero priuſquam probe perfricuiſſet frontem minoribus ſe oſtentauit theatris, poſtremo in Pompeii theatro in conſpectu totius populi Rom. ineptire non erubuit. *Gelen.*

*Dum)* Dum ſe parat ad canendum in Pompeii theatro. H.

*Dum Pompeiano)* Theatrum illud Tranſtiberinum innuit Pompeiani fuiſſe praeludium. Nam Nero priuſquam bene perfricuiſſet frontem, minoribus ſe oſtentauit theatris: poſtremo in Pompeii theatro, in conſpectu totius populi Romani ineptire non erubuit, ſiue cantando, ſiue aurigando. Tranquillus in Nerone, cap. 22. *Mox et ipſe aurigare, atque etiam ſpectari ſaepius voluit: poſitoque in Hortis, inter ſeruitia, et ſordidam plebem rudimento, uniuerſorum ſe oculis in Circo maximo praebuit.* Et antea cap. 21. *Cum magni aeſtimaret cantare, etiam Romae Neroneum agona ante praeſtitutam diem reuocauit: Flagitantibusque cunctis caeleſtem vocem, reſpondit quidem in Hortis ſe copiam volentibus facturum.* H.

*h. In dolorem)* Vt doleret praeſens ſaeculum, indideretque fortunae ſuperioris aetatis. H.

*i. Alexandri) Magni Alexandri thoracem repetitum* a Caligula *e conditorio eius,* ſcribit Tranquillus, cap. 52. in Caio. Fuit illud Alexandriae, aureum primo, mox vitreum, cum ſublatum furto aureum fuiſſet. Strabo, lib. 18. p. 794. Hard.

*k. T. Petronius)* Titum quoque Plutarchus appellat, lib. de diſcrimine adulatoris et amici: vbi exprobratam ab eo Neroni tenuitatem ac ſordes refert. Caium Tacitus non ſemel appellat: in primis, lib. 16. Annal. p. 271. vbi de hoc ipſo loqui eum, de quo et Plinius agit, res ipſa indicio eſt. Ibi Proconſul Bithyniae, mox Conſul, dein reuo-

rus, inuidia Neronis Principis, vt mensam eius exheredaret *l.*, trullam *m.* murrhinam trecentis [1] taléntis *n.* emptam fregit. Sed Nero, vt par [2] erat Principem, vicit omnes, trecentis [3] talentis capidem *o.* vnam parando. Memoranda res tanti Imperatorem patremque patriae bibisse.

VIII. Oriens *p.* murrhina mittit. Inueniuntur enim ibi in pluribus locis, nec insignibus maxime

1. *Sic etiam M. sestertiis Gr. et Al.* 2. *Erat principem facere, vicit omnes. V. erat, principes vicit omnes. V.* 3. *Sic etiam M. sestertiis Gr.*

reuolutus ad vitia, seu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium assumptus a Nerone dicitur. Et pag. 272. *Flagitia principis sub nominibus exoletorum feminarumque, et nouitate cuiusque stupri perscripsit, atque obsignata misit Neroni*, etc. Quibus verbis opus illud signari quidam arbitrantur, quod Petronii Arbitri Satyricon appellatur: quibus non ego credulus. H.

*l. Exheredaret*) Heredi auferret. H.

*m. Trullam*) Trullam glossae *χέρνιβον et aequiminale*, seu pollubrum interpretantur, *un bassin á laver.* Hard.

*n. Trecentis talentis*) Sic Mss. omnes. Monetae Gallicae floreni seu librae sunt, 720000. Attica talenta vbique interpretor. Libri hactenus editi, et hoc loco, et eo qui proxime sequitur, *trecentis sestertiis* legunt, nullo adstipulante vetere exemplari. H.

*o. Capidem vnam*) Capis genus est poculi a capiendo dictum, auctore Festo. Liuius lib. 10. *Cum capide ac lituo capite velato, victimam caedat.* In Mss. *iaspidem*, sed mendose. H.

*p. Oriens murrhina*) Glossarium vetus Latino-Gallicum, murrhina vasa vocat *Hanaps de madre.* Sed madrata haec opera e ligno fuisse verius alii censent cum Ruellio, quem secuti sumus lib. 13. sect. 30. Vasa fuere ex pretioso lapide sui nominis, suique generis. De his multa eleganter et accurate Gretserus noster, et qui ex eo fecit epitomen Raderus item noster in Martialem, lib. 14. pag. 860 et seq.

xime Parthici regni: praecipue tamen in Carmania. Humorem putant sub terra calore densari. Amplitudine nusquam paruos *q.* excedunt abacos: crassitudine *r.* raro, quanta dictum est vasi potorio. Splendor *s.* his sine viribus: nitorque [1] verius, quam splendor. Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoremque, et tertium ex vtroque ignescentem, veluti per transitum coloris, in [2] purpura *t.*, aut rubescente lacteo. Sunt qui maxime in iis [3] laudent extremitates, et quosdam colorum repercussus, quales in caelesti arcu spectantur. His maculae

*1. potius. V.* *2. purpura candescente, aut lacte rubescente. V. purpura rubescente, aut lacte candescente Gr. et Al.* *3. laudant. M.*

seq. Quare eadem hic adtexere supersedemus, ne actum agere videamur. Vide quae obiter perstrinximus, lib. 33. sect. 2. et adde ea quae Passeratius habet in Propertium lib. 4. elegia 5. Hunc Plinii locum totidem fere verbis exscripsit Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 12. Hard.

*q. Parvos ... abacos)* Des gueridons, ut diximus sup. sect. H.

*r. Crassitudine)* Raro, inquit, murrhini lapidis crassitudo tanta est, vt excauari possit in eam altitudinem, quae vasi potorio superiore sect. attributa est, *capaci plane ad sextarios tres calice.* Hard.

*s. Splendor his sine viribus)* Neque enim erant translucida, nisi forte, vt Plinii verbis vtar, crassiore visu. Hard.

*t. In purpura)* *Cum murrhini area* vel purpurea sit, vel lactei coloris simul ac rubescentis H.

*In purpura, aut rubescente lacteo)* Sic Mss. omnes. Editi corrupte, *purpura rubescente, aut lacte candescente.* Isidorus, qui hunc locum totidem alioqui verbis expressit, voces eas omnino neglexit. *Varietas eius,* inquit, lib. 16. Orig. cap. 12. *in purpuram candoremque, et ignem, cum quibusdam colorum repercussionibus, quales in caelesti arcu spectantur.* Hard.

culae pingues placent: translucere quidquam aut pallere, vitium est. Item sales, verrucaeque non eminentes, sed vt in corpore etiam plerumque sessiles *v.* Aliqua *x.* et in odore commendatio est.

IX. Contraria *y.* huic causa crystallum facit, gelu *z.* vehementiore concreto. Non [1] aliubi *a.* certe



*1. alibi. M.*

*v. Sessiles)* Depressae. H.

*x. Aliqua et in odore)* E murrhinis calicibus vina potabant, quod ex illo vasis genere gratiorem ea traherent saporem. Martialis, lib. 13. Epigr. 113. cui lemma: *Myrrhina. Si calidum potas, ardenti myrrha Falerno Conuenit: et melior fit sapor inde mero.* H.

*y. Contraria)* Ad verbum haec Isidorus, loc. cit. Et cap. 13. *Crystallus resplendens et aquosus colore. Traditur quod nix sit glacie durata per annos. Vnde et nomen ei Graeci dedere.* Statius item in Epithalamio Stellae: *Raraque longaeuis niuibus crystalla gelari.* Seneca lib. 3. Natural. quaest. cap. 25. *Quis non grauissimas esse aquas credat, quae in crystallum coëunt? Contra autem est: tenuissimis enim hoc euenit, quas frigus ob ipsam tenuitatem facillime gelat. Vnde autem fiat eiusmodi lapis, apud Graecos ex ipso nomine apparet.* Κρύσταλλον *enim appellant aeque hunc perlucidum lapidem, quam illam glaciem, ex qua fieri creditur:* etc. Basilius quoque, homil. 3. in Hexaëm. pag. 34. Diodorus Siculus, lib. 2. Bibl. pag. 134. crystallum ait quidem ex aqua purissima in glaciem indurata coalescere: non quidem a frigore, sed diuini ignis potentia. H.

*z. Gelu vehementiore concreto)* Fallitur Plinius. Crystallus fit e lapidescente perspicuo succo, quem sub terris, aut inter gelidas rupium venas frigiditas vehemens glaciat, et durat. Vide Agricolam lib. 6. fossil. Diodorus crystallum scribit ex aqua pura concrescere, sed vi caloris diuini. Rhod. cap. 10. lib. 1. De crystallo vide Orpheum et Theophr. περὶ λίθων. Dal.

*a. Non aliubi)* Id vero alii negant, vt Marbodeus cecinit, lib. de lapid. pret. cap. 23. *Pars negat, et multis perhibent in partibus orbis Crystal-*

certe reperitur, quam vbi maxime hibernae niues rigent: glaciemque *b.* esse certum est: vnde *c.* et nomen Graeci dedere. Oriens et hanc mittit, [1] quoniam Indicae *d.* nulla praefertur. Nascitur *e.* et in Asia vilissima circa Alabanda, et Orthosiam, finitimisque montibus, [2] item in Cypro. Sed laudata in Europae Alpium *f.* iugis. Iuba auctor est, et in quadam insula Rubri maris ante Arabiam sita nasci, quae [3] Necron *g.* vocetur, et in *h.* ea quae iuxta

1. *Sic ex Mss. H. sed Indicae Gr. et Al.* 2. *item Cypro laudata, et in Eur. M.* 3 *Necron. M.* τῶν νεκρῶν. *Neron Gr. et Al.*

*Crystallum nasci, qua non vis frigoris vlla est, Nec glacialis hiems*, etc. Sequitur nempe Solinum, cap. 15. pag. 36. H.

*b. Glaciem esse*) Glaciem intellige, non caelestem aquam, in extimis montium iugis, sed succum potius in terrae visceribus, atque inter cautes, vti mox dicetur, vehementiore gelu concretam: frigoris vi conglutinatum et coactum. H.

*c. Vnde et nomen*) Κρύσταλλος a frigore, ἀπὸ τῦ κρύυς. H.

*d. Indicae nullae praefertur*) Garcias ab Horto c. 47. lib. 1. nullam per vniuersam Indiam crystallum reperiri scribit. *Dal.*

*Quoniam Indicae*) Vide Notas et Emendationes, num. IV. (hic pos.) *Oriens et hanc mittit*, etc.) Sic Mss. Reg. 2. Colb. 3. aliique. Libri hactenus editi: *sed Indicae nulla praefertur*: Male. Sententia est, etiam in Oriente gigni crystallum, idque vel ex eo argumento constare, quod vulgo crystallo Indicae nulla praefertur. Nunc per vniuersam Indiam reperiri nullam crystallum aiunt: Fuisse olim, luculentus est auctor Strabo, lib. 15. pag. 717. Solinus item, et Morbodeus, laudandi inferius, sect. 15. Hard.

*e. Nascitur et in Asia*) Solinus, cap. 15. pag. 36. in Scythia. Strabo, lib. 15. pag. 140. in Cappadocia. De Alabandis, Orthosiaque, lib. 5. sect. 29. H.

*f. Alpium iugis*) Sic Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 13. Hard.

*g. Quae Necron vocetur*) Sic

iuxta gemmam topazion [1] ferat, cubitalemque *i.* effossam a Pythagora Ptolemaei regis praefecto. Cornelius [2] Bocchus *k.* et in Lusitania nasci perquam mirandi ponderis [3] Ammaënsibus *l.* iugis, depres-



1. *fert. M.* 2. *Nepos dicit. M.* 3. *immensis iugis Gr. et Al.*

Sic Mss. omnes: Reg. 2. Colb. 3. vetus Dalec. etc. Τῶν νεκρῶν insula, *Necronnesos*, hoc est, mortuorum: vt Macaronnesos, τῶν μακάρων. Libri editi, *Neron*, mendose. H.

*h. Et in ea quae iuxta*) De hac insula dictum est, lib. 6. sect. 34. H.

*i. Cubitalemque*) Crystallum. H.

*k. Cornelius Bocchus et in Lusitania*) Legend. *Cornelius Bocchus et in Lusitania nasci perquam mirandi ponderis in Lunensibus iugis, etc.* Lunae promontorium in Lusitania: *depressos puteos ad libramentum aquae*, ad librandam aquam depressos intellige. legi etiam posset, *Anensibus iugis*. vt de iugis intelligat, vnde Ana fluuius oritur. *Salmas.* p. 407. b.

*Cornelius Bocchus*) Laudatur hic sane in Indice huius libri, ex Mss omnibus. Hoc loco tamen quidam codices, non *Bocchus*, sed *Nepos* habent: mendose. Nam et vetustae editiones *Bocchus* habent: et ipse Plinius hoc ipsum repetens inferius, sect. 43. *Bocchus*, inquit, *auctor est, et in Hispania repertas, quo in loco crystallum dicit ad libramentum aquae puteis defossis inde erutam.* H.

*l. Ammaënsibus iugis*) Vide Notas et Emendationes, num. V. (hic adi.) *Et in Lusitania nasci ..... Ammaënsibus iugis.* In Mss. Reg. 2. et Colb. 3. *Annensibus* et *Amnensibus iugis.* Salmasius in Solinum, pag. 407. *Lunensibus iugis* legi coniiciebat posse, quoniam, credo, Σελήνης ὄρος Lunae promontorium in Lusitania Ptolemaeus agnouerit: satis audaci coniectura. Adiicit idem, posse scribi *Anensibus*, vt de iugis intelligatur, vnde Ana fluuius oritur, perinde quasi in Lusitania is, non in Hispania citeriore oriatur, vt diximus lib. 3. sect. 2. pag. 288. Ammienses, siue Ammaënses in Lusitania populos nouimus appellatos, lib. 4. sect. 35. Hinc iuga Ammaënsia. H.

depressis ad libramentum *m.* aquae puteis. Mirum et quod Xenocrates tradit Ephesius, aratro in Asia et Cypro excitari. Non enim inueniri in terreno, nec nisi inter cautes creditum fuerat. Similius [1] vero est, quod idem Xenocrates tradit, [2] torrentibus saepe deportari. Sudines vero negat, nisi ad meridiem spectantibus locis nasci: quod certum est: non enim reperitur in aquosis, quanquam in regione praegelida, vel si ad vada vsque glacientur amnes. Caelesti humore *n.*, paruaque niue id fieri necesse est: ideo caloris impatiens, [3] nisi frigido *o.* potui addicitur. Quare sexangulis nascatur lateribus, non facile *p.* ratio inueniri potest; eo magis *q.* quod neque mucronibus eadem species

1. *veri est. M.* 2. *a torrent. M.* 3. *non nisi frigido potu adiicitur. M. addicitur. V. nisi in frigido potu abdicatur Gr. et Al.*

*m. Ad libramentum*) Quantum effodere aquae permittunt, non scaturientes. Eodem loquendi genere vsus est et c. 9. sequente. *Dal.*

*Ad libramentum aquae*) Vbi fodiuntur scrobes seu putei ad ducendam ex libramento aquam. De hac voce diximus lib. 31. sect. 31. Hard.

*n. Caelesti humore paruaque niue id fieri necesse est*) Legend. *Caelesti humore, paruaque niue id fieri necesse est, ideo caloris impatiens, non nisi frigido potui dicatur.* Salmas.

*o. Non nisi frigido*) Vide Notas et Emend. num. VI.

(hic add.) *Ideo caloris impatiens, etc.*) Libri hactenus vulgati, *nisi frigido poto abdicatur.* At Mss. Reg. 2. Colb. 3. aliique, vt edidimus. Adiuuat et Solinus cap. 15. pag. 36. de crystallo: *Multus ad pocula destinatur, quamlibet nihil aliud quam frigidum pati possit.*

*p. Non facile ratio*) Assignare tamen Cardanus est ausus, quem ob eam rem Scaliger exagitat, Exercit. 118. H.

*q. Eo magis*) Mucronum quidem numerum seruat natura diligenter; speciem, siue formam, ac similitudinem, non item. Nicol. Cho-

ſpecies eſt, et ita abſolutus eſt laterum laeuor, vt nulla id arte poſſit aequari.

X. Magnitudo r. ampliſſima adhuc viſa nobis erat, quam in Capitolio [1] Liuia Auguſta s. dicauerat, librarum circiter quinquaginta t. Xenocrates v. auctor eſt, vas x. amphorale viſum: et aliqui, ex India cryſtallum: ſextariorum y. quatuor. Nos liquido affirmare poſſumus, in cautibus Alpium naſci, atque adeo inuiis: vt plerumque fune z. pendentes eam extrahant. Peritis ſigna et indicia nota ſunt. Infeſtantur a. plurimis vitiis: ſca-



1. *Diuus Auguſtus.* M.

Chorier, lib. I. hiſt. Delph. pag 72. auctor eſt, in montibus Ebrodunenſibus, Dienſibuſque, in Delphinatu, cryſtallum eiuſcemodi crebro paſſimque reperiri. H.

r. *Magnitudo*) Solinus haec ad verbum exſcripſit, cap. 15. pag. 36 H.

s. *Liuia Auguſta*) Sic etiam Solinus. At Mss. *Diuus Auguſtus.* H.

t. *Librarum circiter quinquaginta*) An *librarum* CL.? legitur etiam in Plin. exemplaribus: *quam Diuus Auguſtus dicauerat.* Salmaſ.

*Circiter quinquaginta*) Sic etiam Mss. At Solinus, CL. Hard.

v. *Idem Xenocrates auctor eſt*) Lege: *Idem Xenocrates auctor eſt vas amphorale viſum: et aliqui ex India cryſtalli ſextariorum quatuor,* id eſt, vas cryſtalli ex India. *Salmaſ.* 203. a.

x. *Vas amphorale*) Quid ſit amphora, diximus lib. 14. ſect. 5. H.

y. *Sextariorum quatuor*) Tres *pintas* vulgus Lutetiae vocat. H.

z. *Fune pendentes*) E ſummis cautibus, iugiſque montium. H.

a. *Infeſtantur plurimis vitiis, ſcabro, ferrugine, etc.*) Leg. *Infeſtantur plurimis vitiis, ſcabro, ferrumine, maculoſa nube, occulta aliqua vomica, praeduro fragilique centro, item ſale appellato.* In ferro τὸ κέντρον agnovere Graeci, partem eius duriſſimam. *Salmaſ.* p. 1074. b.

*Infeſtantur*) Cryſtalli, inquit, haec vitia ſunt: ſcabrities ac ferrugo, ſeu qualis

1 ſcabro ferrumine, maculoſa nube, occulta 2 aliqua vomica *b.*, praeduro fragilique centro *c.*: 3 item ſale *d.* appellato. Eſt et rufa 4 aliquibus rubigo: aliis capillamentum rimae ſimile. Hoc artifices caelatura occultant. Quae vero ſine vitio ſunt, puras eſſe malunt, acenteta *e.* appellantes: nec

1. *Sic ex Mss. H. Scabro, ferrugine . . . aliquando vomica . . . et ſale Gr. et Al.* 2. *Sic etiam M. aliquando Gr.* 3. *Sic etiam M. et ſale Gr.* 4. *alioqui. M.*

lis in ferro rubigo cernitur, (Mss. *ferrumine* hoc loco agnoſcunt, non, vt editi, *ſcabro, ferrugine*) maculoſa nubes, etc. H.

*b. Occulta aliqua vomica*) Vomica proprie tumor eſt excreſcens in aliqua parte corporis, ſaniem fluidam continens in ſe ſe. Ad huius ſimilitudinem in cryſtallo vomicam Plinius, opinor, intelligit, occultam in media cryſtallo aquae guttulam, quae nondum fuerit gelu concreta. Exſtat in ſimilem cryſtallum epigramma Claudiani geminum, in Anthologia, lib. 4. tit. 18. Κλαυδιανȣ̃ εἰς κρύϛαλλον ἐντὸς ὕδωρ ἔχουσαν. Χιονέη κρύϛαλλος ὑπ' ἀέρος ἀσκηθεῖσα, Δεῖξεν ἀκηρασίοιο πανάιολον εἰκόνα κόσμȣ, Οὐρανὸν ἀγκὰς ἔχοντα βαρύκτυπον ἔνδοθι πόντον. *De cryſtallo intus aquam habente: Aëris ingenio glacies ſortita figuram, Exhibet immenſum nobis in imagine mundum, Aethera qui fluctus pelagi complectitur in ſe.* Alterum priore haud inferius elegantia, iſtiuſmodi: Εἴπ' ἄγε μοι, κρύϛαλλε, λίθω πεπυκασμένον ὕδωρ, Τίς πῆξεν; Βορέης. ἢ τίς ἔλυσε; Νότος. *Dic, aqua ſub lapidis glaciali tegmine, quo tu Compacta es Borea, vel reſoluta Noto?* H.

*c. Centro*) Quid centrum ſit, diximus lib. 16. ſect. 76. Hard.

*d. Item ſale*) Verrucarum inſtar non eminentium, vitium id eſſe non in cryſtallis modo, ſed et in murrhinis intelligitur ex his Plinii verbis, ſect. 8. *Murrhinis translucere quidquam, aut pallere, vitium eſt. Item ſales verrucaeque non eminentes, ſed vt in corpore etiam pleruṁque ſeſſiles.* H.

*e. Acenteta*) Ἀκέντητα, ſine caelatura, de qua dictum eſt proxime: ſiue quae ſcalpri

[1] nec spumae colore *f.*, sed limpidae aquae. Postremo auctoritas in pondere est. Inuenio *g.* medicos, quae sunt vrenda corporum, non aliter vtilius id fieri putare, quam crystallina pila [2] aduersis posita Solis radiis. Alius hic furor, H-S. CL. M. *h.* trullam vnam *i.* non ante multos annos [3] mercatam a matre familias, nec diuite. Idem Nero *k.* amissarum rerum nuncio accepto, duos calices crystallinos in suprema ira fregit illisos. Haec fuit ratio saeculum suum punientis, ne quis alius ex his biberet. Fragmenta sarciri nullo modo queunt. Mire ad similitudinem accessere vitrea, sed prodigii modo, vt suum pretium auxerint crystalli, non diminuerint.

B 5 XI. Pro-

1. *Sic ex Mss. H. nec spumei coloris limpidae aquae Gr. et Al.* 2. *solis radiis opposita. M.* 3. *mercata matre familias. V.*

scalpri puncturam non senserunt. *Asynthetam* legit hoc loco vir doctus inprimis, informemque crystallum interpretatus est, Notis in Alexiad. pag. 279. Nos a Mss. non discedimus. Hard.

*f. Nec spumei coloris lympidae, etc.*) Leg. *Nec spumae colore, sed limpidae aquae.* Salmas.

*Nec spumae colore*) Solinus, cap. 15. p. 36. *qui eligunt, purissimum captant: ne quid rufum, ne quid nubilum, vel spumis obsitum, arceat perspicuitatem.* Prius legebatur, *nec spumei coloris limpidae aquae.* H.

*g. Inuenio medicos*) Vide quae diximus lib. 36. sect. 67. Expertum id a se feliciter testatur Matthiolus, in lib. 5. Diosc. cap. 116. pag. 1388. H.

*h. H-S. CL. M.*) Sestertium centum quinquaginta millia, monetae nostratis efficiunt libras, seu florenos 15000. H.

*i. Trullam vnam*) Crystallinam: *un bassin de cristal.* H.

*k. Idem Nero*) Tranquillus in Nerone, cap. 47. *Nunciata interim defectione . . . . duos scyphos, gratissimi vsus, quos Homericos,* a

XI. 1. Proximum locum in deliciis, feminarum tamen *l.* adhuc tantum, ſuccina *m.* obtinent: eamdemque omnia haec, quam gemmae, auctoritatem: ſane maiorem aliquibus de cauſis cryſtallina et murrhina, [1] rigidi potus *n.* utraque. In ſuccinis cauſam ne deliciae quidem adhuc excogitauerunt. Occaſio eſt vanitas Graecorum diligentiae. Legentes modo aeque perpetiantur me de ortu [2] eorum, cum hoc quoque interſit vitae, ſcire poſteros quidquid illi prodidere mirandum. Phaëthontis *o.* fulmine icti ſorores [3] fletu mutatas in arbores populos, lacrymis *p.* electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum [4] amnem, quem Padum

1. *frigidi. V.* 2. *eorum dicere, cum. V.* 3. *luctu. M.* 4. *Herodot. lib. 3. Iac. Cell.*

*a caelatura carminum Homeri vocabat, ſolo illiſit,* etc. H.

*l. Feminarum tamen*) Hinc Ouidius, lib 2. Metam. verſ. 364. *Inde fluunt lacrymae, ſtillataque Sole rigeſcunt De ramis electra nouis: quae lucidus amnis Excipit, & nuribus mittit geſtanda Latinis.* Hard.

*m. Succina*) Quae electra vocant, *L'ambre jaune.* Ruellius, lib. 1. de nat. ſtirp. cap. 39. pag. 115. *Succinum noſtrae officinae, ruraque, et vulgus medicorum Ambram vocant citrinam: Mauritani Karabe Geſtant noſtrae mulieres decoris cauſa, quaedam monilium vice: aliae orbiculos ex eo efficiunt, quibus ſuas preces numerant.* Alia res omnino eſt, quam Ambram griſeam vocitant. Hard.

*n. Rigidi potus*) Sic libri omnes: hoc eſt, frigidi. Tamen et ad calidos potus murrhina Martialis adhibet, laudatus a nobis paulo antea, ſect. 8 H.

*o. Phaëthontis*) Naſonem vide, loc. cit. H.

*p. Lacrymis electrum omnibus annis*) Inde *lacrymoſum* Virgilio in Ceiri, *Non me delitiis commouit regia diues Coralio fragili ac electro lacrymoſo.* Orpheus quoque in Argonauticis αἴγειρον πολύκλαυςον, populum lacrymoſam vocat, quod ſuccinum, populi eſſe lacrymam arbitraretur. *Dal.*

Padum vocamus: et electrum appellatum, quoniam Sol ¹ vocitatus sit Elector *q.*, plurimi Poëtae dixere, primique, vt arbitror, Aeschylus, Philoxenus, Nicander, Euripides *r.*, Satyrus. Quod esse falsum, Italiae testimonio patet. Diligentiores eorum *s.*, Electridas insulas in mari Adriatico esse dixerunt, ad quas dilaberetur Padus. Qua appellatione nullas vnquam ibi fuisse, certum est: nec vero vllas ibi appositas esse, in quas quidquam cursu Padi deuehi possit. Nam quod Aeschylus in Iberia, hoc est *t.*, in Hispania, Eridanum esse dixit, eumdemque appellari Rhodanum: Euripides rursus, et Apollonius *v.* in Adriatico litore confluere Rhodanum et Padum: faciliorem veniam *x.* facit ignorati succini, in tanta orbis ignorantia. Modestiores, sed aeque falsum prodidere, in

*1. vocatus sit. Helios. M.*

*q. Elector*) Ἠλέκτωρ, quod nos ἀλέκτρες faciat, a somno lectoque excitet. τεύχεσι παμφαίνων ἠλέκτωρ ἐβεβήκες. Iliad. ζ. *Dal.* *Elector*) Ἠλέκτωρ, quod homines ἀλέκτρες, id est, sine lecto faciat, hoc est, excitet a somno: seu potius id ei nomen est ab electri splendore. H.

*r. Euripides*) Petrus Victorius cap. 4. lib. 25. Apollonii versus et Euripidis ex Hippolyto coronato recitat. *Dal.*

*s. Diligentiores eorum*) Apollonius Rhodius, lib. 4. Argon. vers. 506. Qui Radaunum amnem (is Dantiscum praeterfluit) pro Rhodano acceptum a veteribus volunt, λῆρες λήρεσιν. H.

*t. Hoc est, in Hispania*) At Iberiae nomine vetustissimi scriptores intellexere tractum omnem illum terrarum, qui a Rhodano ad Gades pertinet, teste quidem Strabone lib. 3. pag. 166. H.

*v. Et Apollonius*) Idem qui supra Rhodius appellatus, lib. 4. Argon. vers. 627. H.

*x. Faciliorem*) Venia digni, quod succini ortum ignorarint, qui vel orbis situm ipsum nescierunt. H.

in extremis Adriatici ſinus rupibus inuiis arbores ſtare, quae Canis ortu hoc [1] effunderent gummi. Theophraſtus *y.* in Liguria effodi [2] dixit. Chares vero Phaëthontem in Aethiopia Hammonis obiiſſe: ob id delubrum ibi eſſe atque oraculum, electrumque gigni. Philemon foſſile eſſe, et in Scythia erui duobus locis: candidum atque cerei coloris, quod [3] vocaretur electrum: in alio loco fuluum, quod [4] appellaretur [5] ſubalternicum. Demoſtratus lyncurion *z.* id vocat, et [6] fieri ex vrina lyncum beſtiarum, e maribus fuluum et igneum, e feminis languidius atque candidum. Alii dixere langurium, et eſſe in Italia beſtias langurias. Zenothemis langas vocat eaſdem, et circa Padum iis vitam [7] aſſignat. Sudines arborem quae gignat in Liguria. In eadem ſententia et Metrodorus fuit. Sotacus credidit in Britannia [8] petris effluere *a.*, quas electridas [9] vocat. Pytheas Guttonibus

1. *effundunt. V.* 2. *Sic ex Mss. H. dixit: Chares vero Phaëthontem. Ch. dixit. Phaethontem Gr. et Al.* 3. *vocatur. V.* 4. *appellatur. V.* 5. *Sic ex Mss. H ſualternicum Gr. et Al.* 6. *fieri ait ex. V.* 7. *Sic etiam M. et Ch. affirmat Gr. et Al.* 8. *Sic etiam M. et Ch. arboribus effluere Gr. et Al.* 9. *Sic etiam M. vocauit Gr. et Al.*

*y. Theophraſtus*) Theophraſtus, libro περί λίθων, pag. 6. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ ἤλεκτρον λίθος, καὶ γὰρ ὀρυκτὸν τὸ περὶ Λυγγιςὴν.

*z. Lyncurion*) Ioſephus lib. 5. ἁλώσεως λιγύριον vocat. Vide Brod. c. 10. lib. 3. Theoph. lib. de lapidibus. *Dal.*

*Lyncurion*) De lyncurio diximus, lib. 8. ſect. 57. Strabo ſimiliter, lib. 4. pag. 202. vbi de Liguribus: Πλεονάζει δὲ καὶ τὸ λυγγούριον παρ' αὐτοῖς, ὅ τινες ἤλεκτρον προσαγορεύουσι. *Copioſum eſt apud illos lyngurium, quod nonnulli cognominant electrum* H.

*a. Petris effluere*) Sic Reg. 2. Colb. 3. Chiffl. vet. Dalec.

tonibus *b.* Germaniae genti accoli aeſtuarium Oceani, Mentonomon nomine, ſpatio ſtadiorum ſex millium: ab hoc diei nauigatione inſulam abeſſe Abalum: [1] illuc vere *c.* fluctibus aduehi, et eſſe concreti maris purgamentum: incolas pro ligno ad ignem vti eo, proximiſque [2] Teutonis vendere. Huic et Timaeus credidit, ſed inſulam [3] Baſiliam *d.* vocauit. Philemon [4] ait flammam ab electro reddi. [5] Nicias Solis radiorum ſuccum intelligi voluit. Hos circa occaſum credit [6] vehementiores in terram actos, pinguem ſudorem in ea parte Oceani relinquere, deinde [7] aeſtatibus *e.* in Germanorum

litora

*1. Sic etiam M. illuc Gr. et Al.* 2. *Teutonibus. V.* 3. *Sic ex Mss. H. et M. Baltiam Gr. Bannomannam. Supra lib. 4. c. 13. Balthean V. unde mare Balthicum.* 4 *Sic ex Mss. H. et M. negauit Gr. vagit. Ch. Lego, vero ait.* 5. *Sic ex Mss. H. Niceas Gr. et Al.* 6. *vehementius. V.* 7. *Sic ex Mss. H. M. et Ch. aeſtibus Gr. et Al.*

lec. aliique. In editis perperam, *arboribus effluere.* Hard.

*b. Guttonibus)* Legendum *Guttis.* Guttones c. 14. lib. 4. in Vindilis ſunt, id eſt, Sueuorum et Bavarorum agro, Gutti vero Ptolemaeo lib. 2. Gothi vocantur. Guttos alii Pruſſiae Samlandiam eſſe putant, aeſtuariumque Mentonomon. Curienſe litus, quod Germanis appellatur *der Curiſche Strand.* Eo namque fluctibus Oceani magna ſuccini copia eiicitur, ſicut et ad Dantiſcum Pruſſiae. *Dal.*

*Guttonibus)* De his egimus lib. 4 ſect. 28. H.

*c. Vere)* Veris temperie cap. 13. lib. 4. quamuis illic quidam legant *veris tempore.* Dal.

*Illuc vere fluctibus advehi)* Subintellige, ſuccinum. H.

*d. Baſiliam vocauit)* Sic Mss. omnes, non *Baltiam.* Sic Pytheas lib. 4. ſect. 27. Hard.

*e. Aeſtibus) Aeſtatibus,* non prorſus abſque ratione legitur. Compertum enim eſt in Aruernis bitumen e fonte ſuo non niſi aeſtate ſcaturire. *Dal.*

litora eiici. Et in Aegypto nasci simili modo, et vocari Sacal *f.*: item in India, gratiusque thure esse Indis. In Syria quoque feminas verticillos *g.* inde facere: et vocare harpaga *h.*, quia folia et paleas, vestiumque fimbrias rapiat. [1] Theochrestus *i.* Oceano id exaestuante ad Pyrenaei [2] promontoria eiici: quod et Xenocrates credidit, qui de iis nuperrime scripsit. Viuit adhuc Asarubas, qui tradidit iuxta Atlanticum mare esse lacum [3] Cephisiada, quem Mauri vocant Electrum. Hunc Sole excalfactum e limo dare electrum fluitans. [4] Mnaseas *k.* Africae locum Sicyonem [5] appellat, et Crathin amnem in Oceanum effluentem e lacu, in quo aues, quas Meleagridas et Penelopas *l.* [6] vocat: et vere ibi nasci *m.*, ratione eadem, qua supra *n.* dictum est [7] de Electride lacu. [8] Theomenes,

1. *Theophrastus Gr. et Al.* 2. *Sic etiam* M. *promontorium Gr. et Al.* 3. *Sic etiam* M. *Cephisidem Ch. Cephisida Gr. et Al.* 4. *Mnesias Gr. et Al.* 5. *Sic ex* Mss. *H.* M. *et Ch. appellatum Gr. et Al.* 6. *Sic ex* Mss. *H.* M. *et Ch. vocat viuere. Ibi nasci Gr. et Al.* 7. *in.* M. 8. *Sic ex* Mss. *H. et Ch. Theomenes dicit Gr. et Al.*

*f. Et vocari Sacal*) Lingua Aegyptiaca, non Hebraea. Hard.

*g. Verticillos*) Verticilli instrumenta sunt, quae fuso adhibentur, vt facilius vertantur. H.

*h. Et vocare harpaga*) Succinum videlicet Ἅρπαξ Graecis rapacem, seu raptorem sonat. Exscripsit hunc locum Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 8. H.

*i. Theochrestus*) Sic Reg. 2. Colb. 3. aliique. Sic loci huius Index. Non, vt editi, *Theophrastus*. H.

*k. Mnaseas*) Sic Mss. proxime laudati: sic Index. In editis male, *Mnesias*. H.

*l. Et Penelopas*) Πηνέλοπες, quas qui non viderunt, aquaticas esse, anatibusque similes comminiscuntur. H.

*m. Et vere ibi nasci*) Subintellige, electrum. H.

*n. Qua supra dictum*) Proxime antea, de Cephisiade lacu. H.

menes, iuxta Syrtim magnam hortum Hesperidum esse, ex quo in stagnum [1] cadat, colligi vero a virginibus Hesperidum. Ctesias *o.* Indis flumen esse Hypobarum, quo vocabulo significetur [2] omnia *p.* in se ferre bona: fluere a Septemtrione in exortiuum Oceanum iuxta montem [3] siluestrem arboribus electrum ferentibus. Arbores eas [4] siptachoras *q.* vocari, qua appellatione significetur praedulcis suauitas. Mithridates in Germaniae litoribus esse insulam, vocarique eam Oseri-ctam, cedri genere siluosam: inde defluere in petras. Xenocrates non succinum tantum in Italia, verum etiam [5] thyon *r.* vocari, a Scythis vero

1. *cadit. V.* 2. *omnia vado ferre V. omnia vasa ferre Gr. et Al.* 3. *consitum. V.* 4. *Aphytacoras Gr. et Al.* 5. *Sic ex* Mss. *H. Theion. Thyeion. V. Thieum Gr. et Al.*

*o. Ctesias*) In libro de rebus Indicis, apud Photium in Bibl. cod. 73. pag. 149. Ἔςι δὲ καὶ ποταμὸς διαῤῥέων διὰ τῆς Ἰνδικῆς, . . . . ὄνομα δὲ τῷ ποταμῷ Ἰνδιςὶ μὲν Ὕπαρχος (rectius Ὑπόβαρος) Ἑλληνιςὶ δὲ, Φέρων πάντα τὰ ἀγαθά. Οὗτος τȢ ἐνιαυτȢ λ' ἡμέρας ἤλεκτρον καταῤῥεῖ, etc *Est et fluuius Indiam interlabens, . . . . qui ab Indis Hypobarus appellatur, quod Graece sonat, Ferens omnia bona. Triginta diebus per singulos annos succinum vndis vehit*, etc. H

*p. Omnia in se ferre bona*) Sic ex coniectura, fauente Ctesiae loco ante allato scripsimus, mutilis hac parte libris. Editi hactenus typi, *omnia vasa ferre bona.* H.

*q. Aphytacoras*) Eas esse quidam putant, quae caphuram fundunt, voce ad caphuram multum accedente. *Dal.*

*Siptachoras*) Non, vt typi hactenus vulgati, *Aphytacoras.* Ctesias, loc. cit. Τῷ δενδρίῳ δὲ τȢτῳ ὄνομά ἐςιν Ἰνδιςὶ Σιπταχόρα, ἑλληνιςὶ σημαίνει γλυκὺ, ἡδύ. Quod idem iterum repetit, pag. 52. De ea arbore vide ibi plura. H.

*r. Thieum*) *Thyeum*, sacrifi-

vero [1] ſacrium, [2] quoniam et ibi naſcatur. Alios putare in Numidia gigni. Super omnes eſt Sophocles tragicus poëta, quod equidem miror tanta *s.* grauitate cothurni *t.*, et praeterea vitae fama, alias principe loco genitus Athenis, rebus geſtis *v.*, exercitu ductо. Hic vltra Indiam fieri dixit e lacrymis Meleagridum auium Meleagrum *x.* deflentium. Quod et crediđiſſe eum, vel ſperaſſe aliis perſuaderi poſſe, quis non miretur? quamue pueritiam tam imperitam poſſe reperiri, quae auium ploratus annuos credat, lacrymaſue tam grandes, aueſque e Graecia, vbi Meleager periit, ploratum iſſe in Indos? Quid ergo? non multa aeque fabuloſa produnt poëtae? Sed hoc ea in re, quae quotidie [3] inueniatur *y.* atque abundet, et hoc mendacium coarguat, ſerio quemquam dixiſſe, ſumma hominum contemptio eſt, et intoleranda mendaciorum impunitas.

2. (III.)

1. *Agrion quon. et ibi naſcitur.* *V.* 2. *quod.* M. 3. *Sic etiam* M. *inuenitur atque abundat, et hoc mend. coarguit.* *V.* *inuebatur Gr. et Al.*

crificiis aptum: vel *theicon*, ſulphuri ſimile: vel, *theion*, diuinum. *Dal.*

*Thyon vocari*) Quo nomine veteres arboris genus appellarunt, quod eſſet cedro citroque affine, vt diximus lib. 13. ſect. 30. H.

*s.* *Tanta*) Tanta in poëſi grauitate. H.

*t.* *Grauitate cothurni*) De eo genere loquendi diximus lib. 35. ſect. 36. num. 23. H.

*v.* *Rebus geſtis*) Quas a Suida accurate recenſitas vide. H.

*x.* *Meleagrum deflentium*) A matre interfectum: quem cum ſorores eius deflerent, Deorum voluntate in aues ſunt transfiguratae, quae Meleagrides vocantur. Hyginus, fabula 174.

*y.* *Quae quotidie inueniatur*) Sic Mss. Prius editi, *inuebatur.* H.

2. (III.) Certum eſt z. gigni in inſulis ſeptemtrionalis Oceani, et a Germanis appellari gleſſum *a.*: itaque *b.* et a noſtris vnam inſularum ob id Gleſſariam appellatam, Germanico Caeſare ibi claſſibus rem gerente, Auſtrauiam a barbaris dictam. Naſcitur *c.* autem [1] defluente medulla pinei generis arbo-

1. *defluens e medulla in pinei gen. etc. reſina pineis erumpit humoris. V. erumpit humoris abundantia. Denſatur. Alii V.*

z. *Certum eſt gigni in inſulis Septentrionalis Oceani*) Sic leg. *Certum eſt gigni in inſulis Septent. Oceani et a Germanis appellari glaeſum: itaque et a noſtris* (i. a milite Romano) *vnam inſularum ob id appellatam Glaeſariam, Germanico Caeſare ibi res gerente, Auſtrauiam a barbaris dictam.* Salmaſ.

*Certum eſt gigni*) Haec totidem verbis Solinus, cap. 20. p. 40. H.

*a. Appellari gleſſum*) Forte, quod transluceat, et niteat vt vitrum *Glas* a Germanis appellatum. *Dal.*

*Gleſſum*) Tacitus, lib. de moribus Germ. pag. 138. *Sed et mare ſcrutantur, ac ſoli omnium ſuccinum, quod ipſi Gleſſum vocant, inter vada, atque in ipſo litore legunt,* etc. H.

*b. Itaque et a noſtris*) A Romanis militibus. De Gleſſariis inſulis egimus lib. 4. ſect. 30. H.

*c. Naſcitur autem defluente, etc.*) Legend. *Naſcitur autem defluens e medulla in pinei generis arboribus, vt gummi in ceraſis ac prunis, etc.* Salmaſ. 234. *Naſcitur autem defluente, etc.*) In regione, quae ſuccinum mittit, reſiniferae nullae ſunt arbores. At in Septentrionalium litorum tractu bituminis certe genus flauum eſt, vt nigrum apud nos in Aruernis, eiuſque naphtha flaua, qualem e Saxonibus afferunt, et petroleum vocant, vt apud nos atra. Cum ergo fonte ſuo ſcaturit bitumen id, molle adhuc et liquidum obuia quaeque amplectitur, retinet, includit. Fluctu vero lambente in altum prouolutum, maris vertigine ac ſalſugine, temporiſque diuturnitate dureſcit, vt apud nos piſſaſphaltum, et iam tum ſuccinum eſt, ſicque concretum in litora eius ſcaturigini oppoſita

arboribus, vt gummi in cerasis, resina *d.* pinis. [1] Erumpit humoris abundantia *e.*: densatur rigore vel tepore [2] autumnali *f.* Cum intumescens *g.* aestus

*1. Erumpentis. V. alii.* 2. *aut mari.* M.

posita aduersis ventis eiicitur. Gagatis, qui procul dubio bitumen est visceribus terrae multis seculis excoctum, glebam habui, erutam prope Narbonem in eius lapidis fodinis, dimidia ex parte nigram, altera flauam, succini modo: quod argumento certissimo est, succinum eo modo gigni quo diximus. Globulos quoque e succino duodecim haud ita pridem in fossilium thesauro meo seruaui, singulos culicem ostendentes, vel formicam intus sepultam. *Dal.*

*Nascitur autem*) Ita Solinus, loco cit. Subscribit et Olaus Magnus, lib. 12. hist. cap. 8. pag. 500. *Abietes,* inquit, *seu piceae arbores, natura sua resinosae, excelsa proceritate, siue super litora maris, siue super riuos, vel alias siluarum decliuitates crescentes, succinum sudant, maxime dum maturis frugibus Solis feruor*, etc. Sed altera praeterea succini generatio est, e terra scilicet: cum sit picis fossilis, seu bituminis genus: quod non in litore modo Prussiaci maris, sed et in locis ab eo pluribus passuum millibus disiunctis, atque adeo in ipsis montibus reperitur. Vide Kircherum, lib. 8. de mundo subterr. cap. 13. pag. 75. Succinum e cetaceorum piscium spermate fieri, recentioribus quibusdam negotiatoribus Sarmaticis credidit Alciatus, lib. 7. Parerg. iuris, cap. 4. fol. 151. tom. 6. Consule de hoc argumento historiam Academiae Regiae Scientiarum, anni 1705. pag. 43. Hard.

*d. Resina pinis*) Sic Mss. omnes, non *pineis.* Sextus hic casus, a *pinus, pini,* secundae declinationis. H.

*e. Erumpit humoris abundantia, etc.*) Lege: *Erupti humoris abundantia densatur frigore vel tepore, aut mari cum intumescens aestus rapuit ex insulis: certe in littora expellitur ita volubile, vt pendere videatur, atque non sidere in vado.* Vide Salmas. Plin. exerc. p. 234.

*f. Vel tepore autumnali*) Solinus, loc. cit. At Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 8. *vel tempore*, mendose. H.

*g. Cum intumescens*) Tacitus, loc. cit. *Fecundiora igitur*

aestus rapuit ex insulis, certe in litora expellitur, ita volubile, vt pendere *h.* videatur, [1] atque considere in vado: quod arboris *i.* succum esse prisci nostri credidere, ob id succinum appellantes. Pineae autem arboris esse indicio est pineus in attritu odor, et quod accensum *k.* tedae modo ac nidore [2] flagret. [3] Affirmatur *l.* a Germanis ideo maxime

C 2

1. *neque. V.* 2. *Ita etiam Gr. flagrat* M. 3. *Affertur a Germanis in Pannoniam maxime prouinciam. Inde Veneti primum quos Graeci Henetos vocant, rei famam fecere, primi (proximi Gr.) Pannoniae. Gr. et Al.*

*igitur nemora lucosque, sicut Orientis secretis, vbi thura balsamaque sudantur, ita Occidentis insulis terrisque inesse crediderim, quae vicini solis radiis expressa, atque liquentia, in proximum mare labuntur, ac vi tempestatum in aduersa litora exundant.* H.

*h. Vt pendere)* Vt modo pendere in aquis, modo in vado considere videatur. Ita Mss. omnes. Salmasius in Solin. pag. 234. legit, *atque non sidere.* Tacitus, loco cit. inter vada succinum peti ait. H.

*i. Quod arboris succum esse prisci nostri)* Priscos illos secutus est Nepos Cornelius, vti ex Cassiodoro intelligimus, lib. 5. Var. epist. 2. Solinus, loc. cit. *Succum esse arboris de nominis significatione capessas: verum vnde profluit, si vsseris, odor indicabit.* H.

*k. Quod accensum tedae modo)* Inde fortassis Germani *Brusten* vocant, quod accensum et nidorosum significat. *Dal.*

*Et quod accensum)* Tacitus, loco cit. *Si naturam succini admoto igne tentes, in modum tedae accenditur: alitque flammam pinguem et olentem: mox vt in picem resinamue lentescit.* H.

*l. Affertur a Germ. etc.)* Sic leg. in Mss. *Affirmatur a Germanis ideo maxime appetitam prouinciam, et inde aduectum primum ad eos, quos Graeci Henetos vocant. Famam rei fecere proximae Pannoniae, etc.* In veteribus vero, *Affertur a Germanis in Pannoniam, mox per prouinciam, etc.* vt in vulgatis: quae si vera est ac integra lectio, Istriam et Venetos Romanam prouinciam intelligit. Nam Pannonia

xime *m.* appetitam prouinciam: et inde aduectos primum, quos Graeci macatos vocabant *n.* Famam

nonia tum sui iuris fuit. *Affertur a Germanis, etc.*) Sic corrige: *Affertur a Germanis in Pannoniam, ideo maxime appetitam prouinciam, et inde ad Venetos primum, quos Graeci Henetos vocabant. Hi rei famam fecere proximi Pannoniae, id accipientes circa mare Adriaticum.* Ideo maxime appetitam illam prouinciam scribit, luxuriam suorum temporum denotans. Propter succinum appetebatur, quod ex Germania illo primum invehuntur. *Salmas.*

*m. Ideo maxime*) Propter succinum. Notat luxuriam suorum temporum Vide Notas et Emend. num. VII. (hic add.) *Affirmatur a Germanis etc.*) Nec syllabam, nec apicem quidem manuscriptis codicibus Reg. 2. Colb. 3. aliisque adiicimus aut detrahimus. Fecere id audacius, qui Plinium aut edidere primum, aut emendare deinde conati sunt. Parmensis editio: *Affertur a Germanis in Pannoniam, mox per prouinciam. Inde Veneti primum, quos Graeci Henetos vocant, rei famam fecere. Proximae Pannoniae id accipientes circa mare Adriaticum.* Aliae mox secutae: *Affertur a Germanis in Pannoniam maxime prouinciam. Inde Veneti primum, quos Graeci Henetos vocant, rei famam fecere, proximi Pannoniae,* etc. Salmasius, in Solin. pag. 235. *Affertur a Germanis in Pannoniam, ideo maxime appetitam prouinciam: et inde ad Venetos primum, quos Graeci Henetos vocabant Hi rei famam fecere proximi Pannoniae*, etc. Quam ista nobis frigida, quam alieno loco posita videntur; *quos Graeci Henetos vocabant?* et mox *proximi Pannoniae?* In Mss. vt apparet, nulla Venetorum mentio est, nulla apud Solinum, qui hunc locum exscripsit, cap. 20. pag 40. Neque vero vocem hanc *macatos* deploratam nescimus: sed repraesentari tamen vel sic a nobis oportuit, quibus religio est vel latum vnguem a codicum antiquorum fide desciscere: hanc enim omnes clare prae se ferunt. Et spes est fortasse fore vt ex iis vestigiis, quae sincera vox ibi delitescat, felicior aliquis aliquando coniector eruat. H.

*n. Macatos vocabant*) Maiores succini glebas, vel pretiosiores, μακίςυς. H.

mam rei fecere proximae Pannoniae, id accipientes circa mare Adriaticum. Pado *o* vero [1] annexae fabulae videtur causa, hodieque [2] Transpadanorum *p.* agrestibus feminis, monilium vice succina gestantibus, maxime decoris gratia, sed et medicinae *q.*: quando tonsillis creditur resistere, et faucium vitiis, vario *r.* genere [3] aquarum [4] iuxta infestante guttura ac vicinas *s.* carnes. Sexcentis fere M. pass. a Carnunto Pannoniae abest litus id Germaniae, ex quo inuehitur, percognitum nuper. Vidit enim Eques Romanus, missus ad id comparandum a Iuliano curante gladiatorium munus *t.* Neronis Principis, qui haec commercia et litora



1. *adnexa fabula euidente causa.* M. 2. *transpadanis agrestium.* V. *transpadanorum agrestium.* Alii V. *transpadanarum* Gr. 3. *aquarum gelidarum apud illos.* V. 4. *Sic ex* Mss. *H. iuxta illos infestante* Gr. *et Al.*

o. *Pado vero*) Solini paraphrasis, cap. 20. pag. 40. de succino. *Pretium operae est ire longius, ne Padanae siluae credantur lapidem fleuisse. Hanc speciem in Illyricum barbari intulerunt, quae cum per Pannonica commercia vsu ad Transpadanos homines foret deuoluta, quod ibi primum nostri viderant, ibi etiam natum putauerunt.* Hard.

p. *Transpadanorum*) Sic Mss. non *Transpadanarum.* Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 8. *E succino fiunt decoris gratia agrestium feminarum monilia.* Ouidius supra laudatus, *Nuribus gestanda Latinis* H.

q. *Sed et medicinae*) Vide Matthiolum in Diosc. lib. I. cap. 93. pag. 139. H.

r. *Vario genere aquarum*) Praesertim niualium, quae ex summis Alpium iugis liquatae cum amnibus corriuantur. Inde strumis eorum amnium accolae potoresque obnoxii. H.

s. *Ac vicinas carnes*) Nullus est e Mss. codicibus qui Salmasio faueat, ita legenti: *iuxta iis infestante guttura, ac vicinis Carnis.* H.

t. *Gladiatorium munus*) Quod in amphitheatro ligneo,

litora peragrauit, tanta copia inuecta, vt retia *v.* arcendis feris podium *x.* protegentia succino *y.* nodarentur: arma vero, et libitina *z.*, [1] totusque vnius

1. *totiusque.* M.

neo, in regione Martii campi intra anni spatium fabricato dedit. Suetonius in Nerone, cap. 12. H.

*v.* *Ut retia arcendis feris podium, etc.*) Lege: *succino nodarentur,* arma omnia gladiatoria, et vasa e ludo composita erant succino. Retia porro quae podium protegebant, succino erant nodata, i. e. nodos habebant e succino, vel loco nodorum succinum. *nodosa retia* Tibullo. Retibus totum Amphitheatri podium praetendebatur ad arcendas feras. *Salmas.* p. 235. b.

*x.* *Podium protegentia*) In theatro Menianum, locum ad spectandum idoneum, cuius pars magis prouecta *pulpitum* dicitur. *Nero,* inquit Suetonius, *perraro ludis praesidere, caeterum accubans primum paruis foraminibus, deinde toto podio adaperto spectare consueverat.* Dalec.

*Podium*) Orchestra, in qua erant Senatorum designata loca, Romae inter cuneos et scenam interiecta erat, praeducta muro pedem vnum alto, quod podium dicebatur: qui murus columnis tres pedes altis ornabatur, quibus spectatores inniti possent. Erat orchestra graduum quatuor aut quinque, longa dimidiam scenae partem. Gradus orchestrae dignissimus imus fuit, podio proximus, et scenae. Iuuenalis, Satyra 2. versu 145. *Et Capitolinis generosior, et Marcellis, Et Catuli, Paulique minoribus, et Fabiis, et Omnibus ad podium spectantibus: his licet ipsum Admoueas, cuius tunc munere retia misit.* H.

*y.* *Succino nodarentur*) Nodos habebant e succino. Sic Mss. Reg. 2. Colb. 3. aliique; non *succinis notarentur,* vt editi. H.

*z.* *Libitina*) Apparatus funebris, pheretra, sandapilae, et, vt inquit Martialis, orcinianae spondae. Pugnaturis gladiatoribus in arenam libitinae instrumenta ferebantur, vt sandapilae, et lecti, siue thori, vt mortui protinus efferrentur. Portam vero qua evehebantur, in amphitheatro Libitinensem ideo vocabant. Quintilianus, *Sonabant ferali clangore tubae, illatisque libitinae thoris ducebatur funus ante*

vnius diei *a.* apparatus esset e succino. Maximum *b.* pondus is glebae attulit XIII. librarum. Nasci et in India *c.* certum est. Archelaus *d.*, qui regnauit in Cappadocia, 1 illinc pineo cortice *e.* inhaerente tradit aduehi rude, polirique adipe suis 2 lactentis incoctum. Liquidum primo *f.* destillare, argumento sunt quaedam intus translucentia, vt formicae *g.*, aut culices, lacertaeque, quas

C 4 adhae-

1. *Sic etiam M. illinc cortice inhaerente Gr. et Al.*
2. *lactantis. M.*

*ante mortem.* Lips. cap. 22. lib. 2 Saturn.

*Et libitina*) Lectus quo gladiatores in arena mortui statim efferebantur, Libitina dicebatur: quoniam in aede Libitinae Deae pararentur omnia necessaria ad funebrem apparatum. Horatius: *Multaque pars mei Vitabit Libitinam.* H.

*a. Totusque vnius diei*) Solinus, cap. 20. pag. 40. H.

*b. Maximum pondus is glebae*) Hector Boëtius tradit apud Schetlandiae Buthquaniam Electri massam equo maiorem appulisse, qua rustici et parochi sacerdotes, ignari quidnam esset, thuris loco vtebantur. *Dal.*

*Maximum . . . XIII. librarum*) Hoc est, Solino interprete, loco cit. XIII. millium librarum. Massam succini equo maiorem ad litus Schetlandiae appulisse aliquando prodidit Hector Boëtius, in hist. Scotorum. H.

*c. Nasci et in India certum est*) Fortassis Indiae Tartaria Septentrionali. *Dal.*

*Nasci et in India*) Solinus cap. 20. pag. 41. Ctesias in Indicis, apud Photium, cod. 73. pag. 152. H.

*d. Archelaus*) Cuius regnum in formam prouinciae Tiberius redegit, vt Suetonius prodidit, cap. 36. H.

*e. Pineo cortice*) Vocem *pineo* ex Mss. addidimus. Solinus paraphrastes, cap. 20. pag. 41. de succino. *Rude primum nascitur et corticosum, deinde incoctum adipe lactentis suis expolitur, ad quem videmus nitorem.* H.

*f. Liquidum primo*) Hoc ipsum experimenta confirmant summorum virorum huius etiam aeui. Vide Kircherum nostrum, tom. 2. mundi subt. pag. 75 et 76. Hard.

*g. Vt formicae*) Martialis, lib. 6. Epigr. 15. *Dum Phaëthontea formica vagatur in*

adhaesisse musteo *h.* non est dubium, et inclusas 1 indurescenti.

XII. Genera eius plura. 2 Candida odoris praestantissimi. Sed nec 3 his, nec cereis pretium: fulvis maior auctoritas. Ex iis etiamnum amplior translucentibus, praeterquam si nimio ardore flagrent: 4 imaginemque igneam inesse, non ignem, placet. Summa laus *i.* Falernis a vini colore 5 dictis, molli fulgore perspicuis. Sunt et in quibus decocti mellis lenitas placeat. Verum hoc *k.* quoque 6 notum fieri 7 oportet, quocumque libeat, tingi,

*1. indurescente. M.* 2. *Candidum. V.* 3. *huic. V.* 4. *imaginem n. igneam reddunt quae placet. M.* 5. *dictis. Mollia fulgore perspicua sunt, in quib. et decocti mel. len. placet. M.* 6. *definiri. M.* 7. *oportet tingi, quocunque modo libeat, hoedorum seuo. Quin etiam et anchusae radice, et conchylio. V.*

*in vmbra, Implicuit tenuem succina gutta feram. Sic modo quae fuerat vita contempta manente, Funeribus facta est nunc pretiosa suis.* Et lib. 4. Epigr. 32. de api electro inclusa: *Et latet, et lucet, Phaethontide condita gemma, Vt videatur apis nectare clausa suo. Dignum tantorum pretium tulit illa laborum, Credibile est ipsam sic voluisse mori.* Et Epigr. 59. de vipera electro inclusa: *Flentibus Heliadum ramis, dum vipera serpit, Fluxit in obstantem succina gemma feram. Quae dum miratur pingui se rore teneri, Concreto riguit vincta repente gelu. Ne tibi regali placeas, Cleopatra, sepulcro: Vipera si tumulo nobiliore iacet.* Vide et Tacitum, lib. de moribus German. pag. 178. Kircherus in suo Museo seruare se ait, loc. cit. precariam decadem, quam Rosarium vocant, in qua quot succinei globi spectantur, tot differentes muscae sunt. H.

*h. Musteo*) Recenti. H.

*i. Summa laus Falernis*) Solinus, cap. 20. pag. 41. de succino: *Pro facie habet nomina: melleum dicitur, et Falernum: vtrumque de similitudine aut vini, aut vtique mellis.* H.

*k. Verum hoc quoque*) Isidorus

tingi, hoedorum feuo, et anchufae radice: quippe etiam conchylio inficiuntur. Ceterum attritu *l.* digitorum 1 accepta caloris anima *m.* trahunt in fe paleas 2 ac folia arida, quae leuia funt: ac vt magnes lapis, ferri ramenta *n.* quoque. Succina oleo addita

C 5

1. *accepta vi caloris trahunt. M.* 2. *Ac folia arida, ac philyras, vt magnes lapis ferrum. Ramenta quoque eius in oleo addita. Gr. et Al. ac quae leuia funt, vt. M. fuccini oleo addito M.*

dorus haec breuiter, lib. 16. Orig. cap. 8. de fuccino: *Quocumque autem modo libeat, tingitur; Nam anchufae radice conchylioque inficitur.* H.

*l. Caeterum attritu digitorum*) Lege: *Ceterum attritu digitorum accepta vi caloris attrahunt in fe paleas ac folia arida, et quae leuia funt; ac vt magnes lapis, ferri ramenta quoque. Succina oleo addito flagrant dilucidius diutiufque, quam lini medulla.* Salmaf. p. 89.

*m. Accepta caloris anima*) Hoc eft, *vi caloris.* Vide Notas et Emend. num. VIII. (hic adi.) *Ceterum attritu digitorum etc.*) In Mss. Reg. 2. et Colb. 3. *accepta vi caloris attrahunt*, etc. Tamen vulgatae lectioni fauet Ifidorus, qui exfcripfiffe ad verbum integra fide hunc locum videtur, lib. 16. Orig. cap. 8. *Vocari autem*, inquit, *a quibufdam harpaga, eo quod attritu digitorum accepta caloris anima, folia paleafque .... rapiat, ficut magnes ferrum.* Mox vero, vbi prius legebatur, *ac folia arida, ac philyras, vt magnes lapis ferrum. Ramenta quoque eius in oleo addita flagrant dilucidius, diutiufque, quam lini medulla*, eosdem fecuti codices ad fuum nitorem plane hunc locum reftituimus, vt cuiuis fingula expendenti conftabit. De attractiua electri virtute, multa Kircherus nofter erudite, tom. 2. mundi fubterr. libro 8. pag. 76. H.

*n. Ramenta quoque eius in oleo, etc.*) Lege: *Ramenta quoque eius in oleo addita flagrant dilucidius diutiufque quam pini medulla.* Salmaf.

*Ferri ramenta quoque*) Non leuia modo, fed et ponderofiffima omnis generis metalla, ferrum, argentum, aurum, plumbum, ad x. ac xx. libras, ligneos baculos, haftas, chirothecas, fuccini frufto attraxiffe fe Kircherus idem conteftatur, pag. 77. Quod

addita flagrant dilucidius diutiusque, quam lini medulla *o*. Taxatio in deliciis tanta, vt hominis quamuis parua effigies, viuorum hominum vigentiumque pretia superet: prorsus vt castigatio *p*. vna non sit satis. In Corinthiis aes placet auro argentoque [1] mixtum, in caelatis ars et ingenia. Murrhinorum et crystallinorum diximus gratiam: vniones, quod capite *q*. circumferuntur, gemmae digitis: in omnibus denique aliis vitiis ostentatio aut vsus placet: in succinis deliciarum tantum conscientia. Domitius Nero *r*. in ceteris vitae suae portentis, capillos quoque coniugis suae Poppaeae in hoc nomen adoptauerat, quodam etiam carmine [2] succina appellando. Et quoniam nullis vitiis desunt pretiosa nomina, ex eo tertius *s*. quidam hic colos coepit expeti a matronis. Vsus tamen succi-

1. *Sic ex* Mss. *H. et M. misto Gr. et Al.* 2. *succineos. V.*

Quod porro Geoponicon auctor, lib. 15. cap. 1 pag. 406. famaque vulgi ocimum excipit, quod a succino posse trahi negat, *ἀχύρωδα καὶ κοῦφα ἕλκει πρὸς ἑαυτὸν, πλὴν ὠκίμου*, id variis experimentis falsum esse et ipsi scimus, et idem Kircherus vidit. H.

*o. Quam lini medulla*) Ita libri omnes: haud dubie tamen, *quam pini medulla*, legi satius fuerit. Quid enim *lini medulla?* Stupane, quae medullae proxima? Vereor vt id satis dicatur apposite. Pini vero medullam, quam Graeci *καρδίαν* vocant, Theophr. lib. 1. hist. plant. cap. 9. maxime *ἔνδαδον* esse vere pronunciauit, hoc est, teda refertam. H.

*p. Vt castigatio*) Vt castigasse inuehique in mores semel obiter non sit satis. Hard.

*q. Quod capite*) Auribus. Hard.

*r. Domitius Nero*) Vide Auctorum Indicem. H.

*s. Tertius quidam hic colos*) Post aurum, et vniones: quae pariter matronae gestant. H.

succinorum inuenitur aliquis in medicina: sed non ob hoc feminis placent. Infantibus adalligari amuleti ratione prodest. Callistratus et cuicumque aetati contra lymphationes prodesse tradit, et vrinae difficultatibus potum, adalligatumque. Hic et differentiam nouam attulit, appellando chryselectrum *t.*, quasi coloris aurei, et matutino [1] gratissimi aspectus, rapacissimum ignium, et si iuxta fuerint, celerrime ardescens. Hoc collo adalligatum, mederi [2] febribus et morbis: tritum cum melle ac rosaceo, aurium vitiis: et si cum melle Attico conteratur, oculorum quoque [3] obscuritatibus. Stomachi *v.* etiam vitiis vel per se farina eius sumpta, vel cum mastiche ex aqua pota. Succina etiam gemmis, quae sunt translucidae, adulterandis magnum habent locum, maxime amethystis, cum omni, vt diximus *x.*, colore tingantur.

XIII. De lyncurio proxime dici cogit auctorum pertinacia. Quippe, etiam si non electrum id esset, lyncurium *y.* tamen gemmam esse contendunt. Fieri autem ex vrina quidem lyncis, sed [4] egestam terra protinus bestia [5] operiente eam, quo-

1. *Sic ex* Mss. *H. et M. gratissimum. V. gratissimo aspectu Gr. et Al.* 2. *faucibus et oris morbis. V. faucium et oris Alii V.* 3. *obscuritati. M.* 4. *congesta. V.* 5. *operiente quoniam iuuideat eam hom. M.*

*t. Chryselectrum, etc.)* Haec iisdem fere verbis Marbodeus, lib. de lapid. pret. cap. 17. H.

*v. Stomachi etiam)* Id quoque de suo electro πτερυγοφόρῳ Dioscorides, lib. 2. cap. 100. H.

*x. Vt diximus)* Hac ipsa sect. H.

*y. Lyncurium tamen)* Haec totidem verbis Solinus, cap. 2. pag. 15. ac pro veris habuit. Item auctor Kiranidum, pag. 42. Vide quae de

quoniam inuideat hominum vſui. Eſſe autem qualem in igneis ſuccinis, colorem, ſcalpique *z*. Nec folia tantum aut ſtramenta ad ſe rapere, ſed aeris *a*. etiam ac ferri laminas, quod Diocles quidem et Theophraſtus [1] credit. Ego falſum id *b*. totum arbitror, nec viſum in aeuo noſtro gemmam vllam ea appellatione: et quod de medicina ſimul proditur, calculos veſicae *c*. eo poto elidi, et morbo regio occurri, ſi ex vino bibatur, aut ſi portetur etiam.

XIV. Nunc gemmarum confeſſa genera dicemus, a laudatiſſimis orſi. Nec vero id ſolum agemus, ſed ad maiorem vtilitatem vitae obiter coarguetur Magorum infanda vanitas, quando illi vel plurima prodidere de gemmis, medicinae *d*. ex his [2] blanda ſpecie prodigia tranſgreſſi.

XV.(IV.)

1. *Sic ex Mſſ. H. et M. credidit Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mſſ. H. et M. ſpecies blando prodigio Gr. et Al.*

de Lyucurio dicta ſunt, lib. 8. ſect. 57. H.

z. *Scalpique*) Non ſcalpi quidem, ſed ſcalpendis gemmis eam eſſe idoneam prodidit Phile, lib. de propr. anim. pag. 108. Οὖρον δὲ λυγγὸς ἐκτραχυνθὲν εἰς λίθον, Στερρός τίς ἐστιν ἐγκοπεὺς πρὸς τὰς λίθους. H.

a. *Sed aeris etiam ac ferri*) Quod lyncurium ii ſcilicet electrum eſſe arbitrarentur. Nam ſuccino vim eam ineſſe paulo antea diximus. Haec totidem verbis apud Theophraſtum leguntur, lib. περὶ λίθων, pag. 6. H.

b. *Ego falſum id*) Falſum id quoque Dioſc. arbitratur, lib. 2. cap. 100. H.

c. *Calculos veſicae*) Vide quae dicta ſunt lib. 28. ſect. 32. H.

d. *Medicinae*) Omnia medicinae prodigia ſuperantes, blandis pollicitationibus remediorum a gemmis, *quae ſunt incredibilia et falſa*. H.

XV. (IV.) Maximum in rebus humanis, non solum inter gemmas, pretium habet adamas, diu *e.* non nisi regibus et iis admodum paucis cognitus, [1] auri modo *f.* in metallis repertus, [2] perquam raro: comes auri, nec nisi in auro *g.* nasci [3] videbatur. Veteres eum in Aethiopum tantum metallis inueniri existimauere, inter delubrum *h.* Mercurii, atque insulam Meroën: dixeruntque non ampliorem [4] cucumis semine, aut colore dissimilem inueniri. Nunc genera eius sex noscuntur: [5] Indici *i.*, non in auro nascentis, sed quadam *k.* cry-

1. *ita appellabatur auri nodus. Ch fortassis appellatur. vnus modo Gr. et Al.* 2. *Sic etiam Dalec. perquam raro comes auri Gr. et Al.* 3. *visus. V.* 4. *cucumeris. M.* 5. *Indicus in auro nascens, quadam. V.*

e. *Diu non nisi regibus et iis admodum paucis cognitus*) Lege: *Diu non nisi Regibus, et iis admodum paucis cognitus; ita appellatus, auri modo in metallis repertus, perquam raro comes auro, sed nec nisi in auro nasci videtur.* Verum adamantem et hoc nomime maxime dignum eum habitum vult Plin. qui in auro nasceretur. Vel legendum: *perquam puro comes auro.* Salmas p. 1073 b. De adamantis generibus, vide Garciam ab Horto c. 47. lib. 1. Rerum Indicarum. *Dal.*

f. *Auri modo*) Sic Reg. 2. et Colb. 3. In editis vitiose, *vnus modo.* Nec minus corrupte in Chiffl. *auri nodus,* quanquam id intelligo placere Salmasio, in Solin. p. 1037. Ariolantur qui Plinium hallucinatum hoc loco putant, ac spumam auri, quam id dum excoquitur, exspuit, (Graeci nonnulli ἀδάμαντα nuncupant) pro adamante gemma accepisse autumant. H.

g. *Nec nisi in auro*) Mox, *et in auro nonnisi excellentissimo natales.* H.

h. *Inter delubrum Mercurii atque Insulam Meroën*) Fabulosum id. *Dal.*

i. *Indici, non in auro nascentis*) In Indiae prouincia Bisnager, duabus vel tribus cautibus; in Decan duabus; vna ad fretum Taniam reperiri, scribit Garcias. *Dal.*

k. *Sed quadam crystalli*) Fere crystalli similis. Solinus,

cryſtalli cognatione. Siquidem et colore translucido non differt, et laterum ſexangulo laeuore [1] turbinatus in mucronem: [2] aut duabus *l.* contrariis partibus, vt ſi duo turbines latiſſimis ſuis partibus iungantur: magnitudine vero etiam auellanae nuclei. Similis eſt huic *m.* quidem Arabicus, minor tantum *n.* [3] ſimiliter et naſcens *o.*, ceteris pallor

1. *turbinatur. V.* 2. *et interdum du. con. par. quod magis miramur. Al. quo magis miremur, Gr. ſed omittit H. ex* Mss. 3. *et ſimiliter naſcens, caeteris pallidior, argento, etc. auro non. M.*

nus, cap. 52. pag. 82. de adamante: *In quodam cryſtalli genere inuenitur, materiae, in qua naſcitur, adaeque ſimilis, ſplendore liquidiſſimo, in mucronem ſexangulum vtrimque ſecus leniter turbinatus, nec umquam vltra magnitudinem nuclei auellanae repertus.* Expreſſit hoc idem verſu Marbodeus, lib. de lapidib. pret. cap. 1. *Vltima praecipuum genus India fert adamantis, De cryſtallorum natum ſumptumue metallis: Hunc ita fulgentem cryſtallina reddit origo, Vt ferruginei non deſinat eſſe coloris. Hic ſed auellana maior nuce non reperitur.* Genera adamantum a Plinio, ceteriſque veterum propoſita, aetati huic noſtrae ignota cenſemus, cum Aldrouando, lib. 4. de metall. cap. 78. pag. 947. H.

*l. Aut duabus contrariis partibus)* Subintellige, acuminatus, ſeu turbinatus in mucronem, ab vtraque parte. Gallice, *en lozange.* H.

*m. Similis eſt huic quidem Arabicus, etc.)* Lege: *Similis huic Arabicus, minor tantum, ſimiliter naſcens, ceteris pallidior vt argentum. At in auro non niſi excellentiſſimo natales. Incudibus is deprehenditur ita reſpuens ictus, vt ferrum vtrimque diſſultet, incudeſque etiam ipſae diſſiliant. Quippe duritia eius inenarrabilis eſt.* Vide Salmaſ. 1075. a. 1076. b. 1094. b.

*n. Minor tantum)* Haec verba ſic Marbodeus accepit, vt minoris pretii quidem, non idem molis eſſe intellexerit, loco cit. *Alterius generis producit Arabs adamantem, Non ſic inuictum: nam frangitur abſque cruore: Nec par huic nitor eſt, pretiique minoris habetur: Pondere*

lor [1] argenti *p.*, et in auro non niſi excellentiſſimo [2] natales. Incudibus [3] hi *q.* deprehenduntur, ita reſpuen-

*1. ingens. Alii. gentis Gr. 2. Sic etiam V. natalis Gr. et Al. 3. hic deprehenditur ita reſpuens. M.*

*dere ſit quamuis, et enormi corpore maior.* H.

o. *Similiter et naſcens)* Hoc eſt, vt Indicus, non in auro naſcens, ſed quadam cryſtalli cognatione. H.

p. *Ceteris pallor argenti)* Ceteris adamantis generibus, praeter Arabicum, Indicumque, pallor eſt argenti, natales in excellentiſſimi auri metallis. Vide Notas et Emend. num. IX. (hic poſ.) *Ceteris pallor argenti, etc.)* Libri hactenus editi inſulſe, *ceteris pallor gentis.* Alii, *pallor ingens,* reponere nitebantur. Reg. 2. et Colb. 3. *ceteris pallidior argento et auro.* Salmaſius in Solinum, pag. 1094. *ceteris pallidior ad argentum, et in auro . . . . natales,* vt haec ad Arabicum adamantem referantur, de quo proxime antea ſermo fuit. Mox idem, *incudibus is deprehenditur, ita reſpuens ictum,* etc. Quae ſunt omnia a ſcriptoris mente admodum abhorrentia: Nam Arabicum primum adamantem *ſimiliter* atque Indicum *naſci* ante prodidit, hoc eſt, *non in auro, ſed quadam cryſtalli cognatione*: ceteriſque generibus communes deinceps dotes eas eſſe velle, palloris nimirum argentei, viriumque incudibus indomitarum, aperte prodit, cum ſubiicit: *Vnum ex iis vocant cenchron*, ex iis ſcilicet generibus, quae generatim modo complectitur, dotibus aſſignatis, quae ſunt omnibus iis communes. Errandi argumentum et cauſam Salmaſio Solinus obiecit, cap. 52. pag. 82. vbi poſteaquam de Indico adamante dixit, Arabico neglecto, tranſiliit ad vnum e reliquis generibus, de quo ſic ille: *Huic proximus, in excellentiſſimo auro deprehenditur, pallidior, ac magis ad argenti colorem renitens.* Quae Salmaſius ad Arabicum adamantem, quem Plinius Indico proximum facit, pertinere credidit. Sed adamantis genera Plinius, quam Solinus, plura agnouit: iſte quaterna tantum: ſena ille, ac diuerſa. H.

q. *Incudibus hi)* Marbodeus Indico ſoli hanc dotem aſſignat. Solinus, cap. 52. pag. 82. Indico et alteri generi,

respuentes ictum r., vt ferrum [1] vtrimque dissultet, incudesque etiam ipsae dissiliant. Quippe duritia s. inenarrabilis est, simulque ignium victrix natura, et numquam incalescens. Vnde et nomen t. indomita vis Graeca [2] interpretatione accepit. Vnum v. ex iis vocant cenchron x., quod est

1. *vtrumque. M.* 2. *appellatione. M.*

neri, cuius natales in auro: *Nec ferro vincuntur*, inquit, *nec igne domantur.* H.

r. *Ita respuentes ictum*) Fabulosum id esse tradit Garcias, nam et in scobem malleolo redigi, et facillime confringi atterique in mortario pistillo ferreo. *Dal.*

s. *Quippe duritia*) Haec totidem verbis Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 13. Vide egregiam de ea re dissertationem, apud Theophyl. Simocattam, phys. quaest. 1. Nostri tamen adamantes adeo non ictum mallei respuunt, vt etiam in scobem malleolo redigantur. Facillime vero pistillo ferreo in mortario confringi et atteri solent, vt eorum scobe adamantes alii poliantur. Vide Garciam ab Horto, in Arom. hist. cap. 47. H.

t. *Vnde et nomen*) Ἀδάμας, ἀπὸ τȣ̃ α καὶ δαμάζω, id est, *domo*, quod nulli materiae cedat. H.

v. *Vnum ex iis vocant cenchron*) Lege: *Vnum ex iis vocant centron quod est milii magnitudine.* Graeci κέντρον vocant in omni materie nodosam duritiem, quae ictus respuit, ac ferro findi frangique negat. Vide Plin. lib. 16. cap. 39. *Publicum omnium vitium vocant spiras vbi conuoluere se venae atque nodi. Inueniuntur in quibusdam, sicut in marmore centra, id est, duritia clauo similis, inimica ferris.* Atqui in gemmis ea centra reperiuntur. Plin. de Sapphyris Medicis: *praeterea inutiles scalpturae interuenientibus Crystallinis centris.* Ergo illa centra in gemmis ferro scalpi negant et scalpturae resistunt. Vide *Salmas.* pag. 1074. b.

x. *Cenchron*) Ita clare Colb. 3. aliique Mss. et typi omnes. Et κέγχρος quidem milium sonat, vnde ei adamanti nomen. Nodum quaerit in scirpo Salmasius, in Solin. p. 1074. qui *centron* reponere conatur, hoc est, centrum, seu nodum, nodosamue duritiem, quae in gemmis

est milii magnitudine. Alterum Macedonicum in Philippico auro *y.* repertum: et hic est cucumis semini par. Post hos Cyprius vocatur in Cypro repertus, vergens in [1] aërium colorem *z.*, [2] sed in medicina, vt dicemus *a.*, efficacissimus. Post hunc est *b.* siderites ferrei splendoris, pondere ante ceteros,

1. *Sic etiam M., aereum Gr. et Al.* 2. *sed in medicamine, de quo dicemus. M.*

gemmis reperitur interdum. Hard.

*y. In Philippico auro*) In metallis aurariis, quae sunt in Philippensi Macedoniae agro. In ferrariis dixit Marbodeus, loco cit. *Tertius est adamas, quem dat maris insula Cypros. Quartum producit ferraria vena Philippis.* At falso, cum his generibus natales in auro esse Plinius praemonuerit. Sed Solinum ille transscripsit, qui quartum similiter genus adamantis metallis ferrariis adiudicat, non tamen Philippensibus: cum neque in vllis, vt mox dicemus, reperiri possit. H.

*z. In aërium colorem*) Vel caeruleum, vel in translucido liquidum. Vide Notas et Emend. num. X. (hic adi.) *In Cypro vergens in aërium colorem*) Ita clare Colb. 3. In aliis *aereum*, errore minime dubio. Epiphanius, de gemmis, pag. 230. Ὁ λίθος ὁ ἀδάμας ἐμφερής ἐστι κατὰ τὴν χροιὰν τῷ ἀέρι. Et pag. 231. Ὅς ἦν ὁ δηλωθεὶς ἀδάμας, τὴν χροιὰν ἀερίζων. Hoc loco corruptis Plinii codicibus vsum Solinum intelliges, qui et *aereum* legit, et aereum adamantem commentus est, et Cyprum pro cupro, siue pro aere interpretatus est. *Tertius*, inquit, cap. 52. pag. 82. *in venis cupri apparet propior ad aeream faciem.* Similemque alium subtexit errorem, cum eum quem Plinius sideriten dixit, quod ferrei sit coloris, ipse in ferrariis officinis colligi somniauit. *Quartus*, inquit, *in metallis ferrariis legitur, pondere ceteros antecedens*, etc. Hard.

*a. Vt dicemus*) Sub finem huius sectionis. H.

*b. Post hunc est*) Σιδηρίτης, non quod in ferrariis metallis inuenitur, vt Solinus somniauit, cap. 52. p. 82. sed quod est ille ferrei coloris. H.

ros, ſed natura diſſimilis. Nam et ictibus *c.* frangitur, et alio adamante perforari poteſt: [1] quod et Cyprio euenit: breuiterque, vt degeneres, nominis tantum auctoritatem habent. [2] Idque, quod totis voluminibus his docere et mandare conati ſumus, de diſcordia rerum concordiaque, quam antipathiam ac ſympathiam appellauere Graeci, non aliter clarius intelligi poteſt. Siquidem illa inuicta *d.* vis duarum [3] violentiſſimarum naturae rerum, ferri ignisque, contemptrix, hircino *e.* rumpitur ſanguine; [4] neque aliter quam recenti calidoque macerata, et ſic quoque multis ictibus: tunc etiam, praeterquam eximias, incudes malleosque [5] frangens. Cuius hoc ingenio inuentum? quoue caſu repertum? aut quae fuit coniectura experiendi rem immenſi ſecreti, et in foediſſimo [6] animalium? Numi-

1. *qui e Cypro venit. M.* 2. *Id autem. V. Id quoque. Alii V.* 3. *Sic ex* Mss. *H. et M. violentiſſimae Gr. et Al.* 4. *Sic etiam M. nec Gr. ac nec V.* 5. *ferreos, addit Gr. ſed in M. deeſt; et omittit H. ex Mss.* 6. *animalium omnium? Numinum profecto talis inuentio eſt. M.*

c. *Nam et ictibus*) Totidem verbis haec Solinus, loco citato. H.

d. *Siquidem illa inuicta*) Haec Solinus ad verbum, loco cit. et Iſidorus, lib. 16. cap. 13. H.

e. *Hircino rumpitur ſanguine*) Garcias ab Horto expertum ſe id ſcribit, ſed vana ſpe. *Dal.*

*Hircino rumpitur ſanguine*) Negant hoc eſſe verum recentiores phyſici; niſi hircus antea petroſelino ac ſilere montano paſtus ſit: his herbis frangendi vim hircinum ſanguinem adipiſci: adeo vt ruta muraria ſola hirco enutrito, per dies quadraginta, prohibitoque ab omni potu, niſi vt ſub noctem pluuiam decidentem lamberet, interfecti ſanguinem leniter exſiccatum, comminuendi calculi cauſa aegris propinatum eſſe, feliciſſimo euentu. H.

Numinum profecto muneris talis inuentio omnis est. Nec quaerenda in vlla parte naturae ratio, sed voluntas. Et cum feliciter rumpere [t] contigit, in tam paruas frangitur crustas, vt cerni vix possint. Expetuntur *f.* a scalptoribus, ferroque includuntur, nullam non duritiam ex facili cauantes. Adamas diffidet *g.* cum magnete lapide in tantum, vt iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi: aut si admotus magnes apprehenderit, rapiat, atque auferat. Adamas et venena *h.* irrita facit, et lymphatio-



*t.* *Sic ex Mss. H. et M. contingit Gr. et Al.*

*f. Expetuntur*) Solinus, loco cit. *Fragmenta scalptoribus in vsum insigniendae cuiuscumque modi gemmae expetuntur.* Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 8. *Adamantis fragmentis scalptores pro gemmis insigniendis perforandisque vtuntur.* Albertus Magnus, libro 2. de mineral. tract. 2. pag. 227. *Hic autem lapis penetrat ferrum, et ceteras gemmas omnes, praeter chalybem, in quo retinetur.* H.

*g. Adamas diffidet cum magnete lapide in tantum*) Fabulosum id quoque idem non semel expertus tradit. *Dal.* Leg. *Adamas diffidet cum lapide magnete, in tantum, vt iuxta positus ferrum non patiatur ei trahi.* i. e. ab eo trahi. *ferrum magneti trahitur*, id est a magnete. quod sequitur sic lege: *aut si admotus magnes id prehenderit*, hoc est ferrum prehenderit atque ad se rapuerit. Vide Salmas 1104. a.

*Adamas*) Ita Solinus, Isidorus, Albertus, locis cit. Marbodeus, lib. de lapid. pret. cap. I. *Omnibus aequa tamen vis est adducere ferrum: Quod facit et magnes absente potens adamante: Nam praesens adamas magneti quod rapit, aufert.* Non habet hanc vim adamas orbi nostro nunc cognitus. H.

*h. Adamas et venena*) Solinus, et Isidorus, locis citat. Albertus his amplius, loco cit. *Dicuntque Magi, quod lacerto sinistro alligatus, valet contra hostes, et insaniam, et indomitas bestias, et feros homines, et contra iurgia et rixas, et contra venena, et incursus phantasmatum, et incuborum.* Marbodeus, loco cit. *et noctis lemures, et somnia vana repellit,*

phationes abigit, metusque [1] vanos expellit a mente: et [2] ob id quidam eum anachiten *i.* vocavere. Metrodorus Scepsius, in eadem Germania et [3] Basilia insula nasci, in qua et succinum, quod equidem legerim, solus dicit: et praefert Arabicis: quod falsum esse quis dubitet?

XVI. Proximum apud nos Indicis Arabicisque margaritis pretium est, de quibus in nono *k.* diximus volumine inter res marinas.

(V.) Tertia auctoritas smaragdis *l.* perhibetur pluribus de causis. [4] Nullius coloris aspectus iucundior

1. *nocturnos. Herm.* 2. *ob id quondam eunaciten (fortassis, eunacoeten) vocauere. M.* 3. *Sic ex Mss. H. Baltia Gr. et Al.* 4. *Nullis. V.*

*pellit, Atra venena fugat,* etc. Hard.

*i. Et ob id quidam eum anachiten vocauere.*) Lege: *Et ob id quidam eum Anancicen vocauere*, hoc est, ἀναγκίτην. Vide *Salmas.* 1085. a. et *Reines.* Variar. lect. lib. 2. cap. 7. pag. 175 etc. *Et ob id quidam eum, etc.*) Anachyten, quod animi moerorem effundat; ἀνάχυσις mollities, lasciuia. In manuscr. legitur, *cunacitem*: fortassis εὐνακοίτην, quod cubituris metu depulso, moeroreque leuato, somnum conciliet, recreata tranquillataque mente. Alii quod τὰ ἄχη, id est, τὰς λύπας παύει, quod animi aegritudines et anxietates sedat et discutit. *Dal.*

*Anachiten*) Sic libri fere omnes editi. In Parmensi edit. *anchiten.* Reg. 2. et Colb. 3. *quondam eunaciten.* An εὐνακοίτην, quod metus a lecto somnoque pellat? nam et εὐνὴ et κοίτη lectus dicitur. Salmasius in Solin. ἀναγκίτην legit, pag. 1085. quod metus sedet: nam metum ille, ceterosque animi affectus, quae πάθη Graeci vocant, ἀνάγκας appellari posse, credi cogit: Pareant, quibus ille iusserit. H.

*k. In nono diximus*) Libro 9. sect. 54. et seqq. H.

*l. Tertia . . . . smaragdis*) Haec iisdem fere verbis Solinus, cap 15. pag. 35. Isido-

cundior est. Nam herbas quoque virentes frondesque auide spectamus: Smaragdos vero tanto libentius *m.*, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Praeterea soli *n.* gemmarum contuitu oculos implent, nec satiant. Quin et ab intentione alia obscurata, aspectu smaragdi recreatur [1] acies. Scalpentibusque *o.* gemmas non alia gratior oculorum refectio est: ita viridi lenitate lassitudinem mulcent. Praeterea *p.* longinquo amplifican-



1. *acies sculpentibusque. M.*

Isidorus item, lib. 16. Orig. cap 7. Maragdum absque praeuio sibilo scribendum esse contendit Athenaeus, lib. 3. pag. 94. quod ἀπὸ τοῦ μαρμαίρειν, hoc est, a splendore nomen habere vult. Nostris, *Emeraude*. Hard.

*m. Smaragdos vero tanto libentius*) Leg *Smaragdos vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridis comparatu, etc.* Salmas. 195. b.

*n. Praeterea soli, etc.*) Solinus, ex Theophrasto, et Isidorus, locis cit. H.

*o. Scalpentibusque*) Solinus, loc cit. *Deinde obtutus fatigatos coloris reficiunt lenitate: nam visus, quos alterius gemmae fulgor retuderit, smaragdi recreant et exacuunt.* H.

*p. Praeterea longinquo amplificantur visu, inficientes, etc.*) Amplificari visu longinquo scribit, quia aërem sibi vicinum inficientes, quae proxima sunt, imo etiam longinqua, videnda tradant oculis viridi colore infecta. Et paulo post lego: *quod etiam in aquis nos iuuat.* in aquis hoc etiam iuuare ait et delectare, si vitrea perspicuitate visum ad imum usque fundum admittant. Et paulo post lege: *Proximam laudem habent sicut et sedem, Bactriani. in commissuris saxorum colligere eos dicuntur Etesiis flantibus: tunc enim tellure aperta nitent, etc.* Et paulo post: *Tertium locum Aegyptii habent, qui eruuntur circa Copton incolis, ex cautibus.* i. e. qui eruuntur ex cautibus ab incolis circa Copton. *Salmas.*

*Praeterea*) Praeterea ex longo spatii interuallo oculos feriunt, et amplissimam emittunt ex se lucem. H.

plificantur visu, inficientes *q.* circa se repercussum aëra: non Sole mutati *r.*, non vmbra, non lucernis, semperque sensim radiantes, et visum admittentes, ad crassitudinem *s.* sui facilitate translucida: quod etiam in aquis [1] nos iuuat *t.* Iidem plerumque concaui, ut visum colligant *v.* Quapropter decreto *x.* hominum iis parcitur, scalpi vetitis. Quanquam Scythicorum *y.* Aegyptiorumque duritia tanta est, vt nequeant vulnerari. Quorum vero *z.* corpus extensum est, [2] eadem, qua specula, ratione

*1. Sic etiam M. non fit Gr. et Al.* *2. eadem speculatione sup. M.*

*q. Inficientes*) Eadem ambage sermonis, Solinus, pag. 36. *Proxima sibi inficiunt aëre repercusso.* Isidorus, loc. cit. *Inficiunt circa se viriditate repercussum aërem.* Albertus M. pag. 239. lib. 2. de miner. *Vicinum aërem sua videtur tingere viriditate.* H.

*r. Non Sole mutati*) Nec Sol, nec vmbra, nec lucernae, viuidam eam viriditatem auferunt. H.

*s. Ad crassitudinem*) Ad intimam usque sui crassitudinem, quoniam translucida est, et facile visum transmittit. H.

*t. Quod etiam in aquis nos iuuat*) Sic Mss. Reg. 2. Colb. 3. aliique, non, vt editi perperam, *quod etiam in aquis non fit.* Sententia est, in aquis etiam iuuare hoc ac delectare plurimum, si vitrea ac pellucida perspicuitate, ad imum vsque fundum, visus admittant. Hinc illud de fonte peruulgatum, vt sit *Vitreis pellucidus vndis.* Hard.

*v. Vt visum colligant*) Vt aspectum c[illegible]r, nec radios, quos vocant visuales, dissipent. Dignus risu ac sibilo Solinus, qui cap. 15. pag. 36. hunc Plinii locum sic interpretatur: *Cum concaui sunt* smaragdi, *inspectantium facies aemulantur.* H.

*x. Quapropter decreto*) Solini paraphrasis: *Nec aliam ob causam placuit vt non scalperentur, ne offensum decus imaginum lacunis corrumperetur.* H.

*y. Quanquam Scythiorum,* etc.) Solinus, loc. cit. H.

*z. Quorum vero*) Solinus item loc. cit. et Isidorus, lib. 16. Orig. 7. Marbodeus, lib. de lapid. pret. cap. 54. *Opti-*

ratione supini imagines rerum reddunt. Nero Princeps *a.* gladiatorum pugnas spectabat smaragdo.

XVII. Genera eorum *b.* duodecim: Nobilissimi *c.* Scythici, ab ea gente, in qua reperiuntur, appellati. [1] Nullius maior [2] austeritas *d.* nec minus vitii. [3] Et quantum smaragdi a gemmis distant, tantum Scythici a ceteris smaragdis. Proximam laudem *e.* habent, sicut et sedem, Bactriani; quos
D 4 in

1. *Nullis.* *V. M.* 2. *Auctoritas.* *Fuxense.* 3. *vt quant. sma. a reliquis gem.* *M.*

*Optimus hic situs est, quorum sunt corpora plana.* H.

*a.* *Nero Princeps*) Isidorus, loc. cit. Marbodeus, lib. de lapid. pret. cap. 54. *Omne virens superat forma viridante smaragdus, cuius bis quinae species binaeque feruntur: praecipuus Scythicis honos est, et gratia maior. His vsum speculis testatur fama Neronem, Cum gladiatorum pugnas spectare libebat.* Hard.

*b.* *Genera eorum*) Albertus M. lib. 2. de mineral. pag. 236. *Smaragdi, propter planitiei et coloris varietatem, dicunt esse diuersitates duodecim.* Nunc genera tantum bina noscuntur; orientale et occidentale: ab Indiis vnde aduehuntur. H.

*c.* *Nobilissimi Scythici*) Garcias ab Horto locum eius natalem, vix cognosci tradit, nullis fragmentis remanentibus, quoniam ea propter raritatem mercatores auferant. Verum alia et certa haec ratio est, quod smaragdi in Scythis, Bactris, Aegypto, regionibus procul dissitis ab India, in qua Garcias degebat, reperiantur. *Dal.*

*Nobilissimi*) Isidorus et Solinus, locis cit. Scythidem gemmam appellat Martianus, lib. 1. pag. 18. et 20. H.

*d.* *Nullius maior austeritas*) Solinus, loc. cit. *Laudantur austeri*, hoc est, saturi coloris. Mss. tamen Reg. et Colb. *Nullis maior auctoritas*, sed mendose: cum iidem sect. seq. clare exhibeant, *tenorem illum Scythicae austeritatis non semper custodiunt.* H.

*e.* *Proximam laudem*) Isidorus,

in commiſſuris ſaxorum *f.* colligere dicuntur Eteſiis flantibus. Tunc enim tellure [1] internitent *g.*, quia iis ventis maxime arenae mouentur. Sed hos minores multo Scythicis eſſe tradunt. Tertium locum *h.* Aegyptii habent, qui eruuntur circa Copton oppidum Thebaïdis in collibus, 2 ex cautibus. Reliqua genera *i.* in metallis aerariis inueniuntur.

1. *verſa nitent. V. terſi nitent. Alii V. terſa nitent, quod iis.* 2. *exſtantibus. M. et cautibus Gr. et Al.*

dorus, lib. 16. Orig. cap. 7. et Theophr. lib. περὶ λίθων, pag. 7. Vbi tamen, vt optime Dalecampius animaduertit, aliique poſt eum, nihil ille de commiſſuris ſaxorum: ſed intexi ſolum ſmaragdos calicibus gemmatis, εἰς τὰ λιθόκολλα: colligi eoſdem in arena Eteſiis flantibus, quia venti ii mouent arenas, ac tellure deterſa internitentes ſmaragdos aperiunt. H.

*f. Quos in commiſſuris ſaxorum)* Nihil de hac re Theophraſtus. Et probabile, ſi arena commota inueniantur, in ſabulo magis naſci: niſi forte putemus, alio tempore nitorem illorum obſcurari arenarum appulſu, Eteſiis vero flantibus diſcuti ſabulum illud ac disiici, ideoque tum fulgere. Theophraſti verba ſunt haec lib. περὶ λίθων. οἷς δὲ εἰς τὰ λιθόκολλα χρῶνται ἐκ τῆς Βακτριανῆς εἰσι πρὸς τῇ ἐρήμῳ συλλέγουσι δὲ αὐτὰς ὑπὸ ἐτησίας ἱππεῖς ἐξιόντες. τότε γὰρ ἐμφανεῖς γίνονται κινουμένης τῆς ἄμμου διὰ τὸ μέγεθος τῶν πνευμάτων. εἰσὶ δὲ μικροὶ καὶ οὐ μεγάλοι, Id eſt, *Carbunculi ex Bactriana, quibus vtuntur ad gemmata monilia, in deſertis naſcuntur. Colligunt eos flantibus Eteſiis equites illo egreſſi; tum enim aurae vehementia commotis arenis apparent. Sunt autem parui ac non magni.* Dal.

*g. Tellure internitent)* Solinus, loc. cit. *Inueniuntur Eteſiis flantibus: tunc enim detecto ſolo facillime internitent: nam Eteſiae plurimum arenas mouent.* Iſidorus ſimiliter, loc. cit. *Tellure deoperta intermicant.* Theophr. loc. cit. τότε γὰρ ἐμφανεῖς γίνονται. H.

*h. Tertium locum)* Iſidorus, loc. cit. H.

*i. Reliqua genera)* Solinus et Iſidorus, locis cit. H.

niuntur. Quapropter principatum ex iis Cyprii obtinent: dosque eorum est *k.* nec in colore liquido, nec diluto, verum ex humido pingui, quaque [1] perspiciatur, imitante translucidum [2] mare: [3] pariterque *l.* translucentem colorem expellit, et aciem reficit. Ferunt in ea insula tumulo reguli Hermiae *m.*, iuxta cetarias, marmoreo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis, ita radiantibus etiam in gurgitem, vt territi [4] refugerent thynni: diu mirantibus nouitatem piscatoribus, donec mutavere oculis gemmas.

XVIII. Sed et vitia demonstrari [5] oportet in tam procliui erratu. [6] Sunt quidem omnium eadem. Quaedam tamen nationum peculiaria, sicut in homine. Ergo Cyprii varie glauci, magisque ac minus in eodem smaragdo aliis partibus tenorem illum Scythicae [7] austeritatis *n.* non semper custodiunt. Ad hoc quibusdam intercurrit vmbra,

D 5 sur-

1. *perspicitur. M.* 2. *maris. M.* 3. *Sic etiam Fux. Pariter translucet et nitet, hoc est, colorem expellit, et aciem recipit. Gr. et Al.* 4. *Sic ex Mss. H. territi instrumenta refugerent Gr. et Al.* 5. *oportet reperta. Sunt quidem. V.* 6. *Reperta sunt quidem. M.* 7. *Sic etiam Fux. auctoritatis Gr. et Al.*

*k. Dosque eorum est nec in colore liquido, etc.)* Legend. *Dosque eorum est in colore liquido, nec diluto, verum ex humido pingui, quaque perspicitur, imitante translucidum maris.* ita liquidos vult esse illos smaragdos, vti diluti non sint, sed ex liquido et humido pingues. *Salmas.* pag. 567. b.

*l. Pariterque)* Aeque atque mare, colorem emittit translucentem, aciemque reficit. Sic Mss. omnes: Typi interpolati: *pariterque translucet et nitet, hoc est, colorem expellit, et aciem recipit.* H.

*m. Hermiae)* De illo Suidas: Ἑρμίας ὁ εὐνοῦχος, etc. Hard.

*n. Scythicae austeritatis)* De qua dictum est sup. sect. Sic Mss.

[1] surdusque *o.* fit colos, qui improbatur, etiam [2] dilutior. Hinc genera distinguuntur. Sunt aliqui obscuri, quos vocant coecos *p.*: alii densi, nec e liquido translucidi: quidam varia nubecula improbati. [3] Aliud est hoc, quam vmbra, de qua diximus *q.* Nubecula enim [4] albicantis *r.* est vitium, cum viridis non pertransit aspectus, sed aut intus occurrit, aut excipit in fine visum candor. Haec coloris vitia: illa corporis *s.*, capillamentum, sal, plumbago. Ab iis Aethiopici laudantur a Copto dierum trium itinere, vt auctor est Iuba, [5] acriter virides *t.*, sed non facile puri aut concolores. Democritus in hoc genere ponit [6] Hermeos *v.*, et Persicos: illos [7] extumescentes: Persicos vero [8] non translucidos, sed iucundi [9] tenoris, visum implere,

1. *fudusque. M.* 2. *dilucidior. M.* 3. *Aliud haec quam. M.* 4. *albicans est vitium, cum viride. M.* 5. *alacriter. Fux. M.* 6. *Sic etiam M. et Fux. Hermineos Gr. et Al.* 7. *Sic etiam M. extumescentes pinguiter Gr. et Al.* 8. *translucidos, sed non iuc. V.* 9. *tenoris visu impleri. M. Fux.*

Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. et alii omnes. Editi male, *auctoritatis.* H.

*o. Surdusque*) Hebesque Hard.

*p. Quos vocant coecos*) Marbodeus, lib. de lapid. pret. in praef. de gemmis: *Quae non translucent, coecas voluere vocari.* H.

*q. De qua diximus*) Paulo ante, ac plane modo. H.

*r. Albicantis*) Smaragdi. Hard.

*s. Illa corporis*) Solinus, cap. 15. pag. 36. de smaragdis: *Vitiosi eorum intrinsecus quasdam sordes habent, vel plumbo, vel capillamentis, vel etiam sali similes*, hoc est, grano salis, siue verrucae, vt dictum antea. De plumbo, siue plumbagine, ipse mox. Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 7. hunc locum exscribens, *lapillamentis* mendose, pro capillamentis posuit. H.

*t. Acriter virides*) Mss. omnes, *alacriter virides.* Reg. 2. Colb. 3. Fux. alii. H.

*v. Hermeos*) Sic iidem Mss.

implere, quem non admittant, felium pantherarumque oculis similes: Namque et illos radiare, nec perspici: eosdem in Sole hebetari: [1] in vmbra refulgere, et longius, quam ceteros, nitere. Omnium horum etiamnum vitium, quod fellis *x.* colorem, [2] aut aeris habet. In Sole dilucidi quidem ac liquidi, sed non virides. Haec vitia et [3] Atticis maxime sentiuntur, in argentariis metallis repertis, in loco qui Thoricos *y.* vocatur, semper minus pingues, et e longinquo speciosiores. Frequens et iis plumbago, hoc est, vt in [4] Sole *z.* plumbei videantur. Illud peculiare, quod quidam ex his senescunt, paulatim viriditate euanida, et Sole laeduntur.

1. *Sic etiam M. vmbris Gr. et Al.* 2. *aut aëris aut olei habent, dilucidi. M. aut acris olei. Fux. aëris Gr.* 3. *Attici max. sentiunt in arg. met. reperiti loco qui. V.* 4. *solo. M.*

Mss. non *Hermineos.* Ab Hermia supra dicto hi nomen habent. H.

*x. Quod fellis*) Vide Notas et Emendationes, num. XI. (hic subi.) *Omnium horum etc.*) Prius legebatur, *aut aëris.* Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. alii, *acris olei* exhibent, credo mendose. Aeris certe colos fellis est colori affinis. Et Marbodeus, lib. de lapid. pret. cap. 54. de smaragdis: *Sunt et qui venis nasci perhibentur in aeris, quos maculis vitiosa notat natura smaragdi.* Rubiginis aeris habere viriditatem ait Albertus M. lib. 2. de mineral. tract. 2. pag. 237. *et qui in venis aëris nascuntur, maculosos, quod admixturam habent cum illo lapide.* Albertus M. lib. 2. de mineral. pag. 236. *Aliquando quoddam fel nigrum per modum virgularum permixtum habet.* H.

*y. Thoricos*) Populus ex Acamantide tribu. *Dal.*

*Thoricos*) Libro 4. sect. XI. *Thoricos promontorium.* Hard.

*z. Hoc est, vt in Sole*) Ita melius Romana et Parmensis editio, quam Mss. quidam, *in solo.* H.

tur. Post hos Medici *a.* plurimum [1] viriditatis *b.* habent, interdum *c.* et e sapphiro. Ii sunt fluctuosi, ac rerum imagines complexi, vt verbi gratia papauerum, aut auium, pinnarumque vel [2] capillorum *d.*, aut similium. Qui non omnino *e.* virides nascuntur, vino et oleo meliores fiunt: neque est aliorum magnitudo amplior.

Calchedonii *f.* nescio an in totum exoleuerint, postquam metalla aeris ibi defecerunt: et semper tamen [3] viles fuere, minimique. Iidem fragiles, sed colore incerti, et virentium [4] in caudis pauonum columbarumque collo plumis similes, ad inclinationem *g.* magis aut minus lucidi, venosi quidem squamosique. Peculiare [5] erat in his vitium sarcion *h.* appellatum: hoc est, quaedam gemmae caro.

1. *varietatis. M.* 2. *Sic etiam M. catulorum Gr. et Al.* 3. *Sic etiam Fux. vilissimi Gr. et Al.* 4. *in pauonibus caudarum. Fux.* 5. *eorum vitium menosarcion. M. id est, solida firmaque caro.*

*a. Post hos Medici*) Horum meminit etiam Solinus, cap. 15. pag. 35. E Media, quae Persidis regio est, aduehuntur. H.

*b. Plurimum viriditatis*) Mss. omnes, *varietatis*, minus recte. H.

*c. Interdum*) Interdum et sapphirum imitatur. H.

*d. Vel capillorum*) Sic Mss. omnes. Editi, *catulorum.* Hard.

*e. Qui non omnino*) Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 7. Solinus, cap. 15. pag. 36. *Mero et viridi proficiunt oleo, quamuis natura imbuuntur.* Hard.

*f. Calchedonii*) A Calchedone smaragdi ii nomen habent. Sic Mss. omnes, Reg. 2. Colb. 3. et alii; non, vt editi libri, *Carchedonii*, a Carchedone, hoc est, a Carthagine: etsi Carchedonios Marbodeus vocat, lib. de lapid. pret. cap. 54. de smaragdis: sed mendose. H.

*g. Ad inclinationem*) Vt supini vel proni inclinantur. H.

*h. Sarcion*) Σαρκίον, caruncula. H.

earo. Mons iuxta [1] Calchedonem *i.*, in quo legebantur, Smaragdites vocatus est. Iuba est auctor, smaragdum, quem [2] cholan *k.* vocant, in Arabia aedificiorum ornamentis includi, et lapidem quem alabastriten Aegyptii vocant. Complures vero [3] e proximo *l.*, Laconicos in Taygeto *m.* monte erui, Medicis similes, et alios in Sicilia.

XIX. Inseritur smaragdis et quae vocatur tanos, e Persis veniens gemma, ingrate viridis, atque [4] intus sordida. Item chalcosmaragdos *n.* e Cypro, turbida aereis venis. Theophrastus *o.* tradit in Aegy-

1. *Sic etiam M. Carchedonem Gr.* 2. *Sic ex Mss. H. Cholon Gr. et Al.* 3. *Sic ex Mss. H. et M. proximis Gr. et Al.* 4. *vitiis. M.*

*i. Mons iuxta Carchedonem*) Insulam fuisse Theophrastus auctor est; et fortassis insula mons ille fuit. *Dal.*

*Mons iuxta Calchedonem*) Theophrasto, lib. περὶ λίθων, insula est, ἐν τῇ νήσῳ τῇ ἐπικειμένῃ Καρχηδόνι, lege Καλχηδόνι. H.

*k. Cholon*) Χωλὸν vocant, quasi claudum, et aliis gratia, nobilitate, auctoritate inferiorem. Lego *chloëton*, vel *chloron*, id est e pallido virescentem. Iaspidis viridis genus esse putant *Dal.*

*Cholan vocant*) Ita Mss. omnes: nec tamen Arabica vox ea est, neque Graeca. Hard.

*l E proximo*) E locis Italiae proximis, non alios propiores esse quam Laconicos et Siculos. H.

*m. E proximis Laconicos in Taygeto*) Lege: *E proximo Laconicos in Taygeto monte, etc.* Complures vero e proximo erui, vt Laconicos in Taygeto monte et alios in Sicilia. e proximo ἐκ τῶν γειτόνων. nulli enim smaragdi magis e proximo eruebantur. *Salmas.* 195.b.

*n. Item Chalcosmaragdos, etc.*) Iisdem verbis Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 7. H.

*o. Theophrastus tradit in Aegyptiorum*) Libro περὶ λίθων, vnde Plinius haec omnia mutuatus est. Garcias auctor est, apud Indos e frustis lagenarum vitrearum, ac iaspide viridi, confici smaragdos eximii coloris, et insignis magnitudinis. *Dal.*

*Theophrastus*) Libro περὶ λίθων.

Aegyptiorum commentariis reperiri, regi eorum a rege Babylonio missum smaragdum munere IV. cubitorum longitudine, et trium latitudine. Et fuisse apud eos in Iouis delubro obeliscum e IV. smaragdis, XL. cubitorum longitudine, latitudine vero [1] in parte quatuor, in parte duorum. Se autem scribente, esse in Tyro *p.* Herculis templo stantem pilam e smaragdo, nisi *q.* potius [2] pseudosmaragdus sit. Nam et hoc genus reperiri, et in Cypro inuentum ex dimidia parte smaragdum, ex dimidia iaspidem, nondum humore *r.* in totum transfigurato. Apion cognominatus Plistonices *s.*, paulo ante scriptum reliquit, esse etiam nunc in labyrintho Aegypti [3] colosseum Serapin *t.* e smaragdo nouem cubitorum.

XX. Eam-

*1. in vna parte quatt. in altera parte. V.* *2. iaspis quam smaragdus sit. M.* *3. colossum Serapis. M.*

λίθων, pag. 5 et 6. quibus simillima sunt Pliniana, vsque ad eum locum, *Apion cognominatus*, etc. H.

*p. Esse in Tyro)* Et hunc Tyrium smaragdum, templumque, visum a se pariter Herodotus contestatur, lib. 2. Euterpe, num. 44. pag. 107. H.

*q. Nisi potius)* Theophr. εἰ μὴ ἄρα ψευδὴς σμάραγδος. H.

*r. Nondum humore)* Humore eo scilicet, qui e cautibus defluens in smaragdum indurescit. H.

*s. Apion cognominatus Plistonices)* Apion ille est, quem *mundi cymbalum* Tiberius vocauit praefatione huius operis, dictus πλειστονίκης, ab ingenio contentioso; vel πλειστονίκης, quod in historico certamine multas palmas adeptus fuisset. Aulo Gellio *Polyhistor* nominatur. *Scalig.*

*t. Serapin)* Sic Iouem vel Solem, Naturamue per sidus Solis largitricem frumenti Aegyptus appellauit: et Graecia, in nummo Odessitarum Thraciae, a nobis olim explicato: ΘΕΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΥΡΣΑ. Κυρίȣ Σαράπιος. Item e Gallia Lugdunensi et Narbonensi

XX. Eamdem multis naturam *v.* aut certe ſimilem habere berylli *x.* [1] videntur. [2] India eos gignit, raro alibi *y.* repertos. Poliuntur *z.* omnes ſexangula figura *a.* artificum ingeniis, quoniam hebeſcunt, ni color ſurdus *b.* repercuſſu angulorum excitetur. Aliter enim politi non habent fulgorem eumdem. Probatiſſimi *c.* ſunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur. Proximi, qui vocantur chryſoberylli, et ſunt paulo pallidiores, ſed in aureum colo-

1. *videtur. India eos gignit raro alibi repertos.* 2. *Sic ex Mss. H. in India originem habentes, raro alibi reperti Gr. et Al.*

bonenſi ſub Iuliano ethnici: qui gratulantes ſibi, quod poſtquam Religio Chriſtiana, quam oderant, ſub Conſtantino et ſucceſſoribus diu floruiſſet, demum haberent Imperatorem ſuperſtitioni ſuae addictum, nummum inſcripſerunt, DEO SERAPIDI: hoc eſt, D*udum* E*xpetitum* O*rbi* SE*RAPis* I*ulianum* D*edit* I*mperatorem*; vt iam in ſimili fere alio diximus, ad librum XVIII. ſect. XLVII. H.

*v. Eamdem multis naturam*) Vide Garciam ab Horto cap. 47. lib. I. Rerum Indicarum. *Dal.*

*Eamdem multis naturam*) Haec totidem fere verbis Solinus, cap. 52. pag. 82. Iſidorus, lib. 16. Orig. cap. 7. Marbod. lib. de lapid. pret. cap. 9. H.

*x. Berylli*) Graecis Βήρυλλοι. Cryſtalli ſpecies videtur. H.

*y. Raro alibi*) Iuxta Babyionem etiam reperiri ſcribit Dionyſ. Perieg. verſ. 1012. H.

*z. Poliuntur*) Iſidorus et Solinus, locis cit. H.

*a. Sexangula figura*) Ob eam cauſſam inaequales vocat Iuuenalis Satyr. 5. — *ipſe capaces Heliadum cruſtas, et inaequales beryllos.* Dal.

*b. Ni color ſurdus*) Solini paraphraſis, loc. cit. *Beryllos in ſexangulas formas Indi atterunt: vt hebetem coloris lenitatem angulorum repercuſſu excitent ad vigorem.* H.

*c. Probatiſſimi ſunt ex iis*) Aquas marinas gemmarii vocant. *Dal.*

*Probatiſſimi*) Solinus et Iſidorus, locis cit. H.

colorem exeunte fulgore *d*. Vicinum genus huic eſt pallidius, et a quibuſdam proprii generis *e*. exiſtimatur, vocaturque [1] chryſopraſus. Quarto loco numerantur hyacinthizontes *f*. Quinto, quos aeroïdes *g*. vocant. Poſt eos autem [2] cerini *h*.: ac deinde oleagini, hoc eſt, colore olei. Poſtremi cryſtallis *i*. fere ſimiles. Hi capillamenta habent, ſordeſque: alioqui euanidi *k*.: quae ſunt omnium vitia.

1. *chryſopraſon*. M. *chryſopraſion*. *Fux*. 2. *acerini*. M.

*d*. *Exeunte fulgore*) Hoc eſt, ad aureum nitorem inclinante fulgore. Solinus, cap. 52. pag. 82. abſone vocem eam interpretatur: *Chryſoberylli*, inquit, *languidius micantes nube aurea circumfunduntur*. Exiſtimat chryſoberyllos in exitu, hoc eſt, in ora extima nube aurea circumcingi: quod ineptum, ac falſum. Rectius Iſidorus, loc. cit. *Chryſoberyllus dictus, quod pallida eius viriditas in aureum colorem reſplendeat*. Hard.

*e*. *Proprii generis*) Peculiaris, et a beryllis diuerſi. Χρυσόπρασον vocari ait Iſidorus, locis cit. *quod colore porri ſuccum referat, aureis interuenientibus guttis*: Solinus, *quod ex auro et porraceo mixtam lucem trahat*. H.

*f*. *Hyacinthizontes*) Qui hyacinthos prope referant, inquit Solinus, loc. cit. Epiphanius, de 12. gemmis, pag. 330. Λίθος βηρύλλιον γλαυκίζων μέν ἐςι, θαλασσόβαφὴς, ἔχων εἶδος καὶ τῆς ὑδαρεςέρας ὑακίνθου. Beryllus gemma glauca eſt, colore maris, aut hyacinthi dilutioris. H.

*g*. *Aëroides*) Ἀεροειδεῖς colore aëri affines. H.

*h*. *Poſt eos autem cerini*) Cerei coloris. Epiphanius, loc. cit. de beryllorum generibus: ἔςι δὲ καὶ ἄλλη πάλιν ὁμοία κηρῷ. H.

*i*. *Poſtremi cryſtallis*, etc.) Solinus, cap. 52. pag. 82. *Eos vero* beryllos, *qui cryſtallo ſimiles, capillamentis intercurrentibus obſcurantur: hoc enim vitio illorum nomen eſt: ſcientiſſimi lapidum plebi dederunt*. Iſidorus item, lib. 16. Orig. cap. 9. H.

*k*. *Euanidi*) Seneſcentes, paulatim ſplendore euaneſcente: quae ſunt omnium gemmarum vitia. H.

vitia. Indi mire *l.* gaudent longitudine eorum, solosque gemmarum esse praedicant, qui carere auro *m.* malint: [1] ob id perforatos elephantorum setis religant. [2] Aliis *n.* conuenit non oportere perforari, quorum sit absoluta bonitas, vmbilicis [3] tantum *o.* ex auro capita comprehendentibus. Ideo cylindros *p.* ex iis facere malunt, quam gemmas,

1. *et ob id. w.* 2. *Sic ex Mss. H. Et alios Gr. et Al.* 3. *tantum ex auro compreh. M. Statim ex auro Gr. et Al.*

*l. Indi mire*) Solini paraphrasis, loc. cit. *Indici reges hoc genus gemmas in longissimos cylindros amant fingere, eosque perforatos elephantorum setis suspendunt, ac monilia habent: aut ex vtroque capite inferunt aureos vmbilicos, vt marcentem faciem ad nitelam incendant pinguiorem: quo per industriam metallo hinc inde addito, fulgentiorem trahant lucem.* H.

*m. Carere auro*) Sine auro gestari, quoniam vel sic melius niteant. H.

*n. Et alios conuenit non oportere, etc.*) Lege: *Aliis conuenit non oportere perforari, quorum sit absoluta bonitas, vmbones tantum ex auro comprehendentibus.* Indi, inquit Plin., Beryllorum longitudine summopere delectantur. *Aliis conuenit*, id est, inter alios homines conuenit, non oportere eos perforari, quorum sit perfecta bonitas. Vide *Salmas.* pag. 1107. b.

*Aliis*) Inter alias gentes conuenit. H.

*o. Vmbilicis tantum*) Sic Mss. omnes, non *statim*, vt editi: ita ipsa quoque postulante loci sententia. Sunt autem vmbilici, ornamenta quaeuis, siue lignea, siue eborea, siue aurea demum, quae absolutis olim voluminibus addebantur, quae capita elenchorum, seu cylindrorum ornabant. Vnde ducta paroemia, *Ad vmbilicum ducere*, hoc est, absoluere ac finire. H.

*p. Ideo cylindros ex iis facere malunt, etc.*) Quia commendatur in his lapidibus longitudo, eo Cylindros ex his facere malunt, quam gemmas. Cylindri sunt lapides longiores ac rotundi manufacti. *Salmas.* p. 1107. b. 1108. a. *Ideo cylindros ex iis facere malunt*) Eo pertinet

mas *q.*, quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine. Quidam et anguloſos putant ſtatim naſci, et perforatos gratiores fieri medulla *r.* candoris exempta, additoque auro [1] repercuſſa, aut omnino caſtigata *s.*, cauſa perſpicuitatis, [2] craſſitudine *t.* Vitia, praeter iam dicta *v.*, eadem fere, quae in ſmaragdis, et pterygia *x.* In noſtro orbe aliquando circa Pontum inueniri putantur. Indi et alias quidem gemmas cryſtallum *y.* [3] tinguendo adulterare repererunt, ſed praecipue beryllos.

XXI. (VI.)

1. *repreſſa. V.* 2. *ad craſſitudinem Gr. et Al.* 3. *Sic ex Mss. H. liquato V. inuento Gr. et Al.*

net verſus Iuuenalis, *Tu nube, atque tace, donant arcana cylindros.* Dal.

*q. Quam gemmas*) Anulis ſcilicet incluſos lapides, σφραγῖδας. Nam, vti dictum eſt ſect. 12. *gemmae digitis circumferuntur.* Cylindri aptantur enſibus. Tertull. lib. 1. de cultu femin. cap. 6. *Latent in circulis ſmaragdi, et cylindros vaginae ſuae ſolus gladius ſub ſinu nouit.* H.

*r. Medulla*) Medulla candidiore ſic exempta. H.

*s. Aut omnino caſtigata cauſa perſpicuitatis ad craſſitudinem*) Leg. *Aut omnino caſtigata, cauſa perſpicuitatis; craſſitudine.* Hic tradit quoſdam exiſtimare anguloſos ſtatim naſci, nec opus eſſe artificio, vt ſexangula facie atterantur; eoſdem perforatos gratiores fieri, exempta candoris medulla. *Salmaſ.* 1109.

*t. Craſſitudine*) Quoniam aliquid de craſſitudine demitur, fieri ait idcirco magis perſpicuos. Ita Reg. 2. Colb. 3. et alii. Prius, *ad craſſitudinem*, legebatur. H.

*v. Praeter iam dicta*) Sect. 18. H.

*x. Et pterygia*) Πτερύγια, nubeculae inſtar vnguium. Hard.

*y. Indi et alias quidem gemmas cryſtallo*) Lege: *Indi et alias quidem gemmas cryſtallum tingendo adulterare repererunt.* Salmaſ. p. 1092. b.

XXI. (VI.) [1] Plurimum z. ab iis differunt opali a., ſmaragdis tamen cedentes. India ſola b. et horum eſt mater. [2] Atque in c. pretioſiſſima-

E 2 rum

1. *Minimum, iidemque plurimum ab iis differunt opali, ſmaragdis tantum cedentes.* Gr. et Al. *minimum, iidemque;* deſunt in Fux. 2. *Atque ideo eis pretioſiſſimam gloriam compoſitores gemmarum et maxime* Gr. et Al. *expoſitores* V. *conquiſitores* V.

z. *Plurimum ab iis differunt opali, ſmaragdis tantum cedentes*) Scribe: *Plurimum ab iis differunt opali, ſmaragdis tamen cedentes.* In veteri codice Regiae Bibliothecae non comparent haec verba, *minimum iidemque.* dicit Opalos multum praeferri Beryllis, cedere tamen Smaragdis, quibus tertia auctoritas poſt adamantas et margaritas. quae ſequuntur ſic lege: *atque in pretioſiſſimarum gemmarum gloria, compoſiti maxime inenarrabilem difficultatem dederunt: eſt enim in his carbunculi tenuior ignis, etc.* dicit Opalos in gloria eſſe pretioſiſſimarum gemmarum et compoſitos maxime inenarrabilem difficultatem dediſſe. *Salmaſ.* pag. 566. a.

*Plurimum ab iis*) Libri hactenus editi, *Minimum, iidemque plurimum ab iis.* At voces duas priores, quae certe ſunt ſpuriae, nullus codex Mss. ex iis quos terimus, repraeſentat. Nec Fuxenſis item. H.

a. *Opali, ſmaragdi*) Iſidorus, lib. 16. Orig. cap. 12. Hard.

b. *India ſola*) Iſidorus, loc. cit. H.

c. *Atque in*) Et cum pretioſiſſimis gemmis comparati, maxime inenarrabilem dedere difficultatem, num gemmis aliis, quarum ſimilitudinem referunt, potiores eos haberi oporteret. Vide Notas et Emend. num. XII. (hic adi.) *Atque in pretioſiſſimarum etc.*) Sic totidem apicibus ſyllabiſque codices Mss. omnes, Reg. 2. Colb. 3. aliique: neque quicquam eſt ea oratione planius: nihil tamen obſcurius, ſi libros hactenus vulgatos ſequare, qui locum hunc ſic temeratum prodigioſe referunt: *Atque ideo eis pretioſiſſimam gloriam compoſitores gemmarum, et maxime inenarrabilem difficultatem dederunt.* H.

rum gemmarum gloria compositi *d.*, maxime inenarrabilem difficultatem dederunt. Est enim in iis *e.* carbunculi tenuior ignis, est amethysti fulgens purpura, est smaragdi virens mare *f.*, et cuncta pariter incredibili mixtura lucentia. Alii summo fulgoris [1] augmento, [2] colores pigmentorum [3] aequauere: alii sulphuris ardentem flammam, aut etiam ignis oleo accensi. Magnitudo nucem auellanam aequat, insigni apud nos historia. Siquidem exstat hodieque huius generis gemma, propter quam ab Antonio *g.* proscriptus Nonius Senator est, filius Strumae Nonii eius, [4] quem Q. Catullus *h.* poëta in sella curuli visum indigne tulit: auusque Seruilii Noniani, quem Consulem *i.* vidimus:

1. *Sic ex Mss. H. et M. argumento Gr. et Al.* 2. *colori pigm. aequ. al. sulph. ardenti flammae. V.* 3. *aequare tradunt. Allii V.* 4. *Sic etiam Fux. quem Catullus Gr. et Al.*

*d. Compositores gemmarum*) Qui de gemmis libros composuerunt. Opalum mirifice laudauit suis versibus Orpheus, qui *opallium* vocat. *Dal.*

*e. Est enim in iis*) Haec totidem verbis Isidorus, loc. cit. H.

*f. Virens mare*) Isidorus, *nitens viriditas.* H.

*g. Ab Antonio*) Triumuiro, a quo et proscriptus Cicero. Hard.

*h. Quem Catullus poëta*) Versus Catulli sunt iambici trimetri; Carm. 53. *Quid est, Catulle, quod moraris emori? Sella in curuli Struma Nonius sedet.* Boëthius *strumam* vitium esse vult, ac per translationem probrum et dedecus intelligit. Eius verba sunt: *Vnde Catullus licet in curuli sedentem Nonium tamen strumam appellat.* Turn. cap. 1. lib. 21. Aduersar. *Dal.*

*Quem Q. Catullus*) Hoc ei praenomen Mss. afferunt: typi sustulerunt. H.

*i. Quem Consulem vidimus*) Supremis fere Tiberii temporibus, cum C. Cestio Gallo, M. Seruilius M. F. Rufus Nonianus gessit Consulatum, anno Vrbis DCCLXXXVII. ex Fastis.

Hic

vidimus: [1] ille proſcriptus fugiens, hunc e fortunis ſuis omnibus anulum abſtulit ſecum, quem certum

E 3

1. *Sic ex Mss. H. ille fugiens proſcriptis omnibus fortunis ſuis hunc anul. abſt. ſec. quem cer. eſt viginti mille nummum tunc aeſtim. M.*

Hic animaduerte ex deſcriptione generis Seruilii Noniani, hanc fuiſſe rationem cognominum apud Romanos, vt deſinentia in *ianus* coniugem vel matrem ſignificarent. Sic enim Nonius Senator, auus Seruilii Noniani fuit: En Schema generis:

Nonius Struma,
|
Nonius Senator,
|
Nonia, coniux Seruilii, qui Nonianus ex eo coniugio nominatus eſt.
|
Seruilius Nonianus, Nonii Senatoris nepos.

Fuit ex hac gente Nonia Sex. Nonius, cuius eſt in Theſauro Regio, et apud Patin. in Famil. pag. 88. num. I. nummus argenteus. In eo Antoninus Imp. clypeo inſidet, dextra tenens bacillum Imperatorium: a tergo Victoria palmam ſiniſtra tenet; dextra coronam Antonino imponit. Infra, SEX. NONI. In ambitu, PR. L. V. P. F. .)(. Caput Senatus laureatum, vultu ſenili, cum litteris S. C. retro adſcriptis; et ſceptro, inſigni proteſtatis. Deinde ſiniſtro latere, SVFENAS. Integra haec ſententia eſt: SEX*tus* NONI*us* PR*aetor* L*udos* V*otiuos* P*lebeios* F*ecit:* *Sacra* V*ictoriae* F*ieri* E*dixit* N*arbone*, A*ntonino* S*oſpite.* S*enatus* C*onſulto.* Ita congruit egregie titulus cum pictura. At caue Nonianum aliquem in altero iſto numiſmate deſignari, quod ex auro eſt apud Gorlaeum: in gente Conſidia: ex argento apud Patinum, pag. 80. num. 5. Hinc habet Deae Veneris myrto cinctum caput; latere dextro, C. CONSIDI NONIANI: ſiniſtro, ad imum, SC. In altera parte, clauſtra ſunt affabre facta, cum Porta, qua patet iter ad Templum in colle poſitum. In ipſo colle ſcriptum eſt ERVC. quod caue ſimiliter referas ad Venerem Erycinam. Vox NONIANI admonet, neque ipſam, neque priorem proinde, C. CONSIDI nomen hic eſſe. Neque enim in genitiuo caſu nomina virorum

certum eſt [1] ſeſtertiûm viginti millibus *k.* aeſtimatum. Sed mira Antonii feritas atque luxuria, propter gemmam [2] proſcribentis: nec minor Nonii contumacia, proſcriptionem ſuam amantis, [3] cum etiam ferae *l.* abroſas partes corporis relinquant, propter quas ſe periclitari [4] ſciant.

XXII. Vitia opali, ſi color in florem herbae, quae vocatur heliotropium, exeat, aut cryſtallum, aut grandinem: ſi ſal *m.* interueniat, aut ſcabritia, aut puncta oculis occurſantia: [5] nulloſque magis India ſimilitudine *n.* indiſcreta vitro adulterat. Experimentum in Sole tantum. Falſis enim contra radios [6] libratis *o.*, digito ac pollice vnus atque idem trans-

1. *ſeſtertiis Gr. et Al.* 2. *proſcribendi. M.* 3. *cum etiam abroſus, etc. relinquant beſtiae, propter. M.* 4. *ſcidnt. V.* 5. *nullaſque. V. ſub. gemmas.* 6. *vibratis digitis ac poll. V. indice digito ac poll. Alii V.*

rum leguntur in nummis Latinis. Et quae in I ibi deſinunt, legenda ſunt, vt exeuntia in *ius.* Sic AURELI *Aurelius* eſt: CASSI *Caſſius*, et ſic cetera omnia. Sententia igitur integra eſt, *Capitolium Condidere Narbone Senatores, Iunctis Decurionum Impenſis: Narbonenſes Optauere Nomen Imponi ANtonini Imperatoris.* Deinde ERVC interpretare, *Exorabilis Romanis Venus Capitolina.* Capitolium Narbonae exſtitiſſe, ex nummis et ex hiſtoricis oſtendimus in Nummis Populorum et Vrbium. H.

*k. Seſtertium viginti millibus*) In Mss. Reg. 2. Colb. 3. ceteriſque, *viginti mille nummûm*, quod idem eſt. Monetae noſtratis librae ſunt omnino bis mille. H.

*l. Cum etiam ferae abroſas*) De fibro id ſupra ſcripſit cap. 30. lib. 8. *Dal.*

*Cum etiam ferae*) Caſtores, de quibus lib. 8. ſect. 47. H.

*m. Si ſal*) Verrucae genus, inſtar grani ſalis. H.

*n. Similitudine*) Tanta ſimilitudine vt vix falſos diſcernere liceat a veris. H.

*o. Libratis*) Verſatis. H.

translucet colos in se *p.* consumptus. Veri *q.* fulgor subinde variat, et plus huc illucque [1] spargit, et fulgor lucis in digitos funditur. Hanc gemmam propter eximiam gratiam plerique appellauere paederota *r.* Sunt et qui *s.* priuatum genus eius faciunt, sangenonque ab Indis vocari dicunt. Traduntur nasci et in Aegypto, et in Arabia, et vilissimi in Ponto. [2] Item in Galatia, ac Thaso, et Cypro. Quippe opali gratiam [3] habet: sed mollius nitet, raro non scaber. Summa coloris ex [4] aëre et purpura *t.* constat: viriditas smaragdi deest. [5] Constatque melior ille, cuius fulgor vini colore fuscatur, quam qui diluitur aqua.

 XXIII.

1. *se spargit. V.* 2. *in Graecia, ac Thaso, et Cypro, qui profecit opa. gr. M.* 3. *habent, sed mol. nitent, ra. non scabri. V.* 4. *Sic etiam M. aëre Gr. et Al.* 5. *Sic ex Mss. H. constatque melior ille color, cuius, Gr. et Al. melior ille cuius fulgor. M. meliorem illum esse colorem V.*

*p. In se*) Nihil extra se lucis eiiciens, aut spargens.

*q. Veri*) Veri autem opali. Hard.

*r. Paederota*) Παιδέρωτα, venustum aeque ac puerum: vel laeuore puerili corpori similem. Orpheus, περὶ λίθων, tit. Ὀπάλλιος. Φημὶ δέ τοι τέρπειν καὶ ὀπάλλιον ἐρανίωνας, Ἀγλαὸν, ἱμερτοῦ τέρενα χρόα παιδὸς ἔχοντα. H.

*s. Sunt et qui*) Sunt qui praederota velint esse gemmam proprii generis, et ab opalo diuersi. H.

*t. Summa coloris ex aere et purpura constat*) Legend. *Summa coloris ex aëre et purpura constat.* Aërinum colorem intelligit. Graecis τὸ ἀερίζον χρῶμα. at hic non vitiatum aërinum colorem in paederote commendat, sed suo quodam modo viridem magis quam caeruleum. Vide *Salmas.* pag. 567. a.

*Ex aëre et purpura*) Sic Reg. 2. et Colb. 3. aliique. Editi hactenus libri, mendose, *ex aere.* Plinius inferius, sect. 46. *Coëunt in trans-*

XXIII. Hactenus de principatu conuenit, mulierum maxime Senatusconsulto. Minus [1] certa sunt, de quibus et viri iudicant. Singulorum enim libido singulis pretia facit, et praecipue regum. Claudius Caesar smaragdos induebat, [2] et sardonychas. Primus autem Romanorum sardonyche vsus est prior *v.* Africanus, [3] vt in historia tradit Demostratus, et inde Romanis *x.* hanc gemmam fuisse celeberrimam. Quamobrem proximum ei dabimus locum. Sardonyches *y.* olim, vt ex nomine ipso apparet, intelligebantur candore in sarda *z.*, hoc

1. *credita. M.* 2. *aut Fux. M.* 3. *Sic ex Mss. H. et M. vt tradit Gr. et Al.*

*translucidam crystallum viridis suo modo aer, simulque purpura*, etc. H.

*v. Prior Africanus*) Scipio Africanus prior, qui bello Punico secundo, vt ab Italia reuocaret Hannibalem, transportauit bellum in Africam, Poenosque debellauit. Hard.

*x. Et inde Romanis*) Huc pertinet illud Martialis, lib. 2. Epigr. 28. *Rufe, vides illum subsellia prima tenentem, Cuius et hinc lucet sardonychata manus.* Anulum enim gerebant Equites Romani, ac Senatores, cum gemma sardonyche, eo inclusa. H.

*y. Sardonyches olim, vt ex nomine, etc.*) Sardonychis nomen compositum ex Sarda, quae Graecis Σάρδιον et ὄνυξ quae vnguem significat et gemmam vnguis colore. ergo Sardonyx ita olim intelligebatur, velut vnguis carnibus impositus esset. Vide *Salmas.* pag. 558. a. Sequentia sic lege: *Radice nigra aut caeruleum imitante: et vngue numum incretum candido pingui, nec sine quadam spe purpurae in minium transeunte.* dicit Arabicas sardonychas nullum habere sardae vestigium, vt Indicas, sed aliis coloribus intelligi. *Salmas.* ibid.

*Sardonyches*) Haec totidem fere verbis Isidorus, lib. 16. cap. 8. Marbodeus, lib. de lapid. pret. cap. 56. *Sardonychem faciunt duo nomina, sardus, onyxque.* Graecis σαρδόνυξ, nostris *Sardoine.* H.

*z. In sarda*) Hoc est, candore addito colori sardae gemmae,

hoc eſt, velut carnibus vngue hominis impoſito, et ¹ vtroque translucido. ² Tales eſſe Indicas tradunt, Iſmenias, Demoſtratus, Zenothemis, Sotacus: hi quidem duo reliquas omnes, ³ quae non transluceant, coecas appellantes, quae nunc nomen abſtulere. Nullo ſardarum veſtigio *a.* Arabicae ſunt: coeperuntque pluribus hae gemmae coloribus intelligi, radice nigra, aut caeruleum imitante, ⁴ et vngue *b.* minium, incretum *c.* candido pingui, nec

E 5

*1. vtrinque. V. 2. Sic ex Mss. H. et V. tales eſſe Gr. et Al. 3. Quae non translucent, quales ſunt Arabicae, caecas ap. quae nunc nom. abſtulere, nullo Sard. veſtigio. Coeperunt plur. hae gem. col. int. radice nigra medio caeruleum imitante, aut vnguem. Traditum etiam candido. V. 4. Sic etiam M. et vnguem: creditum enim candido Gr. et Al.*

gemmae, de qua inferius, ſect. 31. Sardius autem lapis piſcem cognominem colore aemulatur. Epiphanius, de 12. gemmis, pag. 22. Λίθος σάρδιος ὁ Βαβυλώνιος, ὄυτω καλούμενος, ἐστι δὲ πυρωπὸς τῷ εἴδει καὶ αἱματοειδὴς, σαρδίῳ ἰχθύϊ τεταριχευμένῳ ἐοικώς. διὸ καὶ σάρδιος λέγεται, ἀπὸ τοῦ εἴδους λαβὼν τὸ ἐπώνυμον. Hoc eſt, Petauio noſtro interprete: *Sardius Babylonius, forma eſt ignea, et quae ſanguinis colorem referat, ſardio piſci ſale condito et inueterato ſimilis: qua de cauſa etiam Sardius dicitur, a forma* ſeu colore *nomine deſumpto.* De ſarda piſce, lib. 32. ſect. 53. H.

*a. Nullo)* Nullum veſtigium bonitatis ſardarum gemmarum referunt Arabicae ſardonyches: ſed aliis cognoſcuntur coloribus, et quidem in vna eademque gemma pluribus. Nam radix etc. H.

*b. Et vngue)* Et id quod vngui humano ſimile eſt, minium imitatur, velut innatum candori pingui, qui ſubeſſe intelligitur, idemque in purpuram inclinat et minium. H.

*c. Creditum enim candido pingui)* Leg. *Incretum candido pingui, etc.* Vide *Salmaſ.* 564. b.

*Minium, incretum etc.)* Vide Notas et Emendationes, num. XIII. (hic poſ.)

Radice

nec sine quadam [1] spe purpurae candore in minium transeunte. Has Indis non habitas in honore Zenothemis scribit: tantae alias magnitudinis, vt inde capulos *d.* factitarent. Etenim constat *e.* ibi torrentibus detegi. Et placuisse in nostro orbe initio, quoniam solae prope gemmarum [2] scalptae ceram *f.* non [3] auferrent *g.* Persuasimus deinde et Indis, vt ipsi quoque iis gauderent. Vtiturque perforatis vtique vulgus, tantum in collo. Et hoc est nunc Indi-

1. *specie.* *V.* 2. *scalpturam cerae.* *M.* 3. *auferunt.* *V.*

*Radice nigra, aut etc.*) Locum hunc interpolatores Pliniani in libris hactenus editis sic vitiarunt: *et vnguem: creditum enim candido pingui*, etc. Reg. 2. Colb. 3. vetus codex Dalec. ceterique: *et vngue minium creditum candido*, etc. Nos a Mss. codicum fide non discedimus, nisi qua viriati ipsi merito credi possunt, *incretumque* pro *credito* scribimus, auctore Isidoro, qui lib. 16 Orig. cap. 8. de sardonyche, ex hoc Plinii loco haud dubie epitomen faciens, ex sinceriore exemplari: *Constat autem*, inquit, *tribus coloribus: subterius nigro, medio candido, superius mineo.* Marbodeus similiter, lib. de lapid. pret. cap. 56. de sardonyche: *Tres capit ex binis vnus lapis iste colores: Albus, et hinc niger est, rubeus supereminet albo.* Vterque, vt apparet, vngui, seu superiori et extimae lapidis parti minii, colorem assignat, mediae siue intimae candidum, quod minio subsit. Plinius ipse sect. 75, sardonychi tergeminum colorem adiudicat, nigrum, candidum, minium. H.

*d.* *Capulos*) Gladiorum manubria. H.

*e.* *Etenim constat*) Isidorus, loc. cit. de sardonyche: *Reperitur autem apud Indos et Arabes detecta torrentibus.* Hard.

*f.* *Ceram*) In signando partem cerae non teneat. Hard.

*g.* *Ceram non auferrent*) Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 8 de sardonyche: *Haec sola*, inquit, *in signando nihil cerae euellit.* Marbodeus, lib. de lapid. pret. cap. 56. *Hic solus lapidum ceram conuellere nescit.* H.

Indicarum argumentum. Arabicae excellunt candore circuli [1] praelucido atque non gracili, neque *h.* in recessu gemmae, aut in deiectu [2] ridente *i.*, sed in ipsis vmbonibus *k.* nitente, praeterea [3] substrato [4] nigerrimo colore. Et hoc in Indicis cereum aut corneum inuenitur, etiam circuli albi: quaedam in iis caelestis arcus [5] anhelatio *l.* est. Superficies vero locustarum *m.* maris crustis rubentior *n.* Iam melleae, aut faeculentae, (hoc enim nomen est vitio) improbantur: et si zona alba *o.* fundat se, non colligat,

1. *prope lucido. M.* 2. *rime ridente. M.* Lego, *primum arridere, remittente. V. renidente. Alii V. renitente Gr.* 3. *substratu. V.* 4. *Sic etiam M. nigerrimi coloris Gr. et Al.* 5. *aemulatio. V.*

*h. Neque*) Neque cum longius gemma summouetur, aut cum deiicitur, arridet: sed in ipso vmbilico, cui substernitur niger color: in Indicis sardonychibus, cereus etiam, corneusue: qui color et albi quoque circuli aliquando est: quaedam et in ipsis arcus caelestis expressio est. H.

*i. Ridente*) In Mss. *rime ridente.* Libri vulgati, *renidente.* H.

*k. Sed in ipsis vmbonibus*) Paraphrasis Solini, cap. 33. pag. 63. de Sardonyche: *Medietas circumitur limite candicante . . . . reliqua nigro finiuntur.* H.

*l. Caelestis arcus anhelatio*) Adumbratio, inchoatio: atque illa coloris vnius in alterum inclinatio: et in transitu quidam labor et anhelatio. Sic Mss. omnes, et typi. H.

*m. Locustarum maris*) De his lib. 32. sect. 53. Hoc multo breuius Solinus, cap. 33. pag. 63. praetermissa locustarum commemoratione: *Superficies eius probatur, si meracius rubeat: arguitur, si fuerit faeculentior.* H.

*n. Maris crustis rubentior*) Leg. *crustis tostis rubentior.* Nam locustarum crustae non rubent, nisi torreantur. *Dal.*

*o. Et si zona*) Et si circulus candidus in vicinos colores effundat se, non in se sistat. H.

*Et si zona alba*) Hoc est, circulus ille praelucidus supra dictus, atque non gracilis. Solini paraphrasis, loc. cit. *Optima est, si nec colorem*

colligat. Simili modo, si [1] ex alio colore in se admittat aliquid enormiter. Nihil enim in sua sede alieno interpellari placet. Sunt et [2] Armeniacae, cetero probandae, sed pallida zona.

XXIV. Exponenda est et onychis *p.* ipsius [3] natura, propter nominis societatem: hoc in gemmam transilit ex lapide Carmaniae. Sudines dicit *q.* in gemma esse [4] candorem vnguis humani similitudine: item chrysolithi [5] colorem, sardae, et iaspidis. Zenothemis Indicam onychem plures habere varietates *r.*, igneam, nigram, corneam, cingentibus

1. *ab M.* 2. *Armeniae. M.* 3. *natura. Propter nom. societatem hic in gem. transiit. M.* 4. *colorem. M.* 5. *colorem, in V. d.*

*rem suum spargat in proximum, nec ipsa ex altero mutuetur.* H.

*p. Exponenda est et onychis ipsius natura, propter nominis societatem: hoc in gemmam transilit ex lapide Carmaniae*) Hodie docti prope omnes onychem gemmam cum onyche marmore confundunt. Vbicunque *onyx* pro vnguentario vase ponitur, non de gemma accipi debet, sed de lapide vel marmore. *Salmas.* pag. 558. a. b.

*Exponenda est et onychis*) Differt onyx gemma ab onyche marmore, et vase, de quo diximus libro superiore sect. 12. Nunc *Camea* vocatur, teste Kirchero, lib. 8. mundi subterr. pag. 81. Hard.

*q. Sudines dicit*) Et Isidorus lib. 16. Orig. cap. 8. *Onyx appellata, quae habet in se permixtum candorem in similitudinem vnguis humanae. Graeci enim vnguem ὄνυχα dicunt.* H.

*r. Zenothemis Indicam onychem plures habere var. etc.*) Leg. *Zenothemis Indicam onychem plures habere varietates, igneam, nigram, corneam cingentibus candidis venis oculi modo intuentis, quarundam et albis venis.* vel potius lege: *cingentibus candidis zonis oculi modo, interuenientibus quarundam et albis venis.* quae vera est lectio. Idem ante dixit: *candore in sarda hoc est velut carnibus vngue hominis imposito*, talesque Indicas Sardonychas vulgo existimatas. et videtur

bus candidis venis oculi modo, interuenientibus [1] quarumdam *s.* [2] oculis obliquis venis. Sotacus *t.* et Arabicam onychem tradit: sed eam a ceteris distare *v.*, quod Indica igniculos habeat, albis cingentibus zonis singulis, pluribusue, aliter quam in sardonyche Indica. Illic enim *x.* momentum esse, hic circulum. Arabicas onychas nigras inueniri candidis zonis. Satyrus carnosas esse Indicas, parte carbunculi, parte chrysolithi, et amethysti, [3] totumque id genus abdicat *y.* Veram autem onychem plurimas variasque cum lacteis zonis habere venas, omnium *z.* in transitu colore inenarrabili, et in vnum redeunte concentum, suauitate grata. Nec sardae *a.* natura [4] differenda [5] est, diuiduae

1. *quibusdam et ocul. V.* 2. *et albis venis. M.* 3. *totumque genus abdicans. V.* 4. *differendam, diuidendaue est in eod. nom. V.* 5. *est. Diuiditur. M.*

tur sentire *sardonychen* dictam quasi *sarconychem.* quod in ea velut vnguis carnibus impositus esset; cum ex Sarda et Onyche gemma compositum sit istud nomen. *Salmas.* pag. 563. a. b.

*s. Quarumdam*) Gemmarum onychum. H.

*t. Sotacus*) Isidorus quoque, loc. cit. de onyche: *Hanc India et Arabia gignit: distant autem inuicem. Nam Indica igniculos habet albis cingentibus zonis: Arabica autem nigra est cum candidis zonis.* H.

*v. Sed eam a ceteris distare, etc.*) Leg. *Sed cum ceteris distare, quod Indica igniculos habeat albis cingentibus zonis singulis pluribusue, aliter quam in sardonyche Indica; illic enim momentum esse, hic circulum, etc.* Salmas. pag. 562. a. b.

*x. Illic enim*) In sardonyche Indica punctis constat is circulus: in onyche, linea perpetua et crassiore. H.

*y. Abdicat*) Improbat. H.

*z. Omnium*) In transitu a quouis colore ad alterum fit color inexplicabilis, ex vtriusque confinio conflatus. Hard.

*a. Nec sardae natura differenda*) Prius tamen ardentes gemmae indicabuntur: post de sarda dicetur sect. 31. Hard.

viduae *b.* ex eodem [1] nomine: obiterque ardentium gemmarum indicanda.

XXV. (VII.) Principatum habent carbunculi *c.*, a similitudine ignium appellati *d.*, cum ipsi non sentiant ignes, ob id a quibusdam [2] acausti *e.* vocati. Horum genera, Indici, et Garamantici, quos et Charchedonios *f.* [3] vocant, propter opulentiam

1. *nomine. Quapropter omnium obiter. M.* 2. *ἀκαύςας Fux. acrustes M. Lego, acausti. apyroti Gr. et Al.* 3. *Fux. M. et H. ex Mss. vocauere Gr. et Al.*

*b. Diuiduae ex eodem nomine*) Quae cum sardonyche diuiduum siue dimidium nomen communicat: nam sarda ea appellatur. H.

*c. Principatum habent carbunculi*) Leg. *Principatum habent carbunculi, a similitudine ignium vocati, cum ipsi non sentiant ignes, ob id a quibusdam pyropi appellati.* non dicit apyrotos vocatos quod ignes non sentiant, sed pyropos ab ignium similitudine: carbunculi, inquit, a similitudine ignium vocati, cum tamen ignes non sentiant: *ob id*, id est, ob eam ignium similitudinem pyropi a quibusdam vocati, id est, πυρωποί. *Salmas.* pag. 277. b. *Carbunculi*) Hodie rubinos vocamus, *des Rubis.* Marbodeus, lib. de lapid. pret. cap. 10. *Ardentes gemmas superat carbunculus omnes: Nam velut ignitus radios iacit vndique carbo, Nominis vnde sui causam traxisse videtur.* Epiphan. de 12. gemmis, pag. 227. Λίθος ἄνθραξ, etc. H.

*d. A similitudine ignium appellati*) Nam πυρώπες Graeci vocant. *Dal.*

*e. Acausti vocati*) Ἄκαυςοι, inusti, vstionem non experti. Vide Notas et Emendat. num. XIV. (hic adi.) *Carbunculi etc.*) Prius legebatur, *apyroti vocati.* Parmensis editio, *apyrustae.* Antiqua codicum veterum lectio, ipso Barbaro teste, *acrusti*: nos *acausti* ἄκαυςοι scripsimus, Theophrasto auctore, lib. περὶ λίθων, pag. 4. Ἄκαυςοι ὅλως etc. Inanis Salmasii coniectura in Solin. pag. 277. legentis, *pyropi.* H.

*f. Carchedonios*) Theophrastus περὶ λίθων asserit ptae-

tiam *g.* Carthaginis magnae. Adiiciunt Aethiopicos et Alabandicos, in Orthosia caute *h.* nascentes, sed qui perficiantur Alabandis *i.* Praeterea in omni genere masculi [1] appellati acrius, at feminae languidius refulgentes. In masculis quoque observant [2] liquidioris *k.* alios flammae, nigrioris alios, et quosdam [3] ex alio *l.* lucidos, ac magis ceteris in Sole flagrantes. Optimos vero amethystizontas *m.*, hoc est, quorum extremus igniculus [4] in amethysti violam exeat: proximos illis, quos vocant

1. *Sic ex Mss. H. et M. appellantur acriores Gr. et Al.* 2. *candidioris. V.* 3. *Sic ex Mss. H. Fux. M. fortassis, ex albo. quosdam lucidius Gr. et Al.* 4. *in amethystum exeat. M.*

praestantissimos a Carthagine et Massylia tradit. *Dal.*

*Charchedonios*) A Carthagine, quae Graecis Καρχηδών, vnde aduehitur, teste Theophrasto, lib. περὶ λίθων, pag. 4. ἄγεται ἐκ Καρχηδόνος. Vide inferius sect. 30. Epiphanius, loc. cit. Γίνεται δὲ ἐν Καρχηδόνι τῆς Λιβύης, ἥ τις Ἀφρικὴ καλεῖται. Petronius, in Satyr. p. 207. *Quo Carchedonios optas ignes lapideos?* H.

*g.* *Propter opulentiam*) Propter diuitias mercatorum eius ciuitatis, qui ex Garamantibus, Aethiopiaeque et Persiae populis aduehebant. *Dal.*

*h.* *In Orthosia caute*) Iuxta vrbem cognominem, de qua lib. 5. sect. 29. H.

*i.* *Alabandis*) Id Carbunculi genus nostri adhuc gemmarii vocant, nunc *Alabandines*, nunc *Almandines*. Dal.

*k.* *Liquidioris*) Dilutioris. Sic lib. 3. sect. 14. pag. 349. *Strongyle a Lipara liquidiore flamma tantum differt.* H.

*l.* *Ex alio*) Aliena Solis luce. H.

*m.* *Amethystizontas*) Ἀμεθυστίζοντας. Haec totidem syllabis Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 9. At Mss. non *in amethysti violam*, sed *in amethystum* dumtaxat legunt. Hard.

cant [1] sititas *n.* innato fulgore *o.* radiantes. Inueniri autem vbicumque, maxime Solis repercussu. Satyrus Indicos non esse claros dicit *p.*, [2] ac plerumque sordidos ac semper fulgoris [3] horridi *q.*: Aethio-

1. *Sicytas. M. Citites. Fux. vocant syrtitas Gr. volant Syrtitas Al.* 2. *sed. V.* 3. *dicit, plurimumque horridi. Fux. fulgoris retorridi Gr. et Al.*

*n.* *Sititas, innato fulgore*) Σιτίτας, quasi saginatos, ob colorem saturum, eumdemque innatum: qua dote ab superioribus discrepant, qui dicuntur ex alio lucidi. Mss. omnes, *sititas pinnato*: editi, *syrtitas*, exhibent: sed mendose, vt arbitramur. Nam quid est tandem pinnatus fulgor? Et vox *Syrtitas* habere hic locum nequit. Salmasius, aliquanto, vt quidem videtur, confidentius, in Solin. pag. 380. *Autitas, innato fulgore*: perinde quasi αὐτίτης ἄνθραξ vsurpauerit Graecia aliquando, vt innato fulgore, non accersito radiantem carbunculum significaret. H.

*o.* *Pinnato fulgore radiantes*) Lego, *innato.* Nam gemmae fere sordido luto obuolutae, aut scabro corio vestitae reperiuntur, quod mola deteri oportet et auferri priusquam radient. *Dal.*

*p.* *Satyrus Indicos non esse claros dicit*) Legend. *Satyrus Indicos non esse claros dicit, sed plerumque sordidos, ac semper fulgoris horridi: Aethiopicos pingues, lucemque non emittentes, aut fundentes, sed conuoluto igne flagrantes.* Praecedentia etiam sic legenda: *proximos illis quos vocant autitas innato fulgore radiantes.* nihil verius. αὐτίτης οἶνος, qui per se fluit. αὐτίτης ἄνθραξ, qui innato fulgore radiat, non arcessito, quique ex se lucem emittit. Praecessit enim: *praeterea in omni genere masculi appellantur acrius, ac feminae languidius refulgentes. in masculis quoque obseruant liquidioris alios flammae, nigrioris alios, et quosdam ex alio lucidos, ac magis, etc. Ex alio lucent*, qui non innato fulgore radiant, sed in sole positi magis flagrant. *Salmas.* pag. 380. a.

*q.* *Fulgoris horridi*) Sic Mss. omnes: non *retorridi.* Hard.

Aethiopicos pingues, lucemque [1] non emittentes, aut fundentes, ſed conuoluto *r.* igne [2] flagrare. Calliſtratus fulgorem carbunculi debere candidum eſſe [3] poſiti *s.*, extremo viſu nubilantem: ſi attollatur, exardeſcentem: ob id a plerisque [4] hunc carbunculum candidum vocari. Qui languidius ac liuidius ex Indicis lucent, lithizontas *t.* appellari [5]. Carchedonios multo minores eſſe: Indicos etiam [6] in ſextarii vnius *v.* menſuram cauari. Archelaus, Carchedonios nigrioris aſpectus eſſe, ſed igne, vel Sole, et inclinatione *x.* acrius, quam ceteros, excitari. Eoſdem [7] vmbrante *y.* tecto purpureos videri, ſub caelo flammeos, contra radios Solis et [8] ſcintillare: ceras ſignantibus his liqueſcere, quamuis in opaco. Multi Indicos Carchedoniis candidiores eſſe, et e diverſo inclinatione hebetari ſcripſere: [9] etiamnum in Carchedoniis maribus ſtellas intus ardere *z.*, feminas fulgorem vniuerſum fundere

1. *Sic ex Mss. H. et M. non emittentes, ſed.* Gr. et Al. 2. *flagrantes.* V. 3. *poſuit.* Alii ex *coniectura, poſtea extra viſu nubilum, ac ſi attoll.* M. Fux. 4. *nunc.* Fux. 5. *Chalcedonios.* Fux. et M. *ſic et mox.* 6. *ſext. vn. menſura.* M. 7. *obumbrari tecto, purp. videri ſub coelo, flammeos contra.* Fux. 8. *ſcintillantes.* V. 9. *et etiam in Carch. mar. ſtellam.* M.

*r. Sed conuoluto*) Collecto in ſe igne, nec ſparſo. H.

*s. Poſiti*) Humi deiecti ac reſidentis, extremo ambitu nubium quamdam ſpeciem referat. H.

*t. Lithizontas*) Λιθίζοντας, lapidis qualitatem potius quam gemmae referentes. H.

*v. In ſextarii vnius*) Pariſini dicunt, *trois demi-ſeptiers.* Vide quae diximus lib. 14. ſect. 6. H.

*x. Et inclinatione*) Cum leuiter inclinantur. H.

*y. Vmbrante*) Sub tecto, et in vmbra. H.

*z. Stellas intus ardere*) Velut ſcintillantium fulgentium.

dere extrá ſe. Alabandicos ceteris nigriores eſſe ſcabroſque. Naſcuntur [1] et in Thracia coloris eiusdem, ignem minime ſentientes. Theophraſtus *a.* auctor eſt, et in Orchomeno Arcadiae inveniri, et in Chio. Illos nigriores *b.*, e quibus et [2] ſpecula fieri. Eſſe et Troezenios *c.* varios interuenientibus maculis albis: item Corinthios *d.*, [3] et pallidiores, et candidos. Bocchus et in Oliſiponenſi erui *e.* ſcripſit, magno labore, ob argillam *f.* [4] Sole aduſtis ſaltibus *g.*

XXVI.

*1. in terra coloris. M.* *2. vaſcula fieri. M. Fux.* *3. Sic ex* Mss. *H. M. et Fux. ex pallidiore candidos. Maſſilia quoque importari Bocchus et Olyſſipone ſcripſit Gr. et Al.* *4. ſoli M. Fux.*

tiumque ſtellarum proiectos radios. *Dal.*

*Stellas intus ardere*) Veluti ſcintillantes intus ſtellas apparere. H.

*a. Theophraſtus*) Libro περὶ λίθων, pag. 7. vbi haec totidem verbis exſtant. Hard.

*b. Illos nigriores*) Orchomenios. Theophr. loc. cit. Ἔστι δ' οὗτος μελάντερος τοῦ Χίου, κάτοπτρα δὲ ἐξ αὐτοῦ ποιοῦσι. H.

*c. Eſſe et Troezenios*) Theophr. loc. cit. H.

*d. Item Corinthios ex pallidiore candidos*) Legend. *Item Corinthios, ſed pallidiores et candidiores.* Et ſic ſequentia emenda: *Bocchus in Oliſiponenſi erui ſcripſit.* Et poſt etiam legend. *hoc idem et Charchedonia facere* dicitur. et ſubintelligitur *gemma*, vt ſeparetur a Carchedonio carbunculo: *carbunculi* enim *Carchedonii* apud Garamantes ſecundum Plinium. *Carchedoniam* eum ſcripſiſſe, non *Carchedonium*, vel ex eo liquet quod ſequitur: *Archelaus circa Thebas naſci tradidit fragiles, venoſas*, quod ad *Carchedonias* refertur. et paulo poſt: *potoria vaſa et ex hac et ex, etc. ex hac* ſcil. Carchedonia. *Salmaſ.* ibid. et 381. a.

*Item Corinthios*) Theophr. Ποικίλος δὲ καὶ ὁ Κορίνθιος, etc. H.

*e. Et Olyſſipone ſcripſit magno labore*) Legend. *Et in Oliſippone erui ſcripſit magno labore ob argillam ſoli aduſti ſolibus*, difficulter erui carbunculos in Luſitano littore

XXVI. Nec eſt aliud difficilius, quam diſcernere haec genera: tanta eſt in [1] eis occaſio artis, ſubditis *h.* per quae translucere cogantur. Aiunt [2] ab Aethiopibus hebetiores in aceto maceratos quatuordecim diebus niteſcere, totidem [3] menſibus durante fulgore. Adulterantur vitro ſimillime: ſed cote [4] deprehenduntur *i.*, ſicut aliae gemmae factitiae: mollior enim materia, et fragilis: et centroſa ſcobe *k.* deprehenduntur, et pondere, quod minus eſt vitreis: aliquando et puſtulis argenti modo relucentibus.

XXVII. Eſt et anthracitis *l.* appellata in Theſprotia foſſilis *m.*, carbonibus ſimilis. Falſum arbitror,



1. *bis. M.* 2. *ab Aeth. in Fux. d.* 3. *menſibus, in Fux. d.* 4. *deprehenditur. Fux.*

tore dicit, ob ſolum argillaceum ſolibus aduſtum. *Salmaſ.* pag. 277. b.

*Bocchus et in Oliſiponenſi erui*) Sic Mss. omnes. Editi hactenus libri, *Maſſilia quoque importari Bocchus, et Oliſipone ſcripſit.* De Maſſilia Theophraſtus quoque confitetur, lib. περὶ λίθων, pag. 4. ſed Pliniani codices ſilent. H.

*f. Ob argillam*) Qua obvolutae hae gemmae vix deteguntur. H.

g. *Sole aduſtis ſaltibus*) Lectio haec librorum viſa ſincerior, quam manu ſcriptorum, *ob argillam ſoli aduſtis ſaltibus*, ſic enim Reg. 2. Colb. 3. et alii: vel quod Salmaſius ſuggerit in Solin. pag. 277. *ob argillam ſoli aduſti ſolibus.* H.

*h. Subditis*) Subditis bracteis coloratis. H.

*i. Sed cote deprehenduntur*) Mola, ad quam gemmae poliuntur, quae e cote fit. Hard.

*k. Et centroſa ſcobe*) Scobe exſiliente, quoniam in gemmis illis adulterinis centrum interuenit, quod eſſe duritiem quamdam ac veluti callum nodumue, alibi diximus. H.

*l. Eſt et anthracitis*) Ἀνθρακίτις, quod carbonum ardentium ſpeciem referat.

*m. Foſſilis*) Fortaſſis quem naſci ad Binas ſcribit Theophraſtus

bitror, quod et in Liguria nafci tradiderunt, nifi forte tunc nafcebantur *n*. Effe in iis *o*. et praecinctae candida vena traduntur: [1] harum igneus color, vt fuperiorum, eft: peculiare quidem, quod iactatae in ignem *p*. velut intermortuae extinguuntur, contra aquis perfufae exardefcunt.

XXVIII. Cognata eft huic [2] fandarefus, quam aliqui Garamantiten vocant: nafcitur in India *q*., loco eiufdem nominis. Gignitur et in Arabia ad meridiem verfa. Commendatio fumma *r*., [3] quod velut in translucido ignis *s*. obtentus *t*., celantefque fe

1. *barumque. V.* 2. *Sic ex Mss. H. Fux. et* M. *-fandaftros Gr. et Al.* 3. *quod in transl. ignis obtentu, celantefque fe transfulgent.* M. *velut in translucido ftellantes intus fulgent aureae guttae Gr. et Al.*

phraftus lib. de lapidib. Anthracitin hanc haematitis genus facit Agricola. *Dal.*

*n. Tunc nafcebantur*) Theophraftus prodidit lib περὶ λίθων, hocque genus ligno putri fimile afpectu, oleo perfufum accendi, et cum extinctum fuerit tale videri quale antea fuerat. *Dal.*

*o. Effe in iis*, etc.) Haec deinceps totidem verbis Ifidorus, lib. 16. Orig. cap. 3. Hard.

*p. Quod iactatae in ignem*) Idem de Thracio lapide recitat Diofcorides, quem noftrum carbonem foffilem effe, pro indubitato habetur. *Dal.*

*q. Nafcitur in India*) Ifidorus, lib. 16. Orig. cap. 13. *Sandarefus* (fic enim legi neceffe eft, tum ex hoc loco, tum ex indice: non *fandafirus:*) *nafcitur in India, loco eiufdem nominis.* Hard.

*r. Commendatio fumma, quod velut in translucido ftellantes, etc.*) Legend. *Summa eius commendatio, quod velut in translucido ignis intus celantefque fe transfulgent aureae guttae, femper in corpore nunquam in cute.* Hinc fummopere commendari ait, quod aureae guttae quas intus habet, velut in tralucido, et fefe celantes transfulgeant. *Salmaf.* pag. 133 a.

*s. Ignis*) Ignis intus conditus, ac veluti abfcondentes fefe aureae guttae. H.

*t. Ignis obtentus*) Sic Mss. omnes, quos infpeximus. Prius

se transfulgent aureae guttae, semper in corpore, numquam in cute. Accedit religio narrrata, [1] a siderum cognatione, ab inspectoribus, quoniam fere stellarum Hyadum et numero et dispositione [2] stellantur, ob id Chaldaeis in [3] caerimoniis habitae. [4] Et hic *v.* mares austeritas distinguit *x.*, [5] quodam vigore apposita tingens. Indicae quidem etiam hebetare visus dicuntur. Blandior feminis flamma: alliciens magis, quam accendens. [6] Sunt qui praeferant Arabicas Indicis, fumidoque chrysolitho illas similes dicant. Ismenias vero negat poliri [7] sandareson, propter teneritatem: et ob id in magno errore [8] sunt, qui sandaricas vocent. Inter omnes constat, quantum numero stellarum accedat, tantum et pretio accedere. Affert errorem aliquando



1. *a siderum inspectoribus ob cognationem, quoniam. V.* 2. *stellantur in Fux. d.* 3. *ceremonia. V.* 4. *Hic et mares. V.* 5. *siquidem vigor apposita tingens indicat. Quidam etiam heb.* M. 6. *Sunt qui . . . fumidoque . . . dicant; Sic ex Mss. H. Sunt qui . . . fumidaeque . . . dicunt; Gr. et Al.* 7. *sandastros Gr.* 8. *esse, qui Sandaricas vocent.* M. *sandareson vocant Gr. et Al.*

Prius legebatur, *velut in translucido stellantes intus fulgent aureae guttae.* Isidorus, loc. cit. *Quod veluti intro lucido igne intus fulgent aureae guttae. Constat autem inter omnes, quantus numerus stellarum accedit, tanto et pretium accedere.* H.

*v. Et hic*) Vt in carbunculis, sect. 25. H.

*x. Et hic mares austeritas distinguit*) Legend. *Et hic mares austeritas distinguit, siquidem vigor apposita tingens indicat: quidam etiam, etc.* Et cap. 5. eiusdem libri: *nullis maior austeritas, nec minus vitii.* Et paulo post: *ergo Cyprii varie glauci: magis ac minus in eodem smaragdo aliis pastibus tenorem illum Scythicae austeritatis non semper custodiunt.* πικρὸν Graeci vocant quod austerum in coloribus Latini. Vide *Salmas.* in Tertullian. de Pallio, p. 183.

quando [1] similitudo nominis, [2] sandasel, quod [3] Nicander *y.* sandareseon vocat, alii sandareson. Quidam vero hanc sandastron, illam [4] sandaresum *z.*, in India *a.* nascentem illam quoque, et loci nomen custodientem: mali colore, aut olei viridis, omnibus improbatam.

XXIX. Ex eodem genere *b.* ardentium, [5] lychnis appellata a lucernarum [6] accensu, tamen [7] praecipuae gratiae *c.* Nascitur circa Orthosiam, totaque

1. *similitudine. M. Fux.* 2. *Sandazel Fux. Sandaser Gr.* 3. *Sic ex Mss. H. Nicander sandaserion vocat.* M. *Fux. Nicanor sandaserion vocauit, alii sandaseron Gr. et Al.* 4. *Sic ex Mss. H. sandareson Gr. et Al.* 5. *Sic ex Mss. H. lychnites . . . accensarum praecipua gratia . . . Ionis Gr. et Al.* 6. *Sic etiam M. assensu V. accensarum praecipua gratia. Gr. et Al.* 7. *Sic etiam M.*

*y. Quod Nicander*) Sic Mss. omnes, et hoc loco, et in indice. Typi omnes perperam, *Nicanor.* H.

*z. Illam sandaresum*) De qua dictum est initio huius sect. H.

*a. In India . . . . illam quoque*) De qua plane modo Nicander. H.

*b. Ex eodem genere ardentium lychnites appellata*) Lege: *Ex eodem genere ardentium Lychnis, appellata a lucernarum accensu, tum praecipuae gratiae.* Tum praecipuae gratiae esse dicit hanc gemmam cum lucernae accensae fuat, quia vigor eius et ardor excitatur accensarum lucernarum flagrantia. Seq. sic leg. *Et inter has invenio differentiam, vna purpura radiat, altera cocco. A sole excalefacta, aut digitorum attritu paleas et chartarum fila ad se rapit.* Vide *Salmas.* pag. 1104. a. b.

*Ex eodem genere*) Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 13. *Lychnis ex eodem genere ardentium est appellata, a lucernarum flagrantia.* H.

*c. Tamen praecipuae gratiae*) Sic Reg. 2. Sic paulo antea, sect. 21. *smaragdis tamen cedentes.* In Colb. 3. *tum praecipuae gratiae:* quasi cum lucernae accenduntur, tum gemmae illius vigorem excitari

totaque Caria, ac vicinis locis: sed probatissima in Indis *d.*, quam quidam *e.* remissiorem carbunculum esse dixerunt. Secunda bonitate similis est, [1] Ionia appellata *f.* a praelatis floribus *g.* [2] Et inter has *h.* inuenio [3] differentiam: vnam quae purpura [4] radiat: alteram quae cocco: a Sole [5] excalfactas, aut digitorum atritu, paleas *i.*, et chartarum [6] folia ad se [7] rapere.

 XXX.

*1. Sic etiam Fux. Ionis Gr. 2. Sic ex Mss. H. M. et Fux. Et alias Gr. et Al. 3. Sic ex Mss. H. M. et Fux. differentias Gr. et Al. 4. Sic etiam M. Fux. radiet Gr. 5. excalfacta. M. 6. Sic etiam Fux. fila Gr. et Al. 7. rapit. M.*

excitari significet. Quae mens Isidori certe non fuit, cuius verba proxime retulimus: at fuit Solini, cap. 52. pag. 82. *Lychniten perinde fert India, cuius lucis vigorem ardor excitat lucernarum, qua ex caussa lychniten Graeci vocauerunt.* H.

*d. In Indis*) Isidorus, loc. cit. Plutarchus, lib. de fluviis, pag. 1149. iuxta Hydaspen amnem reperiri asseuerat: Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος Λυχνὶς καλούμενος· ἐλαιώδης δέ ἐστι τῇ χρόᾳ, καὶ ζεστὸς πάνυ. H.

*e. Quam quidam*) Isidorus loc. cit. Remissior carbunculus a nostris appellatur, *Rubis balais.* H.

*f. Ionis appellata*) Quoniam violae colorem prae se fert, et repraesentat; Durum; loquendi genus. ἴον κατ' ἐξοχὴν nigram violam Graeci vocant. *Dal.*

*g. A praelatis floribus*) A praecipuis floribus, nempe viola, cuius colorem refert. Ἴον Graecis viola est. Ἰωνιὰ, locus violis consitus. H.

*h. Et inter has*) Sic Mss. omnes, non *et alias inuenio*, vt editi. Habet haec quoque Isidorus, loc. cit. Solinus, cap. 52. pag 82. *Duplex ei facies: aut enim purpurea emicat claritate, aut meracius suffunditur cocci rubore. At si excanduit radiis Solis incita, vel ad calorem digitorum attritu excitata st, aut palearum cassa, aut chartarum fila ad se rapit*, etc. Hard.

*i. Paleas et chartarum*) De Chalcedonio id Albertus, Isidorus, Bartholomaeus Anglicus, Pandectarius *Dal.*

*Et*

XXX. Hoc idem *k.* et Carchedonius facere dicitur, quanquam multo vilior praedictis. Nascitur apud Nasamonas in montibus, vt incolae putant, imbre diuino. Inuenitur ad repercussum Lunae, maxime plenae. Carthaginem quondam deportabatur. Archelaus et in Aegypto circa Thebas nasci [1] tradit, fragiles, venosas, [2] morientibus carbonibus similes. Potoria vasa et ex hoc lapide, et ex lychnite factitata inuenio. Omnia autem haec *l.* genera scalpturae contumaciter resistunt, partemque cerae in signo [3] tenent.

XXXI. E diuerso ad hoc *m.* sarda vtilissima, quae nomen cum sardonyche communicauit. Ipsa gemma vulgaris, et primum Sardibus *n.* reperta, sed

1. *Sic ex Mss. H. et M. tradidit Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H. et M. morienti carboni Gr. et Al.* 3. *retinent. E diuerso ad hoc. Fux. E diuerso ad haec Gr. et Al.*

*Et chartarum folia*) Sic. Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. et alii. Tamen editi hactenus libri, et Isidorus, ac Solinus, *fila.* H.

*k. Hoc idem et Carchedonius*) Superius iam obiter indicatus, sect. 25. *Garamantici carbunculi, quos et Carchedonios vocant, propter opulentiam Carthaginis magnae*, quo scilicet deportabantur, vt mox ipse Plinius subiicit. Nunc vocant *Calcedoine.* Isidorus haec iisdem verbis, lib. 16. Orig. cap. 13. *Carchedonius, hoc quod et lychnites facere dicitur, quanquam multum vilior praedictis. Nascitur apud Nasamonas*, etc. H.

*l. Omnia autem haec*) Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 13. Hard.

*m. E diuerso ad hoc*) Ad signum scilicet, quod ceram in signando sarda non retineat. Ita Mss. Editi, *ad haec*, hoc est, ad vtrumque, ad scalpturam, et ad signum: quoniam nec sit ἄγλυπτος, nec ceram in signo auferat. Sardam nostrates vocant, *Cornaline.* H.

*n. Sardibus*) In Lydia. Nunc in Sardinia probae notae

sed laudatissima circa Babyloniam, cum lapicidinae *o.* quaedam aperirentur, haerens in [1] saxo cordis *p.* modo. Hoc metallum apud Persas defecisse traditur. Sed inueniuntur compluribus aliis locis, sicut in [2] Paro, et Asso *q.* In India trium generum *r.*: rubrum, et quod [3] dionum vocant *s.* a magnitudine: tertium quod argenteis bracteis *t.* sublinitur. Indicae [4] perlucent: crassiores sunt Arabicae. Inveniuntur et circa Leucada Epiri, et circa Aegyptum,



1. *Sic ex Mss. H. M. et Fux. in saxi corde. Hocque modo metallum Gr. et Al.* 2. *Ephyra. M. Ephiro. Fux.* 3. *Sic etiam M. Fux. demium vocant a pinguedine Gr. et Al.* 4. *praelucent. M. Fux.*

notae reperiri Kircherus noster affirmat, lib. 8. Mundi subterr. pag. 81. H.

*o. Cum lapicidinae)* Theophrast. lib. περὶ λίθων, pag. 7. Εὑρίσκεται δὲ καὶ σάρδιον διακοπτομένων τῶν πετρῶν. H.

*p. Haerens in saxi corde)* Lege: *Haerens in saxo, cordis modo. hoc metallum apud Persas defecisse traditur*, i. hoc genus marmoris vel saxi, intra quod inueniebantur Sardae gemmae. *Salmas.* p. 340. b.

*q In Paro et Asso)* Hoc a Gelenio est. Mss. omnes, *In Ephiro.* An *in Epiro?* Mox certe sequitur, *Inueniuntur et circa Leucada Epiri.* Hard.

*r. In India trium generum)* Lege: *In India trium generum: rubrum et quod disemum vocant a magnitudine.* δίσημον, quod ea magnitudine erat, vt duae σφραγῖδες ex eo fieri possent. *Salmas.* pag. 183. a.

*s. Et quod dionum vocant, a magnitudine)* Secuti fidem eorumdem codicum Mss. negleximus typos, qui prae se ferunt, *Et quod demium vocant a pinguedine.* Δίωνον vel barbara Indorum lingua dictum putamus: vel, si Graeca, quasi δὶς ὤνιον, quod duplicato pretio ob magnitudinem comparari possit. Δίσημον Salmasius dum reponit, in Solin. pag. 183. vt omittam cetera, Mss. codicum consensum nauci facit. H.

*t. Argenteis bracteis)* Subditis nimirum, vt translucere vel sic cogantur. H.

ptum, quae bractea aurea sublinuntur. Et in his autem mares excitatius fulgent: feminae [1] pigriores *v.* sunt, et crassius nitent. Nec fuit alia gemma apud antiquos vsu frequentior. Hac certe apud Menandrum *x.* et Philemonem fabulae superbiunt. Nec [2] vlla est translucentium, quae tardius suffuso humore hebetetur, oleoque magis, quam alio liquore. Damnantur ex iis melleae, et validius testaceae *y.*

XXXII. (VIII.) Egregia [3] etiamnunc topazio *z.* gloria est, suo [4] virenti genere, et cum reperta est, [5] praelatae omnibus. Id accidit in Arabiae insula, quae [6] Cytis *a.* vocatur: in qua Trogodytae praedones,

*1. Sic ex Mss. H. M. Fux. pinguiores Gr. et Al. 2. Sic ex Mss. H. et Ch. vlla est ex translucentibus, quae tar. suff. hu. hebetetur. M. Fux. vllae . . tardius hebetantur Gr. et Al. 3. Sic etiam Ch. etiamnum Gr. 4. nitenti gen. et cum eximia rep. Alii. 5. praelato. V. 6. Troglodytis vo. in qua praedones. M. Fux. Chitis Gr. et Al.*

*v. Pigriores*) Ita Mss. non *pinguiores*. Sic ipse sect. 25. de carbunculis: *Masculi acrius, feminae languidius refulgentes.* H.

*x. Apud Menandrum*) Athenaeus l. 3. ex Menandri comoedia, cuius est titulus πέδιον hunc versum citat: μαράγδον εἶναι ταῦτ' ἔδει καὶ σάρδια. Dal.

*Apud Menandrum*) Ex Menandri comoedia, quae Πεδίον inscribitur, (an Παιδίον potius?) apud Athen. lib. 3. pag. 94. recitatur hic versiculus: Μαράγδον εἶναι ταῦτ' ἔδει καὶ σάρδια. H.

*y. Testaceae*) Quae testam colore referunt. H.

*z. Topazio*) Topazum vocat Orpheus lib. περὶ λίθων, scriptis de eo multis et venustis carminibus. *Dal.*

*Egregia . . . . topazio*) Haec totidem verbis Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 7. Chrysolithorum generis esse nunc a peritis existimatur. Hard.

*a. Quae Cytis*) De ea, lib. 6. sect. 34. In Mss. *quae Trogo-*

dones, [1] diutius fame et tempeſtate [2] preſſi *b.*, cum herbas radiceſque effoderent, eruerunt topazion. Haec Archelai ſententia eſt. Iuba Topazon inſulam *c.*, in Rubro mari a continente [3] diei nauigatione *d.* abeſſe tradit, nebuloſam, et ideo quaeſitam ſaepe navigantibus, ex ea cauſa nomen accepiſſe. [4] Topazin *e.* enim [5] Trogodytarum lingua ſignificationem habere quaerendi. Ex hac primum importatam Berenicae reginae, quae fuit mater [6] ſequentis Ptolemaei *f.*, a Philemone praefecto regis, ac mire placuiſſe: et inde factam ſtatuam Arſinoae Ptolemaei Philadelphi vxori *g.*, quatuor cubi-

1. *Sic ex* Mss. *H. et Cb. cum diutius Gr. et Al.* 2. *feſſi* M. *Cb. Fux.* 3. *Sic etiam* M. *Fux. ſtadiis CC Cb. ſtadiis CCC abeſſe Gr. et Al.* 4. *opazun. Fux.* M. 5. *Sic ex* Mss. *H. M. et Cb. Troglodytarum Gr. et Al.* 6. *ſecundi. V.*

*Trogodytis vocatur, in qua praedones etc.* mendoſe. H.

*b. Tempeſtate preſſi*) Mss. omnes, *feſſi*: et Iſidorus ſimiliter, loc. cit. H.

*c. Topazon inſulam*) Libro 6. ſect. 34. H.

*d. Diei nauigatione*) Sic Mss. omnes fere, Reg. Colb. Fux. At Chiffl. cc. *ſtadiis*, horum verborum vice legit. Libri omnes editi, *ſtadiis* ccc. hoc eſt, XXXVII. M. D. paſſ. H.

*e. Topazin*) Iſidorus loco citato, haec totidem verbis: *Nam τοπάζειν Trogodytarum lingua ſignificationem habet quaerendi.* H.

*f. Sequentis Ptolemaei*) Hoc eſt, ſecundi, ſiue Philadelphi: eademque vxor Ptolemaei Lagi, qui princeps poſt Alexandri obitum Aegypto potitus eſt. Sic Africanum ſequentem ſaepe Plinius, hoc eſt, poſteriorem vocat. De eiuſdem Berenices adamante Iuuenalis, Satyra 6. verſ. 155. *Murrhina: deinde adamas notiſſimus, et Berenices In digito factus pretioſior: hunc dedit olim Barbarus inceſtae: dedit hunc Agrippa ſorori, Obſeruant vbi feſta mero pede ſabbata reges, Et vetus indulget ſenibus clementia porcis.* H.

*g. Philadelphi vxori*) Pariter et ſorori. H.

cubitorum, sacratam in delubro, quod aureum cognominabatur. Recentissimi auctores et circa Thebaïdis Alabastrum oppidum nasci dicunt: et duo eius genera faciunt, prasoïdem *h.* atque [1] chrysopteron *i.*, similem [2] chrysopraso. Eius enim [3] tota similitudo ad porri succum dirigitur. Est autem amplissima gemmarum. Eadem sola nobilium limam sentit: ceterae *k.* [4] Naxio *l.* et cotibus poliuntur. Haec et vsu atteritur.

XXXIII. Comitatur eam similitudine propior, quam auctoritate, callaïs *m.*, e viridi pallens. Nascitur

1. *chrysoteron.* M. *Fux.* 2. *Sic etiam M. chrysopraso Gr.* 3. *tota, in Fux. d.* 4. *Sic ex* Mss. *H. naxo et cote.* M. *fortassis, saxo et cote, vt et V. Naxo et cotibus. Ch. Naxiis cotibus Gr. et. Al.*

*h. Prasoïdem*) Πρασοειδῆ, colore porraceo: et Χρυσόπτερον, vel vti exhibent Mss. omnes, χρυσότερον, a pallore videlicet, qui vergat in colorem aureum. Denique χρυσόπρασος, a colore porri viridi, aureoque mixto. H.

*i. Chrysopteron similem chrysopraso*) Topazii Sibenburgensis meminit, cuius pallor ad auri colorem vergit. *Dal.*

*k. Caeterae Naxiis cotibus poliuntur*) Non a Naxo, vna e Cycladibus, sed ab alia Cretensi. Stephanus, ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη. Cretensis cotis mentio fit etiam decimo octauo volumine in ratione pratorum. *Gelen.*

*l. Naxio*) Naxo e Creta aduectas cotes, Naxium appellabant. Plinius, lib. 36. sect. 10. *Signis e marmore poliendis, gemmisque etiam scalpendis, atque limandis, Naxium diu placuit ante alia: ita vocantur cotes in Cypro insula genitae.* Nunc igitur ad gemmas limandas, et cotes Naxias, et alias inferioris notae aduocat. H.

*m. Callais*) Callais, *la Turquoise.* Tota Persia eam plurimam nasci tradit Garcias ab Horto, Peruzaaque Arabibus vocari. *Dal.*

*Callais*) Turchesiam hanc esse falso quidam autumant,

ſcitur *n*. poſt auerſa *o*. Indiae, apud incolas Caucaſi montis [1] Phycaros, apud Sacas et Dahas *p*., amplitudine conſpicua, ſed fiſtuloſa ac ſordium plena. Sincerior multo praeſtantiorque in [2] Carmania *q*. Vtrobique autem in rupibus inuiis et [3] gelidis, oculi figura extuberans, leuiterque adhaerens, nec vt [4] agnata petris, ſed vt appoſita. [5] Quamobrem ſcandere ad eam pigritia pedum eque-

1. *Phicaros ac Aſdatas amplitudine Gr. et Al.* 2. *Germania. Fux.* 3. *Gelatis. V. Fux.* 4. *annata. Fux.* 5. *Sic ex Mss. H. et Ch. quapropter Gr. et Al.*

tumant, *la Turquoiſe*; cum an veteribus cognita omnino Turqueſia fuerit, haud ſane ſatis ſit exploratum: E Samarcanda Tartariae citerioris prouincia ad nos aduehitur. Callaïs vero ab Iſidoro Callaïca appellatur, libro 16. Orig. cap. 7. et a Solino ſimiliter, cap. 20. pag. 41. H.

*n*. *Naſcitur poſt auerſa Indiae apud incolas Caucaſi*) Legend. *Naſcitur poſt auerſa Indiae apud incolas Caucaſi montis Phycaros apud Sacas et Daas amplitudine conſpicua.* Vide *Salmaſ.* 795. b.

*o*. *Poſt auerſa*) Poſt vltimam Indiam. H.

*p*. *Apud Sacas et Dahas*) De his egimus libro 6. Vide Notas et Emend. num XV. (hic ſubi.) *Apud Sacas et Dahis*) Permutato verborum ordine in Reg. et Colb. 2. *Sacas apud Dahas* legitur. At in libris hactenus editis corrupte ex gemina voce vna conflatur, *ac Aſdatas.* H.

*q*. *In Carmania*) Vide Notas et Emendation. num. XVI. (hic colloc.) *In Carmania*) Sic libri omnes vulgati, vt opinor, recte. Nihilominus Mss. omnes, *in Germania*. Quin et Solinus, cap. 20. pag. 41. poſtquam de ſuccino Germaniae egit, *In Germaniae continentibus*, inquit, *Callaïca reperitur, quam gemmam Arabicis anteponunt.* Iſidorus item, lib. 16. Orig. cap. 7. *Naſcitur in India, vel Germania, in rupibus gelidis, oculi modo extuberans.* Verum cum *equeſtres populos* harum gemmarum ſcrutatores Plinius paulo mox appellat, Carmanos potius quam Germanos, quiuis, credo, cordatus intelligat. H.

equestres populos taedet, simul et periculum terret. Ergo fundis e longinquo incessunt, et cum toto musco excutiunt. Hoc vectigal, [1] hoc est gestamen in ceruice ac digitis gratissimum. [2] Hic census, haec gloria a pueritia deiectorum numerum praedicantium, in quo varia fortuna. Quidam ictu primo cepere praeclaras, multi insectando nullas. Et venatus quidem callaïdis talis. Sectura formantur, alias fragiles. Optimus color smaragdi *r.*: vt tamen apparet, ex alieno *s.* est quod placeant. Inclusae decorantur auro, aurumque nullae magis decent. Quae sunt earum pulcriores, oleo, vnguento, et mero colorem deperdunt. Viliores constantius repraesentant *t.*: neque est *v.* imitabilior alia mendacio vitri. Sunt qui in Arabia *x.* inueniri eas dicant in nidis auium, quas melancoryphos vocant.

XXXIV. [3] Viridantium et alia plura sunt [4] genera. [5] Vilioris *y.* est turbae prasius: cuius alterum

1. *Sic ex* Mss. *H. hoc est gestamen in ceruice et digitis gratissimum. Fux.* M. *et Ch. hocque gestamen diuites in ceruice gratissimum norunt Gr. et Al.* 2. *Is census. V.* 3. *Viridium. V.* 4. *genera viliorisque est. Alii.* 5. *Prasius porracii coloris est sed vilis, cuius.* M.

*r. Smaragdi*) Qualis in smaragdo cernitur. H.

*s. Ex alieno*) Ex accersito nitore: nempe ex auro quo inclusae decorantur. H.

*t. Repraesentant*) Seruant colorem. H.

*v. Neque est*) Neque est alia gemma, quam melius vitrum mentita similitudine imitetur. H.

*x. Sunt qui in Arabia*) Solinus, cap. 20. pag. 41. Hard.

*y. Vilioris est turbae prasius, etc.*) A colore nomen habet: Est enim πράσιος Graece viridis. Aeruginei coloris, ἰώδης τῇ χρόᾳ a Theophr. dicitur, lib. περὶ λίθων, pag. 8. Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 7. *Prasius*

rum genus sanguineis punctis abhorret: tertium [1] est virgulis tribus distinctum candidis. Praefertur his * chrysoprasius z., porri succum et ipsa referens, sed haec paulum declinans a topazio in aurum. Huic et amplitudo ea est, vt cymbia etiam ex ea fiant: cylindri quidem [3] celerrime.

XXXV. India et has generat, et Nilion a., fulgore hebeti ac breui, et cum intueare, fallaci. Sudi-

1. *Sic ex* Mss. *H. est distinctum virgulis candidis.* M. *Sic et Fux. nisi quod habet vngulis pro virgulis. tertium virgulis tribus distinctum est candidum Gr. et Al.* 2. *chrysoprasus. V.* 3. *creberrime. V.*

*sius pro viridante colore dictus, sed vilis. Cuius alterum genus sanguineis punctis abhorret:* (Sic et Pliniani codices: forte *obhorret*:) *Tertium distinctum virgulis tribus candidis.* Sic et Marbodeus, lib. de lapid. pret. cap. 52. H.

z. *Chrysoprasius*) Gemmariis, *Eau marine*, *Aigue marine.* Chrysoprason a Chrysoprasio distinguunt Albertus, Isidorus, Pandectarius: quod et adnotatum est in vocabulo Chrysolampis. *Dal.*

*Praefertur his chrysoprasius*) Mixto colore auri cum viridi. A nostris appellatur, *Prême-d'émeraude.* H.

a. *Et Nilion*) Dictam ab amne Nilo. H.

b. *Non translucet molochites*) Haec Isidorus plane ad verbum, lib. 16. Orig. cap. 7. Μολόχη, vel μαλάχη maluam sonat. Hinc Molochinus color apud Nonium, cap. 16. num. 2. Et molochinarii, apud Plautum, vt diximus lib. 21. sect. 22. nota 7. Vide Notas et Emendat. num. XVII. (hic pos.) *Non translucet molochites, etc.* Has postremas voces, *et crassius quam smaragdus,* adiecimus nunc primum, non solum admonitu codicum Reg. 2. Colb. 3. Fux., etc. sed et Isidori hunc locum ita reddentis, lib. 16. Orig. cap. 7. *Molochites spissius virens, et crassior quam smaragdus, a colore maluae nomen accepit: in reddendis laudata signis. Nascitur in Arabia.* Solini pariter, cap. 33. pag. 63. *Et molochiten Arabs inuenit, virentem crassius quam smaragdus, contra infantum pericula ingenita vi resistentem.*

Sudines dicit et in Syuero Atticae flumine nasci. Est autem color [1] fumidae topazii, aut aliquando melleae. Iuba in Aethiopia gigni tradit, in litoribus amnis, quem Nilum vocamus, et inde nomen [2] trahere.

XXXVI. Non translucet *b.* molochites, [3] spissius virens, et crassius quam smaragdus, a colore maluae nomine accepto, reddendis laudata signis, et infantium *c.* custodia quadam, innato contra pericula ipsorum [4] medicamine. Nascitur in Arabia.

XXXVII. Viret, et saepe translucet iaspis, etiam si victa a multis, antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimae ferunt eam gentes: smaragdo *d.* similem Indi: Cypros duram glaucoque pingui *e.*: Persae aëri similem: ob id vocatur aërizusa *f.* Talis

1. *fumidi top. aut al. mellei.* V. 2. *trahere. Molochites spissius virens et crassius quam smaragdus a col. mal. nomen accepit, in signis reddendis laudata.* M. *Fux.* 3. *spissius virens, a colore maluae Gr. et Al.* 4. *Sic H. et* M. *medicamine. Viret Gr. et Al. omissis: nascitur in Arabia.*

*tem.* Sed et mox quoque ex eorumdem codicum et auctorum fide addidimus, *Nascitur in Arabia*, quae voces a libris omnibus editis aberant. H.

*c. Et infantium*) Solinus, cap. 33. pag. 63. et Marbod. lib. de lapid. pret. cap. 44. Hard.

*d. Smaragdo*) Ἴασπις σμαραγδίζων, Dioscoridi, lib. 5. cap. 160. H.

*e. Glaucoque pingui*) *Glaucam pinguemque* in nonnullis veteribus legitur: in aliis, *glacieique pinguis.* Fortassis id genus, quod esse pituitae simile Dioscorides scribit. *Dal.*

*Glaucoque pingui*) Saturi coloris. H.

*f. Aërizusa*) Ἀερίζουσα. Hanc esse quam Turcheliam nostri vocent, Salmasius existimat, in Solin. pag. 202. secutus Agricolam. Dioscoridi, loc. cit. est ἴασπις ἀερίζων. H.

Talis et Cafpia eft: caerulea, circa Thermodoontem amnem: in Phrygia, purpurea: in Cappadocia, ex purpura caerulea, atque non refulgens. [1] Amifos Indicae fimilem mittit *g.*, Calchedon turbidam. Sed minus refert nationes, quam bonitates, diftinguere. Optima ergo, quae purpurae quidquam habet: fecunda, quae rofae: tertia, quae fmaragdi. Singulis autem Graeci nomina ex argumento dedere *h.* Quarta apud eos vocatur Borea *i.*, caelo autumnali matutino fimilis: et haec erit illa, quae vocatur aërizufa. Similis eft et fardae, [2] imitata *k.* et violas. Non minus multae fpecies reliquae, fed omnes in vitio caeruleae; aut cryftallo fimiles, aut myxis *l.* Item terebinthizufa *m.*, improprio (vt arbitror) cognomine, velut

1. *Thracia. V.* 2. *imitatur et molas. V.*

*g. Amifos Indicae fimilem mittit*) Eft autem Amifos Ponti vrbs, ficut Chalcedon Bithyniae. *Gelen.*

*h. Nomina ex argumento dedere*) Τῆς πορφυριζέσης, ῥοδιζέσης, σμαραγδιζέσης. Dal.

*Nomina ex argumento*) Nempe πορφυρίζοντος ἰάσπιδος, ῥοδίζοντος, σμαραγδίζοντος. H.

*i. Borea*) Βόρειος feptemtrionalem fonat. H.

*k. Imitata*) Eft et quae violas imitatur. H.

*l. Aut myxis*) Leg. *aut pituitae*, τῇ μύξῃ. Plinius ambigua voce τῆς μύξης hallucinatus eft. *Dal.*

*Aut myxis*) De myxis egimus lib. 15. fect. 12. et 13. Fruftra funt qui *mucis* hic reponunt, cum Salmafio in Solinum, pag. 131. quam vocem numero multitudinis, pro pituita nafi, nufquam me legere memini. Nam quae pituitae ei fimilis effe a Diofc. perhibetur, ea ipfa eft, quae cryftallum refert: ὁ δὲ κρυςαλλώδης ἐοικὼς φλέγματι. Quae vero eft myxis affinis, a cryftallina difcrepare facie nunc affirmatur. H.

*m. Item terebinthizufa*) Θερεβινθίζων Diſcoridi loco cit. quod terebinthi colorem repraefentet. Cum porro velut

1 velut e multis eiusdem generis composita gemmis. Quamobrem *n.* praestantiores [2] funda *o.* clauduntur *p.* patentes, nec praeterquam margines auro amplectente. Vitium est et breuis in iis nitor, et longe splendens, et sal, et omnia quae in ceteris *q.* Et vitro adulterantur: quod *r.* manifestum fit, cum extra fulgorem spargunt, atque non in se continent. Nec diuersae *s.*, quas sphragidas vocant, publico [3] gemmarum dominio iis tantum dato, quoniam optime signent. Totus vero [4] Oriens pro amu-

*1. velut et mul. eius. gen. gemmis eandem ob rem imposito. Praestantiores V.* 2. *Sic H. ex Mss. funda clauduntur, id est patentes Gr. et Al. sed patentes V.* 3. *harum gemm V.* 4. *Oriens Iaspidum species sexdecim traditur gestare. Quae ex Fux. M.*

velut e multis composita gemmis videatur, magis proprie ex ea re, inquit auctor, quam ex terebintho appellationem duceret. H.

*n. Quamobrem praestantiores funda clauduntur*) Lege: *Quamobrem praestantiores funda clauduntur patentes, nec praeterquam margines auro amplectente.* est quod hoc loco dixit de chrysolithis, *funda includuntur perspicuae.* vel vt in aliis legitur: *funda clauduntur, sed patentes.* Salmas. pag. 407. b 408. a.

*o. Funda*) Anuli vmbilico cinguntur ita, vt omnino emineant, solos margines amplectente aureo circulo. Hard.

*p. Funda clauduntur*) Funda, vt ex hoc loco intelligitur, circulus est ex auro, alioue metallo, quo gemmae ita nectuntur, vt aurum nonnisi margines amplectatur. Palam anuli alii appellant, quo sensu et σφενδόνην Plato dixit, τὸ περιφερὲς τῦ δακτυλίυ. Idem Plinius infra, sect. 43. de chrysolithis: *Funda includuntur perspicuae.* H.

*q. Et omnia, quae in ceteris*) Vitia superius recensita fere sect. 18 H.

*r. Quod*) Quod vitium. Hard.

*s. Nec diuersae*) Nec sunt diuersae ab iaspide gemmae eae, quas σφραγῖδας vocant, hoc est, signatorias. Hard.

amuletis *t.* traditur gestare eam, quae ex [1] iis smaragdo similis est, [2] et per transuersum linea alba media praecingitur, et grammatias *v.* vocatur: quae pluribus *x.*, polygrammos. Licet obiter *y.* vanitatem Magicam hic quoque coarguere, quoniam hanc concionantibus vtilem esse prodiderunt. Est et [3] onychipuncta *z.*, [4] quae iasponyx *a.* vocatur: et nubem complexa, et niues [5] in summitate. Est et stellata rutilis punctis: est et salem imitata: [6] et veluti fumo infecta, quae capnias *b.* vocatur. Magnitudinem iaspidis [7] quindecim vnciarum vidimus: [8] formatamque inde effigiem Neronis thoracatam.

G 2 XXXVIII.

*1. illis. V.* *2. Sic ex Mss. H. M. et F. et transuersa linea Gr. et Al.* *3. onychiponix. M. F.* *4. et quae puncta vocatur. Fux. M. Leg. quae et iasponyx.* *5. Sic ex Mss. H. M. et F. et niues imitata. Haec stellata . . . et sali Megarico similis Gr. et Al.* *6. est et veluti. V.* *7. Sic etiam M. vndecim Gr. et Al.* *8. formatam in effigie Neronis thoracata. Fux. et M.*

*t. Pro amuletis*) Priscianus in Periegesi, pag. 384. *Atque malos lemures quod pellit munus, iaspin.* Omnia iaspidis genera pro amuletis gestari promiscue auctor est Diosc. lib. 5. cap. 160. Λέγονται δὲ πάντες εἶναι φυλακτήρια περίαπτα. Codices e quibus refingere hunc locum aliter Salmasius nititur, in Solin. pag 131. mutili sunt ac vitiosi. H.

*v. Grammatias*) Γραμματίας. Γράμμα Graecis lineam sonat. H.

*x. Quae pluribus*) Quae pluribus lineis cingitur. H.

*y. Licet obiter*) Adde quae habet Albertus M. libro 2. de miner. pag. 232. *Aiunt quod gestantem se a luxuria prohibet. In magicis etiam legitur, quod si incantatus est, reddit gratum, et potentem*, etc. H.

*z. Est et onychipuncta*) Onychinis distincta punctis: quamobrem et composita voce ἰασπόνυξ a Graecis vocatur. H.

*a. Iasponix*) Iasponix, quae altera parte iaspidem repraesentat, altera onychen. *Dal.*

*b. Capnias*) Καπνίας. Fumum

XXXVIII. Reddetur *c.* et per se [1] cyanos *d.*, accommodata gratia *e.* paulo ante nominato colore caeruleo. [2] Optima Scythica *f.*, dein Cypria, postremo Aegyptia. Adulteratur maxime *g.* tinctura *h.*, idque in gloria regis [3] Aegypti adscribitur, qui primus

1. *cyano et accommodata gratia paulo ante nominatae. M. accommodato paulo ante iaspidis nomine, colore caeruleo Gr. et Al.* 2. *Haec clausula in M. d.* 3. *Sic etiam M. Aegyptii Gr.*

Fumum Graece καπνός sonat. De hac gemma rursum inferius, sect. 56. num. 3. H.

*c. Reddetur et per se cyanos*) Lege: *Reddetur et per se Cyanos accommodata gratia e paulo ante nominato colore caeruleo.* paulo post lege: *adulteratur maxime tinctura, idque in gloria. Regi Aegypti adscribitur, qui primus tinxit.* idque *esse in gloria*, i. in aestimatione et fama, cum caeterae factitiae et adulterae gemmae viles habeantur. *Salmas.* 201. b.

*Reddetur*) Appellabitur et seorsim cyanos, cui gratia est a colore caeruleo paulo ante nominato. H.

*d. Cyanos*) Κύανος, a colore caeruleo. Haec sapphiro simillima: vnde a gemmariis nostris indiscreto nomine sapphirus appellatur; nec Turchina sane ea est, vt nonnullis visum. H.

*e. Accommodata gratia, etc.*) Sic Reg. 2. Colb. 3. Fux. aliique. In editis, interpolata omnia: *Accommodata paulo ante iaspidis nomine, colore caeruleo.* Colorem caeruleum Plinius paulo antea nominauit superiore sectione, cum in vitio dixit esse ante dictarum gemmarum. H.

*f. Optima Scythica*) In pigmento contra, quod caeruleum appellatum est, lib. 33. sect. 57. primas Aegyptium obtinet, Cyprium secundas, postremas Scythicum. H.

*g. Adulteratur maxime*) Theophrastus lib. de lapid. non tingi solum in Aegypto memorat, sed σκευαστὸν καὶ τεχνικὸν εἶναι, factitium et arte fictum. *Dal.*

*Adulteratur maxime tinctura*) Vitro scilicet in eum colorem tincto: fusa materia, et colore imbuta caeruleo. Theophrastus lib. περὶ λίθων. H.

*h. Tinctura*) Vt ex foeminis mares fiant. Mares enim valde nigri, foeminae candidae. Agricola l. 6. de fossilibus. *Dal.*

primus eam [1] tinxit *i.* Diuiditur autem *k.* et haec in mares feminasque. Inest ei aliquando *l.* et aureus puluis, non qualis in [2] sapphirinis.

XXXIX. [3] In sapphiris enim *m.* aurum punctis collucet caeruleis *n.* Sapphirorum, quae cum

G 3 pur-

*1. finxit. V. eam, in M. d. 2. sapphiris M. 3. Sapphirus enim et aurum punctis collucet. Caeruleae et sapphiri, raroque cum purpura. Optimae apud Medos Al. aureis punctis collucet Gr.*

*i. Tinxit)* Ἐποίησε χυτὸν, μιμησάμενος τὸν αὐτοφυῆ. Theophr. fusilem fecit ad imitationem natiui. *Dal.*

*k. Diuiditur autem)* Theophrast. περὶ λίθων, p. 7. H.

*l. Inest ei aliquando aureus puluis)* Lege: *Inest et aliquando ei aureus puluis, non qualis sapphirinis. in sapphiris enim aurum punctis collucet. Caeruleae sapphirorum, cum purpura optimae apud Medos, nusquam tamen pellucidae.* Salmas.

*Inest ei aliquando)* Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 9. H.

*m. Sapphirus enim)* Locus hic sumptus est ex Theophrasti lib. περὶ λίθων, sed deprauatissima scriptura. Verba illius sunt: ἐξ ὧν καὶ τὰ σφραγίδια γλύφουσι, αἱ μὲν τῇ ὄψει μόνον [ἡδεῖαι] οἷον σάρδιον καὶ ἴασπις, καὶ ἡ σάπφειρος, αὐτὴ δ' ἐςὶ ὥσπερ χρυσιπάςος. Legendum vero, σάπφειρος καὶ κύανος· αὐτὴ δὲ, etc. Satis mirari non possum, Plinium, tantum virum et in perscrutandis rerum naturis curiosum ac diligentem, hic errasse tam pueriliter, cum de sapphiro ea scribit, nimirum quod non pellucet, et aureis punctis conspergitur, quae prorsus de cyano gemma, colore coeruleo simili audienda sunt. *Dal.*

*Aurum)* Aureus sapphiri colus caeruleis punctis inspergitur. H.

*n. Aureis punctis collucet)* Remigius Belleau poëta Gallus lepidissimis versibus pretiosissimum et rarissimum sapphirum a se visum describit, nubecula e rubro purpurascente, subcoeruleo colore in infima gemmae parte conspicua, simile sulphuris glauco nitori: dum accenditur, granis aureis, exiguis, intus scintillantibus, et flauo fulgore splendentibus. Aureis autem vel guttis, vel lineis distinctas, notatas, variatas, conspersas gem-

mas

purpura o., optimae p. apud Medos: [1] nusquam tamen perlucidae. Praeterea inutiles scalpturae, inter-

1. *nusquam enim sic pellucidae. Caeterum inut. V.*

mas in hoc Plinii velut indice reperio. 1. Sandastrum, fulgentem aureis guttis. 2. Cyanon. 3. Sapphiron. 4. Coralloachaten. 5. Acopida. 6. Chelonitida. 7. Hormesion, radiantem auro. 8. Leucopetalon, aureis lineis candore distincto. 9. Lysimachum, Rhodio marmori similem aureis venis picturatum. 10. Leucochryson. 11. Ponticam primam, stellatam aureis guttis. 12. Ponticam secundam, lineis aureis virgatam *Dal.*

*Aurum punctis collucet caeruleis*) Aureis punctis sapphiri cutem esse insparsam, et pariter caeruleis, purpureisue, quod alterum sapphiri genus est mox appellandum, indicat. Vnde intelligitur, quantum sapphirus Pliniana a nostra discrepet, quae et tota caerulea est, et perlucida: nec apud Medos solum Indosue, sed et apud nos in Europa natales habet. Plinius infra, sect. 54. *Coralloachates guttis aureis sapphiri modo sparsa* H.

o. *Cum purpura*) Garcias ab Horto, qui de rebus Indicis scripsit, tradit in eadem fodina reperiri nonnunquam sapphirum mixtum cum carbunculo (rubino) eumque vocari ab incolis sapphirorubinum (sapphiranthraca); Gemmarii nostri vocant, *Sapphir rouge. Dal.*

*Cum purpura*) Cum punctis purpureis. H.

*Cum purpura*) Epiphanius, de 12. gemmis, pag. 227. Λίθος σάπφειρος πορφυρίζων . . . . Πολλὰ δὲ γένη τούτου ὑπάρχουσιν· ἔστι γὰρ ὁ βασιλικὸς, χρυσοστιγής· οὐ πάνυ δὲ οὗτος θαυμαζόμενος, ὡς ὁ διόλου πορφυρίζων· καὶ οὗτος δὲ λέγεται εἶναι ἐν τῇ Ἰνδίᾳ, καὶ Αἰθιοπίᾳ. *Sapphirus gemma purpurascit . . . . Multa sunt eius genera. Est enim regius aureis punctis varius. Non est vero hic in tanta admiratione, quanta ille qui prorsus purpurascit. Et hic dicitur esse cum in India, tum etiam in Aethiopia.* Vide Notas et Emendation. num. XVIII. (hic pos.) *In sapphiris etc.*) Haec totidem syllabis, apicibusque repraesentamus, quot sunt in codicibus Mss Reg. 2. Colb. 3. Fux. et aliis: mire in libris editis hactenus interpolata: *Sapphirus enim et aureis punctis*

interuenientibus cryſtallinis *q.* centris. Quae ſunt ex iis cyanei coloris, mares exiſtimantur.

XL. Alius [1] ex hoc ordo purpureis dabitur, et ab illis *r.* [2] deſcendentibus. Principatum amethyſti *s.* Indicae tenent. Sed in Arabiae quoque parte, quae finitima Syriae Petraea vocatur, et in

G 4 Arme-

1. *ex hinc. V.* 2. *diſcedentibus. M. ab iis diſcedentibus. V.*

*ctis collucet. Caeruleae et ſapphiri, raroque cum purpura. Optimae apud Medos*, etc. Quae in huius interpretatione loci Salmaſius in Solin. pag. 132. σφάλματα committit, nec enumerare vacat, nec refellere. Sed neque Iſidoro crede, lib. 16. Orig. cap. 9. hunc Plinii de ſapphiro locum ex deprauatis exemplaribus deſcribenti. H.

*p. Optimae apud Medos*) Marbodeus, lib. de lapid. pret. cap. 53. de ſapphiro: *Ille ſed optimus eſt, quem tellus Medica gignit: Qui tamen aſſeritur numquam transmittere viſum.* H.

*q. Cryſtallinis*) Duritie cryſtallina. H.

*r. Et ab illis*) Et iis, qui ſunt affines purpurae, coloribus. H.

*s. Principatum amethyſti*) Ἀμέθυςος, vel quod ebrietati reſiſtit, vel quod vini colorem trahit. *Ametiſte* ou *amatiſte.* Elegantia duo epigrammata de amethyſto vide in Antholog. Gr. libro 4. tit. 18. Alterum Platonis iunioris, de Baccho ſculpto in amethyſto: Πλάτωνος νεωτέρου, εἰς Διόνυσον γεγλυμμένον ἐν ἀμεθύςῳ· Ἁ λίθος ἔς' ἀμέθυςος· ἐγὼ δ' ὁ πότας Διόνυσος. Ἢ πιθέτω νήφειν, ἢ μαθέτω μεθύειν. *Haec gemma eſt amethyſtus: amans ego vina Lyaeus: Pota ſit, aut vt ſim ſobrius, efficiat.* Aſclepiadae alterum: Εἰμὶ μέθη, τὸ γλύμμα σοφῆς χερὸς, ἐν δ' ἀμεθύςῳ Γέγλυμμαι, τέχνης δ' ἡ λίθος ἀλλοτρίη. Ἀλλὰ Κλεοπάτρης ἱερὸν κτέαρ. ἐν γὰρ ἀνάσσης Χειρὶ θεὸν νήφειν καὶ μεθύουσαν ἔδει. *Ebrietas ego ſum: qui fert lapis eſt amethyſtus: Ingenio gemmae diſſidet artis opus. Sed quia me Cleopatra tenet, Dea concita vino, Eſt in reginae ſobria facta manu.* Generis eſt ea vox apud Plinium feminini: maſculini, Ouidio. H.

Armenia minore, et in Aegypto, et in [1] Galatia *t*, reperiuntur: sordidissimae autem vilissimaeque, in [2] Thaso *v*, et Cypro. Causam nominis *x* afferunt, quod vsque [3] ad vini colorem non accedunt: prius quam enim deguitent, in violam desinit fulgor. Aliqua siquidem in illis [4] purpura, non ex toto in igneum, sed in vini colorem deficiens. Perlucent *y*. autem omnes violaceo colore, scalpturis faciles: Indicae absolutum [5] felicis purpurae colorem habent: ad hancque *z*. tingentium officinae dirigunt vota. [6] Fundunt autem eum aspectu leniter blandum; neque in oculos, vt carbunculi, vibrant. Alte-

1. *Sic etiam M. Gallia Gr. et Al.* 2. *Tharso. M.* 3. *Sic etiam Fux. ad vini colorem accedens, prius quam eum degustet, in violam desinat: fulgorque quidam in illa purpurae, non ex toto igneus, sed in vini colorem deficiens Gr. et Al.* 4. *Sic etiam M. illius purpura. V.* 5. *Phoenicis.* M. 6. *Sic etiam* M. *Fundit . . . vibrat Gr. et Al.*

*t. In Galatia*) Sic Mss. omnes Editi hactenus, *in Gallia.* H.

*v. In Thaso*) Reg. 2. Colb. 3. et alii, *in Tarso.* H.

*x. Causam nominis*) Haec totidem fere verbis Isidorus, lib. 16 Orig. cap. 9 Vide Notas et Emend. num XIX. (hic pos.) *Causam nominis afferunt, etc.*) Locum hunc integra fide ex Mss. Reg. 2. Colb 3 Fux. et aliis repraesentamus. Prius legebatur: *Quod usque ad vini colorem accedens, priusquam cum degustet, in violam desinat: fulgorque quidam in illa purpurae, non ex toto igneus,* etc. Nostris exemplaribus fauet Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 9. *Causam nominis eius afferunt, quia sit quiddam in purpura illius, non ex toto igneum, sed vini colorem habens.* H.

*y. Perlucent, etc.*) Isidorus, loco citato. H.

*z. Ad hancque*) Vt in lana quae tingitur purpurae succo, amethysti color eluceat. Vide lib. 9. sect. 62. H.

Alterum earum *a*. genus descendit *b*. ad hyacinthos. Hunc colorem *c*. Indi sacon vocant, [1] talemque gemmam [2] sacondion. Dilutior [3] eadem *d*. et sapenos vocatur. [4] Eadem et Pharanitis *e*. in contermino Arabiae, gentis nomine. Quartum genus [5] colorem vini habet. Quintum ad viciniam crystalli descendit, albicante purpurae *f*. [6] defectu *g*. Hoc



1. *Sic ex Mss. H. talem gemmam sacodion Gr. et Al.* 2. *Sa odion, dilutiorem. Eadem et Capenos (Capnos) vocatur. Eadem et Pharnitis in ora a termino gentis Arabiae. Quartum. Fux.* 3. *Sic etiam* M. *ex eodem sapinos vocatur Gr. et Al.* 4. *eadem Paranites Gr. et Al.* 5. *colores vini. Quintum.* M. *colore vini. Fux.* 6. *Sic etiam* M. *Fux. deiectu Gr. et Al.*

*a. Alterum earum*) Isidorus, loco cit. Epiphan. p. 229. de gemmis: Ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστιν ὑακίνθῳ καθαρῷ παραπλήσιος. H.

*b. Descendit*) Accedit. H.

*c. Hunc colorem Indi sacon vocant*) Legend. *Hunc colorem Indi Saçon vocant, talemque gemmam Sacondion dilutiorem, eadem et Pharanitis in ora contermina gentis Arabiae.* Pharanitis ἀπὸ τῶν Φαρανιτῶν, ab vrbe Pharan, inter Aegyptum et Arabiam sita. *Salmas.* pag. 566. a.

*d. Dilutior eadem*) Hoc tertium amethysti genus, dilutioris paulo coloris. Ex quo intelliges perperam hunc locum a Salmasio in Solin. pag. 566. sic emendari: *Talemque gemmam Sacondion dilutiorem. Eadem et Sapenos vocatur, etc.* Nam haec ad genus amethysti pertinere necesse est, si ita legatur. Vbi igitur tertii generis mentio, cum quartum quintumque proxime sequatur? H.

*e. Eadem et Pharanitis*) Sic Reg. 2. Colb. 3. aliique, non *paranites*, vt editi. Pharan vrbs est Arabiae iuxta Saracenos, de qua Eusebius et Hieronymus consulendi, in locis Hebraicis. H.

*f Purpurae*) Purpurae colore in albicantem deficiente. H.

*g. Purpurae defectu*) Sic Mss. supra laudati: non *deiectu*, vt in libris vulgatis. Sententia est, vbi purpura deficit, in extremis videlicet oris albicare gemmam. Epipha-

Hoc [1] et minime probatur, quando praecellens debet esse in suspectu *h.*, velut ex carbunculo refulgens quidam in purpura leuiter roseus nitor. Tales aliqui malunt paederotas *i.* vocari, alii anterotas, multi Veneris gemmam, quod maxime videtur decere *k.* [2] et species et colos. Eas gemmas *l.* Magorum *m.* vanitas resistere ebrietati [3] promittit, et

*1. et in Fux. d.* *2. et specie et colore extremo gemmae. Magorum Gr. et Al* *3. Sic etiam Fux. eas promittit Gr. et Al.*

Epiphanius, de 12. gemmis, pag. 229. Λίθος ἀμέθυσος. Οὗτος κατὰ τὴν αὐτῦ περιφέρειαν φλογίζων ἐςὶ βαθέως· ἡ δὲ αὐτὴ ἐςὶ λευκοτέρα, ἐκ τῦ μέσυ οἰνωπὸν ἀποπέμπυσα εἶδος. *Circumferentiam habet profundo ceu colore flammae ardentem. Est autem cuius circumferentia albicet, e medio sui fundens vini colorem.* Etsi hunc locum aliter vertit doctus Interpres. H.

*h. In suspectu*) Cum sublimis aspicitur: veluti si tunc ex carbunculo refulgeret nitor cum purpura roseus. Hard.

*In suspectu*) Occurrit vox etiam superius, lib. 21. sect. 2. H.

*i. Paederotas*) Quod a pueris amentur, vel quod qui gestant pueris amabiles sunt: anterotas quod mutuum amorem concilient. *Dal.*

*Paederotas*) Παιδέρωτας, et ἀντέρωτας, quod aeque venusti sint atque puelluli, immo atque ipse Amor. Hinc apud Vopiscum *Oxypaederotinus color*, qualis nimirum in paederote gemma, et intensus quidem, id enim ὀξὺς sonat, siue, vt Plinius ipse ait plane modo, praecellens in suspectu, et veluti ex carbunculo praefulgens color roseus, purpura leuiter mixtus. H.

*k. Quod maxime videtur decere*) Lege: *Quod maxime videtur decere et species et colos. eas gemmas Magorum vanitas resistere ebrietati promittit.* Salmas. p. 565. b.

*l. Et species, et colos. Eas gemmas*) Sic Mss. proxime appellati. Prius inepte: *Et specie et colore extremo gemmae. Magorum . . . . ebrietati eas*, etc. H.

*m. Magorum*) Marbodeus, lib. de lapid. pret. cap. 4. Alber-

inde appellatas *n.* Praeterea ſi Lunae nomen [1]aut Solis inſeratur in iis, atque ita ſuſpendantur [2]collo e capillis cynocephali, vel plumis hirundinis, reſiſtere veneficiis. [3]Iam quoque adeſſe reges adituris. [4]Grandinem auertere, et locuſtas, precatione addita, quam demonſtrant. Nam ſmaragdis quoque ſimilia promiſere, ſi aquilae ſcalperentur, aut ſcarabaei: quae quidem ſcripſiſſe eos non ſine contemptu et [5]irriſu generis humani arbitror.

XLI. Multum ab ea diſtat hyacinthos *o.*, tamen e vicino [6] deſcendens. Differentia haec, quod ille emicans in amethyſto fulgor violaceus, dilutus eſt in hyacintho. Primo quoque aſpectu gratus, euaneſcit antequam ſatiet, adeoque non implet

1. *Sic ex* M*ss. H. conſ.* M. *Fux. ac Solis ſcribatur Gr. et Al.* 2. *Sic ex* M*ss. H. conſ.* M. *Fux. e collo capillis Gr. et Al.* 3. *Sic ex* M*ss. H. conſ. M. Fux. Iam vero quoquo modo adeſſe Gr. et Al.* 4. *Sic ex* M*ss. H. conſ. Fux. et* M. *Grandinem quo auertere, ac ſimilia, et locuſtas... Nam e ſmaragdis Al. Grandinem quoque etc. Gr.* 5. *riſu.* M. 6. *deſcendens differentia. Nam in iſto fulgor violaceus diluitur, in Hyacintho, et primo quo aſp. euaneſcit. Fux.* M.

Albertus Magnus, lib. 2. de miner. pag. 228. de amethyſto: *Operatur autem contra ebrietatem, vt dicit Aaron, et facit vigilem*, etc. H.

*n. Inde appellatas*) Alia paulo ante nominis interpretatio reddita, quod ad vini colorem accedentes, eo prorſus inebriatae, atque temulentae non ſint, ſed leuiter tantum deguſtarint. *Dal.*

*o. Hyacinthos*) Ὑάκινθος, colore ſubpurpureo, ὑποπορφυρίζων, inquit Epiphanius, pag. 228. Hyacinthum ex rubinorum eſſe genere quidam volunt, vt animaduertit Garcias ab Horto, in hiſt. Arom. pag. 222. Hard.

implet oculos, vt paene non attingat, marcescens celerius nominis sui [1] flore *p.*

XLII. Hyacinthos Aethiopia mittit, et chrysolithos *q.*, aureo [2] fulgore translucentes. Praeferuntur iis Indicae *r.*, et [3] si variae non sint *s.*, [4] Tibaranae *t.* Deterrimae autem Arabicae, quoniam turbidae sunt et variae, et [5] fulgentes interpellatae *v.* nubilo macularum, etiam quae limpidae contigere, veluti scobe sua refertae. Optimae vero sunt, quae in collatione *x.* aurum albicare quadam argenti facie

1. *flore Hacintho. Aethiop. Fux.* M. *H. conf.* M. *Fux. colore Gr. et Al.* 2. *Sic ex* M*ss.* 3. *si verae sint. V.* 4. *Bactrianae Gr. et Al.* 5. *Sic etiam* M. *fulgoris interpellati Gr.*

*p. Nominis sui flore*) Hyacintho, *qui maxime durat*, vt dictum est lib. 21. sect. 38. H.

*q. Chrysolithos*) Χρυσόλιθος, ab aureo colore: χρυσίζων μέν ἐστιν, inquit Epiphanius, pag. 229. Gemmarii hodierni Topazium vocant. Marbodeus, cap. XI. *Aethiopes legimus nobis hanc mittere gemmam*, etc. H.

*r. Indicae*) Chrysolithi scilicet. H.

*s. Praeferuntur iis Indicae, et si variae non sint*) Lege: *Praeferuntur iis Indicae, et si variae non sint, Tibaranae.* Populi ad Pontum *Tibarani* vel *Tibareni*. hae sunt quas *Ponticas* paulo post vocat. *Salmas.* p. 408. a.

*t. Tibaranae*) In Mss. Reg. et Colb. *Zibaranae.* Nos *Tibaranae* scripsimus, et quod Ponticas paulo post gemmas eiusdem fere generis Plinius commendat: et quod Tibareni seu Tibarani populi, ad Pontum siti sunt, vt diximus lib. 6. sect. 4. Libri editi, *Bactrianae*, male. H.

*v. Et fulgentes interpellatae*) Sic Mss. omnes. Editi: *et fulgoris interpellati.* H.

*x. In collatione*) Quando cum auro confertur et componitur. H.

cie cogunt. Funda *y*. includuntur perſpicuae. Ceteris *z*. ſubiicitur aurichalcum *a*.

XLIII. [1] Iam etiam expertes gemmarum vſu *b*., appellantur aliqui et chryſelectri *c*., in colorem electri declinantes, [2] matutino tantum aſpectu iucundi. Ponticas *d*. deprehendit leuitas. Quaedam in iis durae

1. *iam etiam expertis gemmarum vſum. V. tametſi iam expertes gemmarum vſu Gr. et Al.* 2. *Sic ex* Mſſ. *H. conſ.* M. *mat. tamen perſpectu iucundi. F. quibus matutinus aſpectus iucundior. V. matutino aſpectu iucundiore Gr. et Al.*

*y*. *Funda, etc.*) Vide quae de hac voce ac forma loquendi diximus, ſect. 37. Hard.

*z*. *Ceteris*) Ceteris chryſolithis, *quae non ſunt optimae notae*, ſubiicitur aurichalci bractea, *quae transluceres cogat.* H.

*a*. *Caeteris ſubiicitur orichalcum*) Leg. *Caeteris ſubiicitur aurichalcum, quondam etiam et per ſe gemmarum in vſu. Appellantur aliqui et chryſelectri.* dicit optimas Chryſolithos includi pala perſpicuas, hoc eſt, patentes; caeteris aurichalcum ſubiici, folii ſcilicet vt vulgo vocamus vicem. *Salmaſ.* 407. b.

*b*. *Iam etiam expertes gemmarum vſu*) Quoniam nec funda includuntur, nec ſunt ad ſignandum vtiles, vt gemmae reliquae. Haec in Mſs. ſic leguntur, *tam etiam ex parte de gemmarum vſu.* In editis, *tametſi iam expertes gemmarum vſu. Expertum fama et fortunis*, Salluſtius: *expertem metu, expertem domo*, Plautus dixit. Coniiciebat Salmaſius, in Solin. pag. 407. *quondam etiam et per ſe gemmarum in vſu. Appellantur*, etc. vt eſſet ſententia, aurichalcum olim et per ſe in vſu gemmarum diu apud veteres in admiratione fuiſſe: Quis vero vſus ille fuerit, nec ipſe expedit, neque me fateor intelligere. H.

*c*. *Chryſelectri*) Iſidorus, lib. 16. Orig. cap. 14. *Chryſelectrus ſimilis auro, ſed in colorem electri vergens, matutino tantum aſpectu iucundus, rapaciſſimus ignium, et ſi iuxta fuerit, celerrime ardeſcens.* H.

*d*. *Ponticas*) Chryſolithos. Hard.

durae sunt rufaeque, quaedam molles et sordidae. Bocchus auctor est, et in Hispania repertas *e.*, quo in loco crystallum dicit ad [1] libramentum aquae *f.* puteis [2] depressis *g.* erutam, chrysolithon XII. pondo a se visam.

XLIV. [3] Fiunt et leucochrysi *h.*, interueniente candida vena. Sunt in hoc genere capniae *i.* Sunt et vitreis similes, veluti croco *k.* refulgentes. [4] Vitrei vero *l.* vt visu discerni non possint, tactus deprehendit, tepidior in vitreis.

XLV. In eodem genere sunt melichrysi *m.*, qui [5] veluti per aurum sincero melle translucent. Has India

1. *libramenta.* M. 2. *Sic ex Mss. H. puteis defossis inde erutam. Et chrysolithon Gr. et Al. depressis, etiam F.* M. *sed, inde, in* M. *deest.* 3 *Sunt.* M. 4. *Sic ex* Mss. *H. Vitreae a veris visu disc. non possunt V. Vitreae vero . . . tactus autem deprehendit Gr. et Al.* 5. *Sic ex Mss. H. conf. F. M. veluti per aurum . . . quas India . . . ad iniuriam fragiles Gr. et Al.*

*e. Bocchus etc.*) Leg. *Bocchus auctor est, et in Hispania repertas, quo in loco crystallum dicit ad libramentum aquae puteis depressis erutam, Chrysolithon* XII. *pondo a se visam.* Salmas. p. 407. b.

*f. Ad libramentum aquae*) Hanc ipsam sententiam explicuimus sect. 9. Porro Mss. omnes *depressis*, vt edidimus, atque vt ipse Plinius loco nunc citato, non *defossis*, vt hactenus vulgati, exhibent. H.

*g. Depressis*) Defossis ad ducendam ex libramento aquam puteis. H.

*h. Fiunt et leucochrysi*) Isidorus, loc. cit. Λευκόχρυσοι. H.

*i. Capniae*) Καπνίαι, velvti fumo infecti. H.

*k. Veluti croco*) Mallem, *Et veluti croco.* H.

*l. Vitreae vero*) Fortassis ὑαλοειδεῖς Theophr. lib. de lapidibus. *Dal.*

*m. In eodem genere sunt melychrysi*) Leg. *In eodem genere sunt melichrysi, qui veluti per aurum sincero melle translucent. has India fert, quamquam in duritia fragiles. in eadem et Xanthi, plebeia*

India *n.* mittit, quanquam in duritia fragiles *o.*
[1] In eadem et xanthi *p.*, plebeia ibi gemma.

XLVI. Candidarum dux eſt paederos *q.*: quanquam poteſt quaeri, an in colore *r.* numerari debeat, toties [2] iactati *s.* per alienas pulcritudines nomi-

*1. Sic ex Mss. H. Eadem et xyſtion parit, plebeiam ibi gemmam Gr. et Al.* *2. iactatum per al. pul. nomen. V.*

*beia ibi gemma.* Salmaſ. p. 804. a.

*In eodem genere)* Iſidorus, loco cit. Μελίχρυσοι. H.

*n. Has India)* Subintellige, gemmas. H.

*o. In duritia fragiles)* Sic Mss. omnes, Reg. 2. Colb. 3. Fux. vet. Dalec. et ceteri. Editi corrupte, *ad iniuriam fragiles.* H.

*p. In eadem et Xanthi)* Reg. 2. Colb. 3. hoc loco *Xinthi.* At in Indice *Xanthi.* Libri hactenus vulgati, *Eadem et xyſtion parit*, interpolantium ſcilicet manu. Eadem gemma haec eſt, de qua inferius, ſect. 60. *Eſt et alia quae vocatur Menui ab Indis, Xanthos appellata Graecis, e fuluo candidans.* H.

*q. Candidarum dux eſt paederos, etc.)* Loquitur hic de Opalo, quem paederota plerique vocabant, non de illo priuato genere. Sequentia ſic legenda: *quamquam quaeri poſſit, in quo colore numerari debeat.* Et paulo poſt lege: *adeo vt decoris praerogatiua vocabulo facta ſit.* Sequitur de altero paederote, qui ſui generis eſt, et ab Opalo diuerſi: quae ſic legenda: *Eſt et ſuum genus ſpectatione tanta dignum.* praeter opalum, quem *paederota* multi cognominant, eſt et ſuum genus, huius nominis ſpectatione et merito dignum: *ſpectatio*, ἀξίωσις, δοκίμασις. ſequentia ſic lege: *coëunt in vno translucida cryſtallus, viridis ſuo modo aër ſimulque purpura.* Salmaſ. pag. 556. b.

*r. An in colore)* An inter gemmas peculiaris cuiuſdam coloris cenſeri paederos debeat, cum id nomen toties vſurpetur in aliis generibus, in quibus eae, quae habent decoris praerogatiuam, id ſibi pariter nomen adſciſcunt. At eſt praeterea ſui generis gemma nunc explicanda, tanto digna nomine. Hard.

*s. Toties iactati)* Nam et opalum

nominis: adeo decoris praerogatiua in vocabulo facta est. [1] Est et *t.* suum genus exspectatione *v.* tanta dignum. Coëunt [2] intus translucida crystallus, viridis suo modo aër *x.*, simulque purpura, et [3] quidam [4] vini ac croci nitor *y.*, semper extremus in

1. *Est tamen iis suum genus spectatione. V. F.* 2. *Sic ex Mss. H conj. M. in translucida crystallo V. in translucidam crystallum Gr. et Al* 3. *quiddam M. quidam vitri. F.* 4 *aureisque. V. aurei M. vini aureus nitor Gr. et Al.*

opalum c. 6 huius libri, et hoc ipso paulo ante, amethystum praederota vocari scribit. *Dal.*

*Toties iactati*) Nam et opalum sect. 22. et amethystum sect. 40. paederotas appellari prodidit. H.

*t. Est et*) Est et peculiare paederotis genus, tam nobili appellatione dignum. Hard.

*v. Exspectatione*) Mss. Reg. et Colb. *spectatione.* Hard.

*x. Coëunt in translucidam crystallum viridis suo modo aër*) Legend. *Coëunt in vno translucida crystallus, et viridis suo modo acr simulque purpura, et quidam vini et croci nitor, semper extremus in visu, sed purpura coronatus, et his pariter omnibus radiat.* Vide Salmas. pag. 567. a. Statim subsequitur, quod ita legi debet: *Nec gemmarum vlla est liquidior, captis, iucunda suauitate oculis.* liquidae gemmae oculis maximae gratae. Et quae liquidae dicantur, vide *Salmas.* pag. 567. b.

*y. Vini ac croci nitor*) Vide Notas et Emendat. num. XX. (hic pos.) *Et quidam vini etc.*) Prius legebatur: *Et quidam vini aureus nitor.... sed purpura coronatus, madere singulis videtur his, et pariter omnibus.* Ex interpolantium scilicet officina. In Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. *vini aurei nitor*: cetera, vti edidimus. At vini aurei nitorem, vinumue aureum, qui viderit, requiro. Nos interim *vini ac croci* rescripsimus, indubitata emendatione, cuius auctor Solinus, cap. 33. pag. 64. dum ex hoc Plinii loco epitomen facit: *In paederote*, inquit, *congruit quidquid eximium est, quadam decoris praerogatiua: crystallinum lucet, rubet purpura, in orarum extimis corona crocea, velut e liquido reni-*

in visu z.: sed purpura coronatus, [1] et [2] his pariter omnibus. Nec gemmarum vlla est liquidior *a.*, [3] captis iucunda *b.* vanitate oculis. Laudatissima est in Indis, apud quos [4] sagenon *c.* vocatur. Proxima apud Aegyptios, vbi [5] Tenites. Tertia in Arabia, verum scabra. Mollius radiat Pontica et Asiatica. [6] Ipsae vero molliores sunt Galatica *d.*, et Thracia, et Cypria. Vitia earum languor, aut alienis turbari coloribus, et quae ceterarum *e.*

XLVII. Proxima candicantium est Asteria *f.*, principatum habens proprietate naturae, quod inclusam

1. *radiare. V. addit.* 2. *et his pariter omn. M. expuncto sing. vid. vt H. Sed purpura coronatus, madere singulis videtur his, et pariter omnibus Gr. et. Al.* 3. *Sic ex* Mss. *H. conf. M. F. fortassis varietate. capiti iucunda, suauis et oculis Gr. et Al.* 4. *Sic etiam M. F. argenon Gr. et Al.* 5. *Sic etiam M. F. senites Gr. et Al.* 6. *Ipsa. V.*

*renidente: hac suauitate oculos afficit, visum illicit, detinet intuentes.* H.

z. *Extremus in visu*) Solini paraphrasis, cap. 33. p. 64. *In orarum extimis corona crocea velut e liquido renidente.* H.

*a. Liquidior*) Liquidae gemmae dicuntur, quae sunt diluti admodum coloris, non per quas facile pertransit aspectus, vt visum est Salmasio in Solinum, pag. 567. Hard.

*b. Captis iucunda*) Sic Mss. omnes, Reg. Colb. Fux. etc. non vt libri editi hactenus, *capiti iucunda, suavis et oculis.* Solinus certe loc. cit. de capite nihil. *Hac suauitate*, inquit, *oculos afficit, visum allicit, detinet intuentes.* Legi potest et *suavitate.* H.

c. *Sagenon*) Ita Mss. omnes, tum hoc loco, tum in Indice; et mox *Tenites*, non *argenon* et *senites*, vt editi. Forte *Tenites*, pro *Tanites*, a praefectura eius nominis in Aegypto. H.

*d. Galatica*) Hoc est, mollior Indica, Aegyptia, Arabica, quam Galatica, etc. H.

*e. Et quae ceterarum*) Vitia gemmarum superius enumerata, sect. 18. H.

*f. Asteria*) Variis in locis Italiae reperitur. Gemma-

clusam lucem pupillae modo [1] quamdam continet, ac transfundit cum inclinatione *ff.*, velut intus ambulantem ex alio atque alio [2] loco reddens, eademque contraria Soli regerens [3] candicantes radios, vnde nomen *g.* inuenit, difficilis ad caelandum. Indicae praefertur in Carmania nata.

XLVIII. Similiter candida est, quae vocatur [4] astrios *h.*, crystallo [5] propinqua, in India nascens, et in Pallenes litoribus: intus a centro ceu stella lucet fulgore Lunae plenae. Quidam causam nominis reddunt, quod astris opposita fulgorem rapiat, ac regerat. Optimam in Carmania gigni, [6] nullique obnoxiam vitio. Ceranniam *i.* [7] enim vocari,

1. *quondam. M. F.* 2. *loco, in V. d.* 3. *cadentes. V.* 4. *Asterios. V. et Dionys. de situ orb.* 5. *Sic ex* Mss. *H. conf. V. propinquans Gr. et Al.* 6. *Sic ex Mss. H. conf. M. nullamque minus obn. vitio Gr. et Al.* 7. *etiam. V.*

rii nostri vocant *Girasole.* Isidorus haec totidem verbis de asteria, quae Plinius: sed asteriten vocat, lib. 16. Orig. cap. 10. H.

*ff. Cum inclinatione*) Quando leuiter inclinatur. H.

*g. Vnde nomen*) Ἀςερία, ab ἀςὴρ, quae vox stellam, scintillantesque radios sonat. Hard.

*h. Similiter candida est, quae vocatur astrios*) Lege: *Similiter candida est quae vocatur Astrion, crystallo propinqua, in India nascens, etc.* Dicta ἄςριον quasi paruum ἄςρον, vel paruus ἀςὴρ. *Salmas.*

*Quae vocatur astrios*) Isidorus ad verbum haec transscribit, lib. 16. Orig. cap. 13. *Astrion ex India est, crystallo propinqua: in cuius centro stella lucet fulgore Lunae plenae. Sumpsit autem nomen, quod astris opposita fulgorem rapit ac regerit.* Forte ἄςριον dicta, quasi paruum astrum, seu μικρὸς ἀςήρ. Hard.

*i. Ceranniam*) Quasi ictam fulmine. Κεραυνὸς fulmen est. H.

vocari, quae ſit deterior. Peſſimam lucernarum lumini ſimilem.

XLIX. Celebrant et [1] aſtroïten *k.*, miraſque laudes eius in Magicis artibus Zoroaſtrem [2] ceciniſſe, qui circa eas diligentes ſunt, produnt.

L. Aſtrobolon *l.* Sudines dicit oculis piſcium ſimilem eſſe, et radiare candido, [3] in Sole.

LI. Eſt inter candidas *m.* et quae ceraunia vocatur, fulgorem ſiderum rapiens. Ipſa cryſtallina, ſplendoris caerulei, in Carmania *n.* naſcens. Al-



bam-

1. *Aſterionem. Fux. M.* 2. *Sic ex Mss. H. ceciniſſe, qui diligentes ſunt, produnt M. ceciniſſe. Quidam diligentius de ea produnt. Gr. et Al.* 3. *Sic ex Mss. H. conſ. M. candido in Sole F. radiare candido, vt Solem Gr. et Al.*

*k. Celebrant et aſtroiten, miraſque laudes*) Legend. *Celebrant et aſtrioten. miraſque laudes eius a magicis artibus Zoroaſtren ceciniſſe, qui circa eas diligentes ſunt produnt. Aſtolon* an *Aſtrulon Sudines dicit oculis piſcium ſimilem eſſe, et radiare candido in Sole.* vtrum a forma oculis piſcium ſimilem eſſe dicit, an a candore? Hoc potius. Vide *Salmaſ.* pag. 759. a.

*Et aſtroiten*) Aſtroites Cardano gemma minime perſpicua, cinerea, ſtellatis maculis diſtincta, quae in aceto, aut vino ſponte mouetur, animalium inceſſu progrediens, nunc antrorſum, nunc retrorſum, nunc in latus. *Dal.*

*Celebrant et aſtroïten*) Sic libri huius Index. In quibuſdam Mss. *aſtrionem.* In Reg. 1. *aſtryoten.* Vt ſit ἀστροΐτης, vel ἀστροειδής. Hard.

*l. Aſtrobolon*) Mss. quidam *aſtolon* mendoſe. H.

*m. Eſt inter candidas*) Haec Iſidorus ad verbum, lib. 16. Orig. cap. 13. H.

*n. In Carmania*) Vide Notas et Emend. num XXI. (hic poſ.) *In Carmania naſcens*) Sic libri omnes editi. At Mss. vt ſect. 33. ſic et iſta, *in Germania naſcens.* Sic Plinii ſimius et transſcriptor Solinus, cap. 20. pag.

bam esse Zenothemis fatetur, sed habere intus stellam concursantem. Fieri et ceraunias, quas nitro et aceto per aliquot dies maceratas concipere [1] stellam eam, quae post totidem menses relanguescat. Sotacus et [2] alia duo genera fecit ceraunias, [3] nigrae rubentisque, ac similes [4] eas esse securibus: iis, quae nigrae sunt et rotundae, vrbes expugnari et classes, easque betulos vocari: quae vero longae sunt, ceraunias. Faciunt et aliam raram admodum, et Parthorum Magis quaesitam, quoniam [5] non alibi *o.* inueniatur, quam in loco fulmine icto.

LII. Pro-

1. *stellam, eamque post totid. men. relanguescere. M. F.*
2. *alia eius duo. M.*
3. *Sic ex Mss. H. conf. M. F. nigras rubentesque . . . per illas, quae Gr. et Al.*
4. *iis quae nigrae sunt et tot vrbes per illas exp. M. securibus iis quae nigrantur situ, rotundas vrbes per vias exp. et classes, easque Bet. vo. Quae verum lon. sunt Ceroas. F.*
5. *non alibi inuen. quam loco fulm. M.*

pag. 41. vbi postquam de succino Germaniae disputavit, subiicit statim: *Cerauniorum porro genera diuersa sunt: Germanicum candidum est: splendet tamen caerulo: et si sub diuo habeas, fulgorem rapit siderum.* Marbodeus similiter, cap. 22. de ceraunia: *Crystallo similem Germania mittere fertur, Caeruleo tantum infertum, rutiloque colore.* Certior his omnibus auctor Albertus M. lib. de mineral. pag. 232. *Iris,* inquit, *lapis est crystallo similis, et est vt frequentius hexagonus. Dicit autem Euax, quod ex Arabia venit, et in mari Rubro nascitur. Nos autem inuenimus maximam copiam horum lapidum in montibus Germaniae, quae sunt inter Rhenum fluuium, et Treuerensem ciuitatem: et diuersae quantitatis omnes sunt hexagoni.* Hard.

*o. Quoniam non alibi*) Isidorus, loc. cit. Marbodeus, lib. de lapid. pret. cap. 22. *Ventorum rabie cum turbidus aestuat aër, Cum tonat horrendum, cum fulminat igneus aether,*

LII. Proximum ceruniae *p.* nomen apud eos habet, quae appellatur iris. Effoditur in quadam insula Rubri maris, quae distat a Berenice vrbe sexaginta millia pass. cetera sui parte crystallus. Itaque quidam radicem crystalli esse dixerunt. Vocatur ex argumento *q.* iris. Nam sub tecto percussa Sole, species et colores arcus caelestis in [1] proximos parietes eiaculatur, subinde mutans, magnaque varietate admirationem sui augens. Sexangulam esse, vt crystallum, constat. Sed esse aliquas scabris lateribus, et angulis inaequalibus dicunt, in Sole aperto proiectas, radios in se cadentes discutere: aliquas vero ante se proiecto nitore adiacentia illustrare. Colores vero non nisi ex opaco reddunt, nec vt ipsae habeant, sed vt [2] repercussu parietum elidant: optimaque, quae maximos arcus facit, simillimosque caelestibus. Est

 et

1. *proximo pariter eiac. M.* 2. *percussu parietem elidant. M.*

*aether, Nubibus illisis caelo cadit iste lapillus, Cuius apud Graecos exstat de fulmine nomen: Illis quippe locis, quos constat fulmine tactos, Iste lapis tantum reperiri posse putatur.* De lapidibus ceraunniis, qui de caelo decidere creduntur, vide plura apud scriptores Miscellaneorum Curiosorum, siue Ephemeridum Germanicarum, anno VIII. pag. 256. vbi describuntur ii, quos delapsos aïunt mense Maïo, anno MDCLXVII. Ceranniam vnam in Museo nostro Parisiensi seruamus. H.

*p. Proximum ceruniae*) Quoniam vt a fulmine ceraunia, sic ab arcu caelesti iris nomen habet: vtraque ex similitudine rei alicuius in aëre genitae. H.

*q. Vocatur ex argumento*) Hoc est, ex re ipsa. Haec totidem verbis Solinus, cap. 33. pag. 63 et 64. Isidorus, lib. 16. cap. 13. et Marbodeus, cap. 40. H.

et alia iris, [1] cetero similis, at praedura: quam Horus crematam tusamque ad ichneumonum morsus remedio esse, nasci autem in Perside tradit.

LIII. Similis est aspectu, sed non eiusdem effectus, quae vocatur zeros *r.*, alba nigraque macula in transuersum [2] distinguente crystallum.

LIV. Expositis per genera colorum principalium gemmis, reliquas litterarum ordine explicabimus.

(X.) Achates *s.* in magna fuit auctoritate, nunc in [3] nulla *t.* Reperta primum *v.* in Sicilia *x.* iuxta flumen

1. *Sic ex Mss. H. caetera similis et praedura. Hanc coriis crem. tus. ad ignes et canum mor. rem. esse dicunt: nasci aut. in Perside. Similis ei asp. sed non eiusd. effectus, voc. erros (fortasse, Eros) M. F. Est et alia iris, cerae similis, praedura Gr. et Al.* 2. *distringente. M.* 3. *Sic ex Mss. H. cons. V. est, addit Gr.*

*r. Quae vocatur zeros*) In Mss. hoc loco, *erros.* In Indice, *lepor.* H.

*s Achates in magna fuit auctoritate*) Legend. *Achates in magna fuit auct. etc. excedens amplitudine, varietatibus numerosa, multa et cognomina eius: vocatur enim iaspachates, cerachates, sardachates.* Salmas. p. 130. b. *Achates in magna, etc*) De achate multa Orpheus lib. περὶ λίθων, laudes eius quater repetens, quasi gemmae maximae dignitatis. Gemmarum variarum naturam prodiderunt Orpheus, Theophr. Solinus, Avicennas, Albertus, Vincentius, Bartholom. Anglicus, Marbodaeus, Isidorus, Galenus. *Dal.*

*Achates*, etc.) Haec totidem verbis Solinus, cap. 5. pag. 21. Isidorus, lib. 16. cap. XI. et Marbod. lib. de lapid. pret. cap. 2. Nostris, *Agate.* H.

*t. Nunc in nulla*) Fecit vilitatem copia. H.

*v. Reperta primum*) Nempe gemma, ea quae achates dicitur. Alias enim masculini generis ὁ ἀχάτης. Hard.

*x. In Sicilia*) Theophr. lib. περὶ λίθων. Καλὸς δὲ λίθος

flumen eiusdem nominis, postea plurimis locis, excedens amplitudine, [1] varietatibus numerosa. Multa et cognomina eius. Vocatur enim [2] iaspachates *y.*, cerachates *z.*, sardachates *a.*, haemachates *b.*, leucachates *c.*, dendrachates *d.*, velut

 arbu-

1. *Sic ex Mss. H. conf. M. Fux. numerosa varietatibus diuersis mutantibus cognomina eius Gr. et Al.* 2. *passachates Gr. et Al.*

λίθος καὶ ὁ Ἀχάτης ὁ ἀπὸ τοῦ Ἀχάτου ποταμοῦ τοῦ ἐν Σικελίᾳ. *H.*

*y. Vocatur enim iaspachates*) Ab affinitate cum iaspide, vt supra iasponyx, sect. 37. Aëtius, lib. 2. de re med. cap. 37. pag. 54. *Iaspachates, inter iaspidem, qui smaragdo assimilatur: et achaten, medius.* Ἰασπαχάτης, ἐκ τῆς σμαραγδιζούσης ἐστὶν ἰάσπιδος, καὶ τοῦ ἀχάτου. Vide Notas et Emendation. num. XXII. (hic pos.) *Vocatur enim iaspachates*) Prius legebatur in Plinianis libris vulgatis, *paschates*, insulse. In Mss. Reg. 2. Colb. 3. aliisque, *psapsachates.* Nos certissima coniectura, *iaspachates* rescripsimus, non Aëtii modo, quem in prioribus Notis laudauimus, auctoritate nixi, sed et poëtae, Orphei, iaspachaten describentis, et sardachaten, tit. Ἀχάτης, vers. 3. Πολλὰ μὲν οὖν ῥέα γ' ἐστὶν Ἀχάτου ἰδέσθαι· Ἐν γὰρ οἱ δήεις ὀρόων ὑάλωπιν ἴασπιν, Σάρδια δ' αἱματόεντα μάραγδον. H.

*z. Cerachates*) De hoc genere Solinus, cap. 5. pag. 21. *Qui sunt facie cerea, abvndantes triuialiter, negliguntur.* Marbodeus cap. 2. de achate: *Cerea cui facies, quia creber, vilis habetur.* Hard.

*a. Sardachates*) Ob aliquam cum sarda similitudinem. Meminit huius Orpheus, tit. Ἀχάτης. H.

*b. Haemachates*) Solinus, loc. cit. *Haemachates sanguineis maculis rubescit.* Αἱμαχάτης. Meminit et Marbodeus, loc. cit. H.

*c. Leucachates*) Λευκαχάτης. A colore albicante nomen. H.

*d. Dendrachates, velut arbuscula insignis*) Legend. *Dendrachates, velut arbuscula insignis: Stactachates cum vritur, myrrham redolens. Stactachates* sic dictus, quod stactae odorem, id est, myrrhae haberet vstus. *Salmas.* p. 133. b. *Dendrachates*)

arbuſcula [1] inſignis: [2] autachates *e.*, cum vritur, myrrham redolens; coralloachates *f.* guttis aureis ſapphiri modo [3] ſparſa, qualis copioſiſſima [4] in Creta, ſacra appellata. Putant eam contra araneorum et ſcorpionum ictus prodeſſe. Quod in Siculis vtique crediderim, quoniam [5] primum eius prouinciae afflatu ſcorpionum *g.* peſtis extinguitur. Et in India inuentae contra eadem pollent, et aliis magnis

1. *in ſignis.* M. 2. *Sic ex* Mss. *H. anchacates F. antachates Gr. et Al.* 3. *Sic ex* Mss. *H. conſ.* M. *perſparſa F. diſtincta Gr. et Al.* 4. *in Creta, appellata ſacrata. F.* 5. *quam primum. V.*

*tes*) Nemoroſae, ſiluoſae. Camillus Piſaurenſis achaten ſe teſtatur vidiſſe, in cuius planitie ſeptem arbores delineatae conſpiciebantur. *Dal*

*Dendrachates*) Δενδραχάτης Non vna modo arbuſcula, ſed viridarii integri, ſeu nemoris ſpecie inſignem eſſe Orpheus cecinit: Εἰ καὶ δενδροφύτοιο φέροις τρύφος ἐν χεριπέτρης Μᾶλλον καὶ τέρποιτο θεῶν νόος αἰὲν ἐόντων Δένδρεα γὰρ μάλα πολλὰ κατοψεαι ὡς ἐνὶ κήπῳ Ἀνθεμόεντι, κλάδοισιν ἐπασσυτέροις κομόωντα Τοὔνεκά οἱ καὶ φῶτες Ἀχάτῃ δενδρήεντι Θῆκαν ἐπωνυμίην, etc. H.

*e. Autachates*) Sic Mss. omnes. Editi, *antachates.* Salmaſius, in Solin. p. 133. coniiciebat *ſtactachates*: cui vellem codex aliquis probae notae faueret. Stacten ſcio myrrham appellari. De hoc genere tacito illius nomine, Marbodeus, loc. cit. *Eſt et qui myrrhae ſuccenſus ſpirat odorem.* H.

*f. Coralloachates*) Marbodeus, loc. cit. *Hunc quoque corallo ſimilem gerit inſula Creta: Cuius planities croceis eſt illita venis. Iſte nepae virus fugat, et quod vipera fundit.* Solinus, cap. 5. pag. 21. *Dat Creta, quem curaliachaten vocant, curalio ſimilem; ſed illitum guttis auro micantibus, et ſcorpionum ictibus reſiſtentem.* H.

*g. Scorpionum*) Qui a ſcorpione icti ſunt, ea peſte leuantur, vbi attigere auram Siculi caeli. H.

magnis miraculis. Reddunt enim *h.* ſpecies flumi- num, nemorum, et iumentorum, [1] etiam eſſeda, et ſtaticula *i.*, et equorum ornamenta. Medici coticulas *k.* inde faciunt. Spectaſſe *l.* etiam prodeſt oculis. Sitim quoque *m.* ſedant in os [2] additae. Phrygiae viridia non habent. Thebis Aegyptiis repertae carent rubentibus venis et albis. Et hae quoque contra ſcorpiones validae. Eadem auctoritas et Cypriis eſt. Sunt qui maxime *n.* probent vitream perſpicuitatem in his. Reperiuntur [3] et in Thracia, et circa Oetam, et in Parnaſſo, et in Lesbo, ac [4] Meſſene, ſimiles [5] limitum *o.* floribus, [6] et in Rhodo. Aliae apud Magos differentiae. Leoninae [7] pelli ſimiles, potentiam habere contra ſcorpiones dicuntur. In Perſis vero ſuffitu earum

H 5 tempe-

1. *iam et ederas.* M. *etiam ederae.* V. 2. *inditae.* F. 3. *hae et in Tarracina.* M. F. 4. *Syene.* M. F. 5. *palmitum.* V. 6. *Sic etiam* M. *et Rhodo Gr.* 7. *pellis.* M.

*h. Reddunt enim*) Marbodeus et Solinus, locis cit. Hard.

*i. Et ſtaticula*) Quid ſint ſtaticula, diximus lib. 34. ſect. 48. H.

*k. Medici coticulas*) Mortaria parua, vt quidem interpretati ſumus, lib. 36. ſect. 38. quod frequenter ex cote fiunt. H.

*l. Spectaſſe*) Solinus et Marbod. locis cit. Iam Albertus M. lib. 2. de miner. pag. 228. H.

*m. Sitim quoque*) Auctores proxime appellati. H.

*n. Sunt qui maxime probent vitream perſpicuitatem in his*) Legend. *Sunt qui maxime probent vitream perſpicuitatem. Reperiuntur et hae in Thracia.* Salmaſ. p. 134.

*Sunt qui maxime*) Solinus loc. cit. *Qui maxime probantur, vitream habent perſpicuitatem, vt Cyprius.* H.

*o. Limitum*) Floribus qui in limitibus agrorum naſcuntur. H.

tempeſtates auerti, et praeterea [1] fulmina *p*. Argumentum eſſe, ſi in feruentes [2] cortinas additae refrigerent: ſed vt proſint, leoninis [3] iubis *q*. alligandas: nam hyaenae pelli ſimilem abominantur, diſcordialem domibus. Eam vero, quae vnius coloris ſit *r*., inuictam *s*. athletis eſſe. Argumentum eius, quod in olla plena olei [4] cocta cum pigmentis, et intra duas horas ſubferuefacta, vnum colorem ex omnibus [5] faciat minii *t*. Acopos *v*. [6] nitro ſimilis eſt, pumicoſa, aureis guttis ſtellata. Cum hac oleum ſubferuefactum perunctis laſſitudinem (ſi credimus) ſoluit. Alabaſtrites *x*. naſcitur in

1. *Sic ex* Mss. *H. conſ.* M. *F. flumina ſiſti Gr. et Al.* 2. *lebetes.* M. *F.* 3. *Pellibus adalligandas.* M. *F.* 4. *incoctis pigm. V.* 5. *Sic ex Mss. H. conſ. M. facit minii. Acopis Gr. et Al.* 6. *vitro.* M. *F.*

*p. Et praeterea fulmina*) Iſidorus, lib. 16. cap. XI. de achate. *Magi*, inquit, *ſuffitu earum, ſi creditur, tempeſtates auertunt, flumina ſiſtunt.* Ex Plinianis codicibus, *fulmina* legi multo malim. H.

*q. Leoninis*) Pilo e iubis leonum. H.

*Leoninis iubis*) Sic infra, num. 10. Aſpilaten ait cameli pilo ſplenicis alligari oportere. H.

*r. Quae vnius coloris ſit*) Sic Mss. omnes, editique libri, rectiſſime: non *minii coloris*, vt viſum eſt nonnemini. H.

*s. Inuictam*) Inuictos reddere athletas. Vires conferre corporibus dixit Albertus M. lib. 2. de mineral. pag. 228. Scilicet quod omnia pigmenta quibuſcum incoquebatur, intra duas horas colorem ſuum miniaceum ſorbere adigebat, eo argumento athletae inuictam eam eſſe pronunciabant. H.

*t. Minii*) Miniacei coloris achaten laudat et Orpheus, tit. Ἀχάτης. Ἐν δ᾽ ὄγε μιλτοπάρηος, etc. H.

*v. Acopos*) Ἄκοπος, quod laborem, τὴν κόπον, et laſſitudinem leuare creditur. Hard.

*x. Alabaſtrites*) Apollonius apud Galenum lib. 5. κατὰ τόπους alabaſtritem vſtum

in [1] Alabaſtro Aegypti, et in Syriae Damaſco, candore [2] interſtincto variis coloribus *y*. Haec cremata *z*. cum foſſili ſale ac trita, grauitates oris et dentium extenuare dicitur. Alectorias vocant *a*. in ventriculis gallinaceorum inuentas, cryſtallina ſpecie, magnitudine fabae: quibus Milonem *b*. Crotonienſem vſum in certaminibus, inuictum fuiſſe

1. *Alabaſtride*. M. 2. *Intertincto*. M.

vſtum cum ſale et pumice toſtis, valde probat ad dentes denigratos. *Dal.*

*Alabaſtrites*) Ἀλαβαςρίτης. Gemma haec diuerſa a marmore eiuſdem nominis, de quo lib. 36. ſect. 12. Hard.

*y*. *Candore interſtincto variis coloribus*) *Interſtincto*, id eſt, diſtincto, διαςίκτῳ, de alabaſtrite. *Gelen.*

*z*. *Haec cremata*) Apollonius apud Galenum, lib. 5. κατὰ τόπȣς, pag. 584. alabaſtriten vſtum cum ſale et pumice toſtis valde commendat ad emendandam dentium nigritiem. H.

*a*. *Alectorias vocant in ventriculis*) *Alectoria* quum dicitur, ſubintelligitur gemma: quum *Alectorius*, lapis. *Salmaſ.*

*Alectorias vocant*, etc.) *Alectoriae* in Indice vt gemmas ſubintelligas. Haec iiſdem verbis Solinus, cap. 1. pag. 8. et Iſidorus, lib. 16. Orig. cap. 13. Ab ἀλέκτωρ, quae vox gallum ſonat, nomen huic gemmae datum. Marbodeus, lib. de lap. pret. cap. 3. *Ventriculo galli qui teſtibus eſt viduatus, Cum tribus ad minimum factus ſpado vixerit annis, Naſcitur ille lapis, cuius non vltima laus eſt, Et per bis binos capit incrementa ſequentes: Hinc alectorio nomen poſuere priores: Menſuramque fabae creſcens excedere neſcit: Cryſtallo ſimilis, vel aquae, cum limpida paret. Inuictum reddit lapis hic quemcumque gerentem. Nam Milo Crotonias pugiles hoc praeſide vicit*, etc. *Vt bona tot praeſtet, clauſus portetur in ore.* H.

*b*. *Quibus Milonem*) De eo in Anthologia, lib. 3. cap. 2. Μίλωνος τὸ δ' ἄγαλμα καλȣ͂ καλὸν, ὅς ποτε Πίσῃ Ἑπτάκι νικήσας, ἐς γόνατ' ȣ͗κ ἔπεσεν. *Pulcra haec Milonis ſtatua eſt, cui praemia ſeptem Piſa dedit lapſo nec ſemel in genua.* H.

fuisse videri volunt *c.* Androdamas *d.* argenti nitorem habet, vt adamas, quadrata, semperque tessellis similis. Magi putant *e.* nomen impositum ab eo, quod impetus hominum, et iracundias domet. Eadem sit, an alia, argyrodamas *f.*, auctores non explicant. Antipathes *g.* nigra non translucet. Experimentum eius si coquatur in lacte: facit enim hoc myrrhae simile immissa. [1] Eam contra effascinationes auxiliari Magi volunt. Arabica *h.* ebori simillima est: et hoc videretur, nisi abnueret

*1. Sic ex Mss. H. conf.* M. *eamque contra Gr. et Al.*

*c. Inuictum fuisse videri volunt*) Vicit eum Tritormas bubulcus. Rhodig. *Dal.*

*d. Androdamas argenti nitorem habet*) Vim et duritiem adamantis habere androdamantem innuit. *Salmas.* p. 564. b.

*Androdamas*) Ἀνδροδάμας, παρὰ τὸ τοὺς ἄνδρας δαμάζειν. Solinus haec pariter totidem verbis, cap. 33. pag. 64. et Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 14. Marbodeus, cap. 5. addit in mari Rubro hunc lapidem inueniri. H.

*e. Magi putant*) Sic Auctores proxime appellati. Hard.

*f. Argyrodamas*) Vel argyradamas, quasi argenteus adamas: quod, vt androdamas, argenti nitorem habet. H.

*g. Antipathes*) Ctesias apud Stobaeum, ὄρος ἐστὶ τῆς Μυσίας εὔθρας καλούμενον, γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος ἀντιπαθὴς προσονομαζόμενος, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς ἀλφοὺς, καὶ λέπρας δι' οἴνου τριβόμενος, καὶ τοῖς πάσχουσιν ἐπιτιθέμενος. Dal.

*Antipathes*) Ἀντιπαθής. Gemmae ei nomen ex eo quod veneficiis resistere existimatur. Ctesias apud Stobaeum, sermone de morbis, λίθον ἀντιπαθῆ, e Mysiae monte effossum, tritum impositumque aït lepram sanare ac vitiligines. Dioscoridi lib. 5. cap. 140. ἀντιπαθὲς corallium est coloris nigri. H.

*h. Arabica ebori simillima est*) Marmoris genus. Hanc ab Orpheo lib. περὶ λίθων *Barbarum lapidem* vocari putant. *Dal.* *Arabica ebori, etc.*) Idem Plin. inter lapides eum alibi recenset lib. 36. c. 21. *Arabicus lapis,*

abnueret duritia. Putant contra dolores neruorum prodeſſe habentibus. [1] Aromatites *i.* et ipſa in Arabia [2] traditur gigni, ſed et in Aegypto circa Pyras, vbique lapidoſa, et myrrhae coloris, et odoris, ob hoc reginis frequentata. Asbeſtos *k.* in Arcadiae montibus naſcitur, coloris ferrei. Aſpilaten *l.* Democritus in Arabia gigni [3] tradit, ignei coloris. Eam oportere cameli [4] pilo [5] ſplenicis alligari: inuenirique [6] in nido Arabicarum alitum *m.* Et aliam eodem nomine ibi in Leucopetra naſci

1. *Aromatitis.* M. 2. *inuenitur.* M. 3. *tradidit.* 4. *fimo ſpl. adalligari.* M. 5. *Sic ex Mſs.* H. *ſpleneticis Gr. et Al.* 6. *ibi enim in nido.* M. *fortaſſis Ibium.*

*pis*, *ebori ſimilis*, etc. nec dicendum diuerſos eſſe lapides *Arabicum* et *Arabicam*: nam *Arabica* ſcil. gemma, et *Arabicus*, lapis ſcil. Salmaſ. p. 565. a.

*Arabica*) Iſidorus haec quoque, lib. 16. Orig. cap. 14. Forte idem qui *Arabus lapis* ſuperius appellatus eſt, *ebori ſimilis*, lib. 36. ſect. 41. Hard.

*i. Aromatites*) Succini ſpecies. *Dal.*

*Aromatites*) Ἀρωματίτης, cui ab odoramentis nomen. Caeſalpinus exiſtimat Ambram eſſe, *l'Ambre gris.* H.

*k. Asbeſtos*) In optimo libro *Aſpictos* ſcribitur. Salmaſ. pag. 140. *Asbeſtos*) Quod de hoc vulgo creditum eſt in filamenta diductum, linteamina olim ſubminiſtraſſe aſſeruandis cadauerum exuſtorum cineribus et reliquiis: id inquam falſum ait Caſaub. ad Sueton pag. 185. *Dal.*

*Asbeſtos*) Ἄσβεςος, *cui nomen eſt*, inquit Solinus, cap. 7. pag. 22. *quod accenſus ſemel extingui nequit.* Iſidorus, lib. 16. cap. 4. Albertus, tract. 2. pag. 227. Marbodeus, cap. 7. Linum asbeſtinum, de quo lib. 19. ſect. 4. fieri ex eo lapide in fila tenuia deducto, quod vulgo creditum eſt, falſum eſt. H.

*l. Aſpilaten*) In Indice *Aſpiſatis.* Incognita. H.

*m. Arabicarum alitum*) Quas melancoryphos vocant, vt dictum eſt ſect. 33. Hard.

nasci argentei coloris, [1] radiantem, contra [2] lymphatum *n.* habendam. Atizoën *o.* in India et in Perside ac Ida monte nasci tradit, argenteo nitore fulgentem, magnitudine trium digitorum, ad lenticulae figuram, odoris iucundi, necessariam Magis [3] regem constituentibus *p.* Augites *q.* [4] multis alia videtur esse quam quae callaïs. Amphitane *r.* alio nomine appellatur chrysocolla, in Indiae parte, vbi formicae eruunt aurum, in qua invenitur auro similis quadrata figura: affirmaturque natura eius, quae magnetis: nisi quod [5] trahere quoque aurum traditur. Aphrodisiace *s.* ex candido rufa est. [6] Apsyctos *t.* septenis diebus calorem

1. *radiantem in V. d.* 2. *lymphaticum morbum hab. V. V. lymphationes. Alii V.* 3. *regum constitutionibus.* M. *F.* 4. *Sic ex Mss H. conf. V. non multis alia Gr. et Al.* 5. *augere. M. agere.* 6. *Sic etiam M. V. Absycbos. Asyctos Gr. et Al.*

*n. Contra lymphatum*) Rectius forte, *contra lymphationes.* Sed nihil simile Mss. codices habent: in quibus clare, *radiantem cum Luna habitum habentium*, vt apparet, corrupte. H.

*o. Atizoën*) Index, *Atizone.* H.

*p. Regem constituentibus*) Mss. omnes, *regum constitutionibus.* H.

*q. Augites*) Αὐγίτης, cui a splendore, αὐγή, siue perspicuitate, nomen. De callaïde, sect. 33. H.

*r. Amphitane*) Mss. *Ampitanes.* Sed Index e probatissimis exemplaribus, *Aphidane*, nomine, vt videtur, barbarico. Habet haec eadem, quae Plinius, de chrysocolla, Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 14. H.

*s. Aphrodisiace*) Achatis species. *Dal.*

*Aphrodisiace*) Quasi Veneris gemma, quod nomen vidimus cum aliis pariter communicatum, sect. 44. Achatae speciem esse Dalecampius coniicit. H.

*t. Absyctos*) Sic etiam in Indice. Libri hactenus editi, *Asyctos.* Albertus M. lib 2. de miner. pag. 227. et Marbodeus, cap. 6. qui haec totidem verbis referunt,

rem tenet excalfacta igni, nigra ac ponderosa, distinguentibus eam venis rubentibus. Putant prodesse contra [1] frigora. Aegyptillam *v.* Iacchus intelligit, per aluum *x.* sarda, nigraque *y.* venis transeuntibus: vulgus autem *z.* in nigra radice caeruleam facit.

LV. Balanitae *a.* duo genera habent, subuirides, et Corinthii aeris similitudine. Illa Copto, [2] haec ex Troglodytica [3] veniens, [4] medias secante flammea vena. [5] Coptos et Batrachitas *b.* mittit: vnam

1. *fulgura. Agistilla magis intelligitur, per aluum sar. nigr. venis transeuntibus.* M. F. *per album sarda nigraque vena transeunte* Gr. et Al. 2. *Hae ex Troglodite.* F. 3. *regione veniunt.* V. 4. *media.* M. 5. *Batrachitas mittit et Coptos.* M. F.

runt, *Absinthos* mendose, pro *Apsyctos* habent Isidorus, lib. 16. cap. XI. item vitiose, *absectos.* Ἄψυκτος Graece intelligitur, qui refrigerari nequit, qui non inalgescit. H.

*v. Aegyptillam*) Onychis genus. *Dal.*

*Aegyptillam*) Sic ab Aegypto Isidorus quoque appellat. Vgutio quoque in Glossario Mss. *Aegyptilla, gemma, ab Aegypto, vbi inuenitur.* Tamen in Indice *Aegypulla.* Reg. 2. Colb. 3. et Fux. alii, *Agistilla.* H.

*x. Per aluum*) Per medium discurrentibus venis rubris nigrisque. H.

*y. Sarda nigraque*) Sardae gemmae colorem rubrum esse superius vidimus, sect. 31. Locum hunc codicum ope sanauimus, Reg. 2. Colb. 3. Fux. etc. Prius legebatur, *per album sarda nigraque vena transeunte.* H.

*z. Vulgus autem*) Et Isidorus, lib. 16. Orig. cap. XI. *Aegyptilla*, inquit, *nigra est radice, caerulea facie: ex Aegypto vbi inuenitur, vocata.* H.

*a. Balanitae*) Haec Isidorus ad verbum, lib. 16. Orig. cap. 14. A glandium forma, τῶν βαλάνων, et magnitudine, accepisse nomen videntur. Lapidem Iudaïcum nunc appellant, ouali figura ad similitudinem oliuae. H.

*b. Batrachitas*) Βατραχίτης

vnam ranae ſimilem colore: alteram [1] ebeni *c.*: tertiam [2] rubentis *d.* e nigro. Baptes *e.*, mollis alioqui, odore [3] excellens. Beli oculus *f.* albicans pupillam [4] cingit nigram, e medio aureo fulgore lucentem. Haec propter ſpeciem ſacratiſſimo Aſſyriorum Deo *g.* dicatur. Aliam autem quam Belum vocant, in Arbelis naſci, Democritus tradit, nucis iuglandis magnitudine *h.*, vitrea ſpecie. Baroptenus, ſiue [5] barippe *i.*, nigra, ſanguineis et albis

1. *Sic etiam M. Fux. ebori Gr.* 2. *rubentem. V.* 3. *Sic ex Mss. H. odore excellit . . . pingit . . . ſuam ſpeciem Gr. et Al. excellens, etiam* M. *aureo, in F. deeſt.* 4. *cingit nigram e medio ſulg. F.* 5. *Sic ex* M*ss. H. conſ.* M. *F. baroptis nigra Gr. et Al.*

της nomen habet a rana, *βάτραχος*, cuius colorem refert. Ex Aegypto afferri ait pariter auctor libri de ſimp. med. ad Patern. tom. 13. operum Galeni, pag. 995. Cum hoc nomine tantum, non natura conuenit lapis qui in bufonis capite reperitur, vulgo *Crapaudine*, Graecis ſimiliter, *βατράχιος λίθος*. H.

*c. Alteram ebeni*) Sic Mss. omnes. In editis, *ebori*, male. H.

*d. Tertiam rubentis*) Subintellige, coloris. H.

*e. Baptes*) Succinum anchuſa tinctum. *Dal.*

*Baptes*) Sic libri omnes. Βάπτης Graece fucatus, ſiue tinctus intelligitur. Ambrae herbarum colore infectae genus illud videtur. H.

*f. Beli oculus*) Iiſdem verbis haec Iſidorus, lib. 16. Orig. cap. 10. *Beli oculus albicans pupillam cingit*, etc. Sic etiam Mss. omnes, non vt editi, *pingit*. Cingere autem dictum ibi pro delineare in orbem. Oculum catti ſeu felis nunc vocant, *Oeil de chat*. H.

*g. Aſſyriorum Deo*) Iſidorus, *Aſſyriorum regi Belo*, qui primus Aſſyriam tenuit, Nini pater. At Iouem ipſum Aſſyrii Belum vocant. Diod. Sic. lib. 2. Bibl. Διὸς ὃν καλοῦσιν οἱ Βαβυλώνιοι Βῆλον. H.

*h. Nucis iuglandis magnitudine*) Tecolithi ſpecies. *Dal.*

*i. Baroptenus, ſiue barippe*) In Indice, *Barice*. H.

albis [1] nodis: [2] aliis facra *k.* dicitur, velut portentofa. Botryites *l.* alia nigra eft, alia [3] pinea *m.*, incipienti vuae fimilis. Zoroaftres [4] crinibus mulierum fimiliorum Boftrychiten *n.* vocat. Bucardia *o.* bubulo cordi fimilis, Babylone tantum nafcitur. [5] Bronte e capitibus *p.* teftudinum [6] tonitribus cadit: putantque ea reftingui fulmine [7] ictum, fi credimus. [8] Boloe [9] nimbo *q.* inueniuntur, glebae fimilitudine.

LVI.

*1. notis. V. 2. Sic etiam M. F. fortaffis, alias. alligata dicitur Gr. et Al. 3. Sic etiam M. fortaffis, punicea. pampinea Gr. et Al 4. a crinibus mulierum Boftrychen vocat. F. 5. Brone (Bronte) e capitibus teftudinum tonitribus cadit, putantque ea reftingui fulmine ictum, fi. F. Brontia capitibus teftudinum fimilis, et cum tonitruis cadens, vt putant, fulmine icta reftinguit Gr. et Al. 6. fimilis tonitruis cadit. Putant ea fulm. icta reftingui, fic red. M. 7. tacta. V. 8. Bolemias glebae fimil. F. 9. nimbis inuebuntur. V.*

*k. Aliis facra*) Sic Mss. omnes. Prius *alligata* legebatur. Sed et pro *nodis*, fitne *notis* legi aliquanto fatius, viderint alii. Legit certe Ifidorus, lib. 16. Orig. cap. XI. *Bariptos*, inquit, *nigra eft, cum fanguineis et albis notis.* H.

*l. Botryites*) Βοτρυΐτης, ab vuae fiue racemi, τοῦ βότρυος, fimilitudine. H.

*m. Alia pinea*) Sic Reg. Colb. 3. ceterique omnes. Editi, *pampinea.* H.

*n. Boftrychiten vocat*) Amianti genus. *Dal.*

*Boftrychiten*) Βοστρυχίτην, a cincinno mulierum, ἀπὸ τοῦ βοστρύχου. Geftari hunc lapidem ad aciem oculorum tuendam fuadet Marcellus Empir. cap. 8. pag. 61. H.

*o. Bucardia*) Callaidis, fiue Turcicae genus, quale ego vidi. *Dal.*

*Bucardia*) Βουκαρδία. Turchefiae genus quoddam effe arbitrantur, figurae cordis. Hard.

*p. Bronte e capitibus*) Hunc locum ex Mss. codicum fide reftituimus. Totidem ferme verbis exfcripfit Ifidorus, lib. 16. Orig. cap. 14. H.

*q. Boloe*) Βῶλοι, vulgo *Crapaudines.* Dal.

*Boloe nimbo*) Subintellige cadere,

LVI. [1] Cadmitis *r.* eadem eſſet, quam Oſtracitin vocant: niſi quod hanc caeruleae interdum [2] cingunt bullae. Callaïs ſapphirum imitatur, candidior, [3] et litoroſo mari *s.* ſimilis. Capnitis *t.* quibuſdam videtur ſuum genus habere, [4] plurimis ſpiris fumida, vt ſuo loco diximus. [5] Cappadocia *v.* in Phrygia naſcitur, ebori ſimilis. [6] Callaïnas vocant e turbido callaïno *x.* Ferunt plures ſimul inue-

*1. Calamitis. V. Cheramis Strabo. Ceramites. Alii V. 2. pingunt. V. notant. F. 3. litori maris. V. 4. pluribus. M. 5. In Cappadocia et in Phrygia Gr. et Al. 6. Callaeates in turbido callaino, feruntque plures Callaitas ſimul inueniri. V. Calamitam vocant e turbido calamo ( leg. a calami tubulo : ) ferunt plures ſimul inueniri coniunctos. F. M. Callainas ferunt plures coniunctos ſemper inueniri Gr. et Al.*

cadere, ex antecedentibus. Βῶλοι Graece glebas ſonat. Hard.

*r.* Mss. *Calamitis*) Oſtraciti oſtrea nomen ob ſimilitudinem dedere. Dicemus de ea inferius, ſect. 65. num. 4. H.

*s. Litoroſo mari*) Aquae qua litora alluuntur. Callaïdis *e viridi pallens* ſuperius dicta eſt, ſect. 33. H.

*t. Capnites*) Marmoris genus, Arabicus lapis, chryſolithus fumida. *Dal.*

*Capnitis* ) Eadem paulo antea, ſect. 37. Capnias appellata, in iaſpidum generibus, *Eſt et veluti fumo infecta, quae Capnias vocatur.* Hard.

*v. Cappadocia*) Vide Notas et Emendat. num. XXIII. (hic adi.) *Cappadocia in Phrygia naſcitur, ebeni ſimilis*) Sic totidem ſyllabis Mss. omnes. Qui Plinio edendo hactenus nauarunt operam, cum gemmae nomen eſſe Cappadociam non intelligerent, id quod ex indice diſcere eos oportebat, ita ſcripſere: *In Cappadocia et in Phrygia naſcitur, ebori ſimilis.* Nomen habet haec gemma a Cappadocum officinis, in quibus ea poliri, vnde Romam aduehi ſolita olim eſt. H.

*x. Callaïnas vocant e turbido callaïno*) Hoc eſt, callaïni coloris, qualis in gemma callaïde, ſed turbidi. Has

inueniri coniunctas. Catochitis *y*. Corficae lapis eft *z*., ceteris maior: mirabilis, fi vera traduntur, impofitam manum veluti gummi retinens. [1] Catopyritis *a*. e Cappadocia prouenit. [2] Cepitis *b*., fiue cepolatitis, candida eft, venarum [3] nodis coëuntibus, candore imaginem regerens. Ceramites *c*., teftae colorem habet. Cinaediae *d*. inueniuntur in cerebro pifcis eiufdem nominis, candidae et oblongae, euentuque mirandae, fi modo eft fides, praefagire eas habitum maris, nubilo

I 2 colore

1. *Sic ex* Mss. *H. Catopyrites in Cappadocia Gr. et Al.*
2. *Sic ex* Mss. *H. Cepocatoprites. V. Ceporames. M. cepites, fiue cepocapites Gr. et Al.* 3. *notis.*

Has voces porro, *vocant e turbido callaino*, adiecimus e Mss. exemplaribus, cum a typis eae abeffent. In Indice, *Collina*. Ὄςρακον καλλάινον tritum, dentibus denigratis, gingiuifque ftabiliendis, affricat Galenus, lib. 5. κατὰ τόπȣς, pag. 548. H.

*y. Catochitis*) Κατοχίτης λίθος, a retinendo, παρὰ τὸ κατέχειν, nomen accepit. Succini fpecies, feu bituminis videtur. Solinus, cap. 3. pag. 17. Κατοχίτην *vocant lapidem fatu dignissimum. Maior eft ceteris, qui ad ornatum deftinantur: nec tam gemma, qaam cautes*, etc. Hard.

*z. Corficae lapis eft*) Bituminis, aut fuccini fpecies. *Dal.*

*a. Catopyritis*) Subintellige, gemma. H.

*b. Cepites*) A cepa, vel ab horto dicta, achatis genus. *Dal.*

*Cepitis*, etc.) Sic in indice huius libri. Mss. hoc loco, *Cepitis*, fiue *cepolames*. Ab horto, ἀπὸ τȣ̃ κήπȣ, appellationem trahere ea videtur, ob odorum varietatem. H.

*c. Ceramites*) Κέραμος teftam fonat H.

*d. Cinaediae inueniuntur*) De iis vide cap. 6. lib. 29. *Dal.*

*Cinaediae*) Iifdem verbis Ifidorus, lib. 16. Orig. cap. 10. Cinaedi pifces fuperius appellati, lib. 32. fect. 53. De lapillis eiufmodi, vide quae diximus lib. 29. fect. 38. H.

colore aut tranquillitate. [1] Ceritis *e.* cerae similis est: Circos *f.* accipitri: [2] Corsoïdes *g.* canitiei hominis: Coralloachates *h.* corallo aureis guttis [3] distinctae. Corallis [4] minio similis gignitur in India et Syene. Craterites *i.* inter chrysolithum et electrum colorem habet, praedurae naturae. Crocallis cerasum repraesentat. [5] Cytis *k.* [6] circa Copton

*1. Cerites . . . Circos pyris Gr. et Al. spiris, Turneb.* 2. *Sic ex* Mss. *H. Corsoites . . . Corallis minio: gignitur Gr. et Al.* 3. *distincta. V.* 4. *Sic etiam M.* 5. *Cissites Gr. et Al.* 6. *in Copto M.*

*e. Ceritis*) Ἀπὸ τȣ̃ κηρȣ̃, a cera. H.

*f. Circos*) Tecolithi genus. Turneb. cap. 36. lib. 28. Aduers. legit, *Circos spiris*, id est, circulis. *Dal.*

*Circos accipitri*) Vide Notas et Emend. num. XXIV. (hic adi.) *Circos, accipitri*) Subintellige, similis est, ex antecedente sententia. Libri omnes hactenus editi: *Circos pyris.* Turnebus, lib. 28. Aduers. cap. 36. pag. 1021. coniiciebat *spiris*, hoc est, circulis, quod circum appellari gemmam intelligeret. At vocibus Graecis fere gemmae omnes redduntur a Plinio, non Latinis. Mss. Reg. 2. Colb. 3. et alii, *Circos acapiri.* Vnde indubitatam lectionem eruimus, *Circos accipitri.* Nam κίρκον ex accipitrum genere esse, qui cum vulpibus inimicitias gerat naturae repugnantia, quis ignorat, qui Graecas litteras vel labris vltimis degustarit? H.

*g. Corsoites*) Amianti species. κόρσαι, maxillae, tempora, barba. inde κορσεὺς, tonsor, κορσετήριον, tonstrina. Rhodig. cap. 2. lib. 4. *Dal.*

*Crosoïdes*) Κορσοειδὴς, a κόρση, quae vox capillum Graece sonat, ἀπὸ τȣ̃ κείρεσθαι. H.

*h. Coralloachates*) De ea iam supra, sect. 54. H.

*i. Craterites*) A praedura natura ei nomen, διὰ τὸ κρατερὸν, seu καρτερὸν εἶναι. Hard.

*k. Cissites*) Cyssites, ἀπὸ τȣ̃ κύειν, a conceptu, quasi grauida: quanquam et κισσᾶν Graeci etiam κύειν dixerunt. Turn. ibid. *Dal.*

*Cytis*) Sic libri huius Index, non, vt hoc loco typi, *cissites.* Ἀπὸ τȣ̃ κύειν, a conce-

pton nascitur candida, et videtur intus habere [1] petram, quae *l.* sentiatur etiam strepitu. Chalcophonos *m.* nigra est, sed illisa aeris tinnitum reddit, tragoedis, vt suadent, gestanda. Chelidoniae *n.* duorum sunt generum: hirundinum *o.* colore: [2] et altera parte purpureae nigris interpellantibus maculis. Chelonia *p.* oculus est Indicae testudinis, vel



*1. Sic etiam M. F. partum, qui Gr. et Al.* *2. ex alia.*

conceptu, quasi grauida, sortita est hanc appellationem. Hard.

*l. Petram, quae*) Sic Mss. omnes. Libri editi, *partum qui.* H.

*m. Chalcophonos nigra est*) Vide Solinum cap. 50. Chalcophoni prope AniciumVellauniorum plurimae sunt vbiuis in structuris murorum, et parietibus temere congestis, nigrae, leues, fistulosae, tophaceae, cum ferro percutiuntur tinnientes. Parietes delubri diuae virginis alternis ordinibus huius lapidis et candidi illic extructi sunt. *Dal.*

*Chalcophonos*) Ad verbum haec Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 14. Χαλκόφωνος, ab aeris sonitu. Solinus, cap. 37. pag. 67. *Chalcophthongos resonat vt pulsa aera: pudice habitus, seruat vocis claritatem.* Habet eadem Marbodeus, cap. 16. adiicitque esse nigri coloris. H.

*n. Chelidoniae*) Χελιδονίαι. Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 9. *Chelidonia ex hirundinum vocata colore: et duorum est generum: quarum vna ex altera parte purpurea; et altera purpurea nigris interuenientibus maculis.* Christoph. Encelius, lib. 3. de re metall. et gemmis, cap. 44. visos a se lapides ait in ventriculis pullorum hirundinum, primo partu exclusorum, magnitudine seminis lini: quorum alter niger, rufus alter esset. Addit idem ad epilepsiam conferre. H.

*o. Hirundinum*) Priores hirundinum colore: posteriores altera parte purpureae, cum nigris maculis. Hard.

*p. Chelonia*) Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 14. Marbodeus, cap. 19. *Indica testudo mittit lapidem Cheloniten, Gratum purpureo, varioque colore nitentem. Quem si*

vel portentosissima Magorum mendaciis. Melle *q.* enim [1] collutam, et linguae impositam futurorum scientiam praestare promittunt: quintadecima Luna, [2] et silente *r.*, tota die: decrescente vero, ante Solis ortum: ceteris diebus, a prima in sextam horam *s.* Sunt et chelonitides *t.* [3] testudinum similes, ex quibus ad tempestates sedandas [4] multa vaticinantur. Ea vero, quae sit aureis guttis, [5] cum scarabaeo decocta, et deiecta in aquam feruentem tempestates moueri. [6] Chloritis *v.* herbacei coloris est, [7] quam dicunt Magi inueniri in motacillae auis *x.* ventre, congenitam ei: ferroque includi iubent,

1. *Sic ex* Mss. *H. conf.* M. *collitam et linguae impositam futurorum scientiam. F. colluto ore impositam linguae futurorum diuinationem praestare Gr. et Al.* 2. *fulgorem ei decrescere tota die, a Solis ortu, caeteris. M. F.* 3. *oculis testud. V.* 4. *multi vtuntur. V. multa pollicentur. V.* 5. *Sic ex Mss. H conf. M. F. cum scarabaeo deiecta . . . tempestates auerti Gr. et Al.* 6. *Sic ex Mss. H. Chlorites . . . Choaspites Gr. et Al.* 7. *dicunt Magi eam inuen. M.*

*si sub lingua loto quis gesserit ore, Posse Magi credunt hunc diuinare futura. Orto mane die sextam dumtaxat ad horam, Tempore quo Lunae succrescens cernitur orbis. Sed Luna prima lapidis praedicta potestas Totius fertur spatio durare diei. Quintae post decimam concordant tempora primae. At decrementi lunaris tempore toto Ante diem lapidi tantum manet illa potestas.* H.

*q. Melle enim*) Mallem ego, *mane enim.* Nam Marbodeus, *Orto mane die*: de melle, nihil. H.

*r. Et silente*) Et interlunii die tota. H.

*s. In sextam horam*) Quae nobis duodecima est, siue meridies. H.

*t. Sunt et chelonitides*) Testudinibus, ταῖς χελώναις, colore similes. H.

*v. Chloritis*) A colore viridi, quem Graeci χλωρὸν dicunt. H.

*x. Motacillae auis*) Quae a crebra agitatione clunium et caudae σεισοπυγὶς Graece

iubent, ad quaedam prodigiosa moris sui. Choaspitis *y.* a flumine dicta est viridis, fulgoris aurei. Chrysolampis *z.* in Aethiopia nascitur, [1] pallida die, et in nocte ignea. [2] Chrysopis *a.* aurum videtur esse. [3] Ceponides *b.* in Aeolidis Atarne, nunc pago, quondam oppido, nascuntur, multis coloribus translucentes, alias vitreae, alias crystallinae, alias iaspideae. Sed et sordidis tantus est nitor, vt imagines reddant, ceu specula.

I 4 LVII.

*1. Sic ex Mss. H. pallida die, noctu ignea. M. pallidi coloris die, noctu ignei Gr. et Al. 2. Sic ex Mss. H. Chrysophis . . . Cepionides Gr. et Al.*

Graece et σείσαρα dicitur: Gallis, *Battemare*, *Lauandiere*, *Bergeronette*, Bellon. lib. 7. cap. 10. H.

*y. Choaspites*) Chrysoberilli genus. *Dal.*

*Choaspitis*) A Choaspe fluuio, de quo lib. 6. sect. 31. Haec Isidorus iisdem verbis, lib. 16. Orig. cap. 7. H.

*z. Chrysolampis in Aethiopia nascitur*) Legend. *Chrysolampis in Aethiopia nascitur, pallida die et in nocte ignea.* Salmas 407. a. *Chrysolampis in Aethiopia*) Chrysolithi genus. *Chrysopasion* vocant Isidorus, et Marbodeus: *Chrysopagion* Albertus: *Chrysopsin* quidam. Alius est Chrysopasus descriptus supra c. 8. *Dal.*

*Chrysolampis*) Sic libri omnes. Χρυσόλαμπις. Chrysopastum Solinus vocat cap. 30. pag. 57. Chrysoprasium Marbodeus, cap. 13. Isidorus item, lib. 16. Orig. cap. 16. *Chrysoprasius Aethiopicus est, quem lapidem lux celat, prodit obscuritas.* Idem cap. 14. Chrysolampin appellat, atque iisdem verbis describit. H.

*a. Chrysophis*) Hyacinthi species. *Dal.*

*Chrysopis*) Χρυσωπὶς, ab auri aspectu et specie. Sic Mss. omnes, et Index, non vt editi vulgo libri, *Chrysophis.* Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 14. H.

*b. Cepionides*) Ab horto sic vocatae. *Dal.*

*Ceponides*) Sic Mss. omnes hoc loco: in Indice variant: Ab horto, quem Graeci κῆπον vocant, nomen traxit, ob colorum varietatem. Hard.

LVII. Daphniam *c.* [1]Zoroaſtres morbis comitialibus demonſtrat. Diadochos *d.* beryllo ſimilis eſt. [2]Diphyes *e.* duplex, candida ac nigra, mas ac femina, [3]genitale vtriuſque ſexus diſtinguente linea. Dionyſias *f.* nigra ac dura mixtis rubentibus maculis: ex aqua trita ſaporem vini facit, et ebrietati reſiſtere putatur. [4]Dracontites *g.*, ſiue dracon-

1. *et Orchaſtres mor. com. demonſtrant. V. Pariſ.* 2. *Diphies. F. Diphis. Turn. Diphris Gr. et Al.* 3. *gentile. M. F.* 4. *Sic ex Mss. H. Draconites Gr. et Al.*

*c. Daphniam Zoroaſtres*) Praeter gemmas, quarum nomen incipit a litera C, memoratas Plinio, Orpheus lib. περὶ λίθων, Corypboden recenſet, et Chabazium. Coryphoden alii eſſe volunt ſex lateribus angulofum, cuius meminit auctor capite altero huius libri: alii vero Indicum adamantem, lateribus ſexangulum, deſcriptum capite quarto huiuſdem libri: alii beryllum, e quo cylindros Indi faciunt, ſupra capite 5. vltimo proximo. De Chabazio nondum liquet. *Dal.*

*Daphniam*) Δαφνίαν, quaſi lauream. H.

*d. Diadochos*) Διάδοχος, quaſi berylli vicaria, eidemque ſubſtituta. Apud Albertum M. lib. 2. de miner. pag. 230. *Diacodos*, mendoſe. Marbodeus, cap. 24. *Diadochos, perquam reſponſa petentibus aptus, Daemonis effigies varias oſtendere fertur*, etc. *Hunc autem perhibent ſimilem fulgore beryllo*, etc. H.

*e. Diphyes*) Sic etiam Index: non *diphris*. Graecis διφυής, quaſi biformis, aut ancipitis naturae: quod vtriuſque ſexus in ſe delineatum genitale exhibet. H.

*f. Dionyſias nigra, etc. ex aqua trita ſaporem vini facit*) Nota haec locutio Latine ſcientibus; *lapidem ex aqua terere*, nihil aliud eſt, quam in aqua terere, vel cum aqua. Vide *Salmaſ.* pag. 718. a. b.

*Dionyſias*) Διονυσιάς. Solinus cap. 37. pag. 67. *Dionyſias fuſcus eſt*, etc. Iſidorus, lib. 16. Orig. cap. XI. Marbodeus, cap. 25. *Nigra micat rubeis Dionyſia conſita guttis. Hanc in aqua tritam vinum fragrare loquuntur, Et tamen ebrietas ipſius odore fugatur*, etc. H.

*g. Draconites ſiue draconitia*) Philoſtratus ſcribit in India

dracontia, [1] e cerebro fit draconum: sed nisi viventibus [2] abscisso numquam gemmescit, [3] invidia animalis mori se sentientis. Igitur dormientibus amputant. Sotacus *h.* qui visam eam gemmam sibi apud regem scripsit, bigis vehi quaerentes tradit: et viso dracone spargere somnifica medicamenta, atque ita praecidere. Esse autem *i.* candore translucido, nec postea poliri, aut artem admittere.

LVIII. Encardia cognominatur et [4] ariste *k.*:



*1. et. V. in. V. alii. 2. abscisso capite nun. V. abscissa. M. — 3. in India igitur moris est vt dormientibus animalibus dentes (leg. caput) amputent. F. 4. cradisce: in nigra eff. M. cardisce: vna, in qua Gr. et Al.*

India dracones esse, alios palustres, tardos, pigros, sine cristis: alios montanos, grandiores, acriores, cristatos. In horum capite reperiri gemmam specie aspectuque floridam, et iucundam, potentia mirabilem, quod testatur Gygis annulus. Rhodigin. c. 11. lib. 6. *Dalec.* *Draconites, etc.*) In vetusto codice legitur, *dracontis*: legendum *dracontitis*, ἡ δρακοντῖτις, et *dracontia*, ἡ δρακόντειος, subaudiendum, gemma. *Salmas.* pag. 387. b.

*Dracontites*) Sic Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 13. Albertus M. lib. 2. de mineral. tract. 2. pag. 230. Solinus, cap. 30. pag. 56. *Exciditur e cerebris draconum dracontias lapis: sed lapis non est, nisi detrahatur viuentibus: nam si obeat prius serpens, cum anima simul euanescit, duritie soluta.* H.

*h. Sotacus*) Solini paraphrasis, loc. cit. *Auctor Sotacus gemmam hanc etiam visam sibi scribit, et quibus intercipiatur modis, edocet. Praestantissimi audacia viri explorant anguium foueas, et receptus: inde praestolati ad pastum exeuntes, praeteruectique percitis cursibus, obiiciunt gramina medicata, quantum potest, ad incitandum soporem, ita somno obsopitis, e capitibus exsecant lapides,* etc. Tradit haec pariter Isidorus, loc. cit. H.

*i. Esse autem*) Isidorus, loc. cit. H.

*k. Encardia . . . et ariste*)

vna, in qua nigra effigies cordis eminet: altera eodem nomine, viridi colore, cordis speciem repraesentat: tertia cor nigrum ostendit, reliqua [1] sui parte candida. Enorchis *l.* candida est, diuisaque fragmentis testium effigiem repraesentat. Exebenum *m.* Zoroastres speciosam et candidam tradit, qua aurifices aurum poliunt. [2] Eristalis *n.* cum sit candida, ad inclinationes rubescere videtur. [3] Erotylos *o.* [4] eadem amphicome, et hieromnemon, a Democrito laudatur in argumentis diuinationum. [5] Eumeces *p.* in Bactris nascitur, silici similis: [6] sed capiti supposita visa nocturna oraculi modo reddit. [7] Eumithren *q.* Beli gemmam, sanctissimi Deorum [8] sibi, Assyrii appellant, porracei coloris,

1. *sunt arte. M.* 2. *Eristilla (Const. leg. Erythrilla) cum sit. F.* 3. *Erochillos. F. Erochellos Dal.* 4. *eademque. V.* 5. *Eumenes. F.* 6. *Sic ex Mss. H. et Gr. et Al.* 7. *Sic ex Mss. H. Eumetren Gr. et Al.* 8. *suorum. V.*

Sic Reg. 2. Colb. 3. aliique, et Index: non, vt editi libri, *et cardisce.* Ἐγκαρδία nomen habet a similitudine cordis. Turchesiae genus videtur esse. H.

*l. Enorchis*) Ἔνορχις, a testium, τῶν ὀρχέων, figura. H.

*m. Exebenum*) Isidorus haec totidem verbis, lib. 16. Orig. cap. 10. Ἐξέβενος. H.

*n Eristalis*) In Mss. hoc loco, *Eristilla.* Forte, *erythria*, a rubro colore quem exhibet, cum inclinatur. Hard.

*o. Erotylos*) In Indice, *Erotillos, siue amphicome,* etc. In Mss. Reg. et Colb. hoc loco, *Erichilos.* Forte ἐρίχειλος, a labiis, ἀπὸ τῶν χειλῶν, in diuinatione futurorum aperiendis. Eadem ἀμφίκομος, quasi pulcre comata: et ἱερομνήμων, rerum sacrarum abditarumque designatrix gemma. H.

*p. Eumeces*) Εὐμήκης, gemma procera, praelonga. Hard.

*q. Eumithren*) Videtur ex hoc loco Mithres, vt apud Persas Solis, sic Beli apud Assyrios nomen fuisse. H.

coloris, superstitionibus gratam. Eupetalos *r.* quatuor colores habet, caeruleum, igneum, minii, mali. [1] Euneos *s.* nucleo oliuae similis est, striata concharum modo, non adeo candida. Eurotias *t.* situ videtur operire nigritiam. Eusebes *v.* ex eo lapide est, ex quo [2] traditur Tyri in Herculis templo facta sedes, ex qua Dii facile surgebant *x.* Epimelas *y.* fit, cum candida gemma superne nigricat colos.

LIX. Galaxiam *z.* aliqui galactiten vocant, similem proxime dictis, sed intercurrentibus sanguineis aut candidis venis. [3] Galactitis ex Nilo, colore

1. *Eueratus. V. Eureos Gr. et Al.* 2. *traditur imago Herculis in Tyri templo facta, et sedes, ex qua difficile surg.* F. M. 3. *Sic ex Mss. H. Galactites ex viuo . . . leucam . . . et synnephiten Gr. et Al. vno colore M. leucogean V.*

*r. Eupetalos*) Opali genus, vel nostri Heliotropii. *Dal.* *Eupetalos* ) Εὐπέταλος Graece virescens intelligitur. H.

*s. Eureos*) *Epicoros.* Vet. quidam, *Epichorios:* aliis, *Epichoros:* aliis, *Epichloros.* In dictione ἐπίκορος, vt et in νεώκορος, latet significatio religionis, ornamenti, custodiae. Turn. c. 36. l. 28. *Dal.*

*Euneos*) Εὔνεος. Sic et in Indice, et hoc loco Mss. omnes. H.

*t. Eurotias*) Nomen habet ex argumento: nam εὐρῶτα Graeci situm vocant, cariem, putredinem: εὐρωτιάω, putresco. H.

*v. Eusebes*) Εὐσεβής, religiosa, et sacris dicata gemma. H.

*x. Surgebant*) Eminebant, exstabant. H.

*y. Epimelas*) Ἐπιμέλας, nigricans. Vtitur hac voce Theophrastus. H.

*z. Galaxiam*) A recto *Galaxias*, vt in Indice. Γαλαξίας idem qui Μόροχθος inferius, sect. 63. lacte sudare dicitur. Dioscor. lib. 5. cap. 152. Λίθος μόροχθος, ὃν ἔνιοι γαλαξίαν, etc. Hard.

colore lactis est *a*. Eamdem dicunt leucogaeam *b*. et leucographiam appellant, et synophiten, tritam lactis succo ac sapore notabilem. In educatione *c*. nutricibus lactis fecunditatem: infantium quoque alligata collo saliuam facere dicitur, in ore autem liquescere. Eamdem memoriam [1] adimere dicunt *d*. Mittit eam et Achelous amnis. Sunt qui

1. *adiuuare. V.*

*a. Galactites ex viuo colore lactis est*) Lege: *Galactites e Nilo colore lactis est.* Salmas. p. 137. Sequitur: *eandem dicunt leucam et leucogaeam et leucographidem et smetidem vel smetridem.* Salmas. ibid.

*Galactitis ex Nilo, colore lactis est*) Hoc est, succum emittit, cum subigitur, colore lactis. Diosc lib. 5. cap. 150. Vide Notas et Emend. num. XXV. (hic post) *Galactitis ex Nilo etc.*) Prius legebatur, *Galactitis ex viuo colore lactis est.* Mss. *ex imo.* Nos certissima coniectura, *ex Nilo.* Auctor sic emendandi, Solinus primum, cap. 7. pag. 22. vbi de galactite; *Quem post Nilum*, inquit, *Achelous dat, nec alter alius.* Albertus M. de mineral. p. 232. *Galactites lapis est similis cineri, et secundum plurimum inuenitur in Nilo et Acheloo fluuiis. Hic tritus dat saporem lactis: et succus eius in ore clausus turbat mentem*, etc. Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 10. *Mittunt eam Nilus et Achelous amnis*, etc. Marbodeus denique, cap. 31. *Hunc mittit Nilus, producit et hunc Achelous. Hunc lapidem cineri similem, Galactida dicunt. Lactis dat succum tritus, lactisque saporem; Sed turbat mentes, et clausus in ore liquescit.* H.

*b. Leucogaeam*, etc.) Λευκογάιαν, λευκογραφίαν, συνοφίτην. H.

*c. In educatione nutricibus lactis*) Apud Orpheum poëmate de lapidibus, Galactitis hoc nomine magna commendatio est. *Dal.*

*In educatione*) Orpheus, de lapid. tit. Γαλακτίτης. Solinus, cap. 7. pag. 22. Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 10. Albertus M. de mineral. pag. 232. H.

*d. Adimere dicunt*) Legit, *adimere*, Marbodeus: quod ex hoc versu manifestum est: *Sed turbat mentes, et clausus in ore liquescit.* Quanquam in vulgatis exemplaribus

qui smaragdum *e.* albis venis circumligatum galactiten vocent. [1] Gallaïca *f.* argyrodamanti similis est, paulo sordidior: [2] inueniuntur autem binae vel ternae. [3] Gasidanem *g.* Medi mittunt, coloris orobini *h.*, veluti floribus sparsam. Nascitur et in Arbelis. Haec quoque gemma concipere dicitur *i.*, et intra se partum fateri concussa, concipere autem trimestri spatio. Glossopetra *k.* linguae similis humanae [4] non in terra nasci dicitur, sed defi-

1. *Sic ex Mss. H. conf.* M. *Galaicos Gr. et Al.* 2. *Invenitur in terra aequa.* M. 3. *Gessinadem Magi, dicunt, coloris orobi, veluti colorib. sparsam. F.* 4. *Sic ex* Mss. *H. nasci dicitur (sic et F.) sed Lun. coelo decidere solo (in solum) memoriae quoque necessaria. Quod.* M. *in terra non nascitur Gr. et Al.*

ribus legatur: *Sed turbat mentem, si clausus ore liquescat.* Dal.

*Eamdem memoriam*) Auctores proxime appellati, et Marbodeus, cap. 31. H.

*e. Sunt qui smaragdum*) Isidorus, loc. cit. H.

*f. Gallaïca*) Sic libri omnes, etiam Mss. H.

*g. Gasidanem*) Index, *Gassidiana.* Mss. hoc loco, *Gessinaden*, voce Magorum propria, non Graeci Latiniue oris. H.

*h. Coloris orobini*) Hoc est, erui: nam ὄροβος eruum est. H.

*i. Haec quoque gemma concipere dicitur*) Geodis genus. Fortassis nostrum Bezoar. *Dal.*

*Haec quoque gemma*) Perinde atque aëtites, de quo lib. 36. sect. 39. H.

*k. Glossopetra linguae similis humanae in terra non nascitur*) Legend. *Glossopetra linguae similis humanae, non in terra nasci dicitur, sed deficiente Luna coelo decidere, memoriaeque esse necessariam.* Vide Salmas.

*Glossopetra*) Solinus, cap. 37. pag. 67. *Glossopetra deficientibus Lunis coelo cadit, linguae similis humanae: non modicae, vt Magi ferunt, potestatis, qui ex ea lunares motus excitari putant,* hoc est, ventos. Sic etiam Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 14. H.

deficiente Luna caelo decidere, 1 memoriae quoque *l.* necessaria. Quod ne credamus, promissi quoque vanitas facit: 2 Ventos enim ea comprimi narrant. Gorgonia *m.* nihil aliud est, quam corallium: nominis causa, 3 quod in duritiam lapidis mutatur. Emollit 4 maria *n.* Fulminibus et typhoni *o.* resistere affirmant. 5 Ganiaeam *p.* eadem vanitate inimicorum poenas efficere promittunt.

LX. He-

*1. et lenocinanti necessaria creditur Gr. et Al.* *2. Ventrem.* M. *3. quod e ligno in dur.* F. M. *4. marina: hoc et fulminibus et tonitribus.* M. *5. Genianen Gr. et Al.*

*l. Memoriae quoque)* Sic Reg. 2. Colb. 3. et alii. In editis insulse, *et lenocinanti necessaria creditur.* H.

*m. Gorgonia nihil aliud est, etc. emollit maria)* Scripti omnes leg. *emollit marina.* corrige ergo: *nominis causa quod in duritiem lapidis mutatur e molli marina.* Gorgonia, inquit, ideo sic vocatur, quod e molli marina, dura fit et lapidea extra mare posita. Salmas. 90.

*Gorgonia)* Γοργονία. Inde factum nomen, quod in duritiam lapidis verteretur, vti iis fabulae ferunt contigisse, qui Gorgonis caput inspicerent. Nomen id corallio datum a Metrodoro, si Solino credimus. H.

*n. Emollit maria)* Vide Notas et Emendation. num. XXVI. (hic add.) *Gorgonia nihil aliud est, etc.)* Sic libri omnes, siue publici, siue conditiui. Vt inanis Salmasii emendatio videatur, ita legentis in Solinum, pag. 90. *in duritiam lapidis mutatur e molli marina,* quod nec Plinianam quoque orationem resipit, et aberrat a mente scriptoris. Expressit eam satis accurate Marbodeus, lib. de lapid. pret. cap. de corallio, quod esse idem cum Gorgonia Plinius ipse admonuit: *Fulmina, typhonas, tempestatesque repellit, A rate, vel tecto.* H.

*o. Fulminibus et typhoni)* De corallo hoc ex Metrodoro scribit Marbodeus. *Dal.*

*p. Goniaeam)* Sic Index. Mss. hoc loco discrepant. Reg. 2. *Goniem.* Colb. 3. *Gonim.* Editi libri vulgo, *Genianen.* H.

LX. Heliotropium *q.* nascitur in Aethiopia,, Africa, Cypro, porracei coloris, sanguineis venis distincta. Causa nominis *r.*, quoniam [1] deiecta in vas aquae, fulgorem Solis *s.* accendit sanguineo repercussu, maxime Aethiopica. Eadem extra aquam *t.* speculi modo Solem accipit, deprehenditque defectus, subeuntem Lunam ostendens. Magorum *v.* impudentiae vel manifestissimum [2] hoc quoque exemplum est, quoniam admixta herba heliotropio, quibusdam quoque additis [3] praecantationibus, gerentem conspici negent. Hephaestitis *x.* quoque speculi naturam habet in reddendis ima-

1. *Sic ex Mss. H. deiecta in vasa, fulgore Solis accedente, aquam percussu sanguineo mutat, deiectam in vas fulgor solis accendit, accedente repercussu. Aethiopica extra.* M. *accedentem percussu sanguineo mutat Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H conf.* M. *in hac quoque . . . precationibus Gr. et Al.* 3 *praecantionibus F. precationibus Gr.*

*q. Heliotropium*) E genere est illius gemmae, quam nostri nunc vocant, *Préme-d' émeraude.* Solinus haec totidem verbis, cap. 27 p. 52. Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 7. Marbodeus, cap. 34. de heliotropio: *Hanc nunc Aethiopes, nunc Cyprus, et Africa mittit: Sanguinis aspersam guttis, similemque smaragdo.* H.

*r. Causa nominis*) Marbodeus, loc. cit. *Ex re nomen habens est Heliotropia gemma, Quae Solis radiis in aqua subiecta batillo, Sanguineum reddit mutato lumine Solem, Eclipsimque nouam terris effundere cogit.* Habet haec pariter Solinus, et Isidorus, locis citatis. Albertus item de mineral. pag. 230. H.

*s. Fulgorem Solis accedentem percussu*) Lege: *Fulgorem Solis accendit sanguineo repercussu.* Salmas. 347. a.

*t. Eadem extra aquam*) Isidorus, loco cit. H.

*v. Magorum*, etc.) Solinus, Isidorus, Albertus, Marbodeus, locis cit. H.

*x. Hephaestitis*) Totidem verbis, Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 14. Ἡφαιςίτις, quasi gemma Vulcania. H.

imaginibus, quanquam [1] rutilans. Experimentum est, si feruentem aquam addita statim refrigeret: aut si in Sole *y.* addita aridam materiam accendat. Nascitur in Coryco *z.* [2] Horminodes *a.*, ex argumento viriditatis in candida gemma vel nigra, et aliquando pallida, ambiente circulo aurei coloris, appellatur. Hexecontalithos *b.* in parua magnitudine multicolor, hoc sibi nomen adoptauit. Reperitur [3] in Troglodytica regione. [4] Hieracitis *c.* alternat

1. *Sic H. conf.* M. *V. rutila Gr.* 2. *Hermeodes.* M. 3. *in Troglodyte, Hierac. etc.* M. 4 *Sic ex Mss. H. Hieracites alternata miluinis nigrisque velut plumis F.* M. *Hieracites alternat tota miluinis nigricans veluti plumis. Gr. et Al.*

*y. Aut si in Sole) Aut si Soli opposita,* Isidorus. H.

*z. Nascitur in Coryco)* Cum haec raptim cursimque Marbodeus legeret, vidisse se *in Corintho* credidit, itaque cecinit, cap. 35. *Nascitur in bimari, pretiosior aere, Corintho Dictus Hephaestites rutilans lapis, et rubicundus: Qui si feruenti fuerit coniectus abeno, Ignibus exsultans prius, illico sistitur vnda, Frigida post modicum lapidis virtute futura.* Isidorus *in Coryco* legit. H.

*a. Horminodes)* A similitudine nimirum cum hormino: ὅρμινον Graeci vocant herbae genus, de quo diximus lib. 18. sect. 22. Mss. tamen omnes hoc loco *hermeodes* exhibent. H.

*b. Hexecontalithos in parua, etc.)* Quod multicolores in ea gemmae deprehenderentur, *hexecontalithos* dicta est. *Salmas.* pag. 411.

*Hexeconthalithos)* Solinus, cap. 31. pag. 58. de Troglodytis: *Tantum lapide vno gloriantur, quem* Ἑξηκοντάλιθον *nominamus, tam diuersis notis sparsum, vt sexaginta gemmarum colores in paruo eius orbiculo deprehendantur.* Haec totidem verbis Marbodeus, cap. 37. Albertus, pag. 231. Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 12. Hard.

*c. Hieracites, alternat tota)* Legend. *Hieracitis, alternata miluinis nigrisque velut plumis.* quae alternatim miluinis

alternat miluinis nigrisque veluti plumis. Hammitis *d.* ouis piscium similis est, et alia velut nitro *e.* composita, praedura alioqui. Hammonis cornu *f.* inter sacratissimas Aethiopiae gemmas, aureo colore, arietini cornus effigiem reddens, promittitur [1] praediuina somnia repraesentare. Hormesion *g.* inter gratissimas aspicitur, ex igneo colore radians auro, portante secum in extremitatibus candidam lucem. Hyaeniae ex oculis hyaenae *h.*, et

1. *praediuina omnia praesentare.* F.

nis veluti plumis ac nigris distincta est. *Salmas.*

*Hieracitis*) Ab ἱέραξ, quae vox accipitrem et miluum sonat. Ἱερακίτης λίθος, Aëtio, libro 2. cap. 30. ex Mss. cod. ὑπόχλωρος μέν ἐστι, καὶ πρὸς τὸ μέλαν ἐντετραμμένος, ἐπιγεγραμμένος χροαῖς ἑτέραις, ὡς ποικίλος εἶναι, ὡς Φησὶ Διογένης ἐν τῷ περὶ λίθων. *Lapis subuiridis, ad nigredinem vergens, aliisque subinde alternatis coloribus toto corpore interstinctus, vt varii coloris dici possit.* H.

*d. Hammitis*) Quod ἄμμον, hoc est, sabulum vix mole superet, aut quod eodem recidit, piscium oua. Hard.

*e. Et alia velut nitro*) *Hammites similis nitro, sed durior,* inquit Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 4. *Gignitur in Aethiopia et Arabia;* etc. Hard.

*f. Hammonis cornu*) Vel ex hoc loco intelligitur Iovis Hammonis effigiem cornu arietinum in fronte gestasse, quale in nummo Cyrenaeorum argenteo conspicitur, qui vbique est obvius. H.

*g. Hormesion*) In Indice *hormision.* Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 13. *Exmisuion,* mendose: alioqui cetera de gemma ea totidem verbis refert. H.

*h. Hyaeniae ex oculis hyaenae*) Leg. *Hyaeniae ex oculis hyaenae, et ob id innasae inveniri dicuntur.* Salmas. pag. 337. a.

*Hyaeniae ex oculis*) Solinus, cap. 27. pag. 51. Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 14. Albertus M. de mineral. p. 232. H.

[1]et ob id inuasae *i.*, inueniri dicuntur: et, si [2]credimus *k.*, linguae hominis subditae futura [3]praecinere. Haematites *l.* in Aethiopia quidem principalis, sed et in Arabia et Africa inuenitur, sanguineo colore, [4] non omittenda promissis *m.* ad coarguendas barbarorum insidias. Zachalias Babylonius in his libris *n.* quos scripsit ad regem Mithridatem, humana gemmis [5] attribuit fata: hanc non contentus oculorum et iocinerum medicina decorasse, a rege etiam aliquid petituris dedit, et litibus

1. *Sic ex* Mss. *H. pertusae. V. inuasis. Alii V. id est, cum illas inuaserunt et consecerunt. et ob id in vase inueniri Gr. et Al.* 2. *credimus linguae subditis homines futura praedicere. V.* 3. *Sic ex* Mss. *H. cons. M. praedicere Gr. et Al.* 4. *non omittendis in ea promissis ad coarguendas sic barb. insanias. V.* 5. *attribuens facta, hanc. M.*

*i. Et ob id inuasae*) Et ob id quaesitae venatu, vt dictum est de dracontite lapide, sect. 57. H.

*k. Et si credimus*) Solinus, et Isidorus, locis citatis. Item Marbodeus, cap. 33. Hard.

*l. Haematites*) Ille nimirum, de quo iam superius dictum est, lib. 36. sect. 25. Haec iisdem fere verbis, Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 8. et Marbod. cap. 36. H.

*m. Promissis*) Ob promissa Magorum, vtilem fore hunc lapidem ad detegendas insidias. H.

*Promissis*) Plinii interpres Isidorus, loc. cit. de haematite: *De qua promittunt Magi quiddam ad coarguendas barbarorum insidias.* H.

*n. Zachalias Babylonius in his libris*) Legend. *Zachalias Babylonius, etc. humana gemmis attribuens facta, hanc non contentus, etc.* legend. *hanc*, de haematite enim sola loquitur, quam medicina oculorum et iecoris decorauit; nec hic contentus quasi et gemmae humanis factis censeantur, et idem praestare possint quod homines, hanc eandem et in iudiciis multum posse, et petituros aliquid a rege commendare. *Salmas.* 408. a.

bus iudiciisque interposuit: in praeliis [1] etiam ex ea vngi salutare pronunciauit. Est et alia eiusdem generis, quae vocatur [2] Menui ab Indis, xanthos *o.* appellata Graecis, e fuluo candicans.

LXI. Idaei dactyli *p.* in Creta, ferreo colore pollicem humanum exprimunt. Icterias [3] aliti lurido *q.* similis, ideo existimatur salubris contra regios morbos. Est et alia eodem nomine [4] liquidior. Tertia folio viridi similis, latior prioribus, [5] paene sine pondere, venis luridis. Quartum genus in eodem colore nigris venis [6] discurrentibus. Iouis gemma candida est, non ponderosa, tenera. Indica gentium suarum habet nomen, subrufo colore, in attritu [7] sudorem purpureum manat. Alia eodem nomine candida, puluereo aspectu. Ion *r.*

K 2 apud

1. *Sic ex Mss. H. conf. M. etiam eas salutares Gr. et Al.* 2. *Memu. M. Memri. F. benui Gr.* 3. *aliti luridae. V. mali cuti luridae. V. mali cute, aureis mamillis, ideo. F. M.* 4. *liuidior. M.* 5. *et specie offensa (leg. offusa) venis liuidis (luridis) M.* 6. *Sic ex Mss. H. conf. M. descendentibus Gr. et Al.* 7. *sudore purpureo manat. V. sudor purpureus manat. V.*

*o. Xanthos*) De ea diximus sect. 45. Vide et Theophrast. lib. περὶ λίθων, p. 8. Hard.

*p. Idaei dactyli*) Ἰδαῖοι δάκτυλοι. Totidem verbis haec Solinus, cap. XI. pag. 30. et Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 4. Ab Ida monte Cretensi, ex quo eruuntur, cognomen habent: nomen a forma digiti pollicisue. H.

*q. Icterias aliti lurido*) Galgulo, quem ἴκτερον Graeci vocant, communi cum morbo regio, siue arquato, appellatione. In Mss. aliter haec leguntur, sed corrupte, credo: *Icterias mali cute, aureis mamillis: ideo*, etc. H.

*r. Ion*) Ἴον viola nigra Graecis. H.

apud Indos violacea est, [1] sed raro *s.* saturo colore lucet.

LXII. [2] Lepidotis *t.* squamas piscium variis coloribus imitatur. Lesbias Lesbi patriae nomen habens: inuenitur et in India. Leucophthalmos *v.* rutila alias, oculi speciem candidam, nigramque continet. [3] Leucopoecilos *x.* candorem [4] lineis [5] ex auro distinguit. [6] Libanochrus *y.* thuris similitudinem ostendit, sed succum mellis. [7] Limoniatis *z.* eadem videtur, quae smaragdus. De lipare *a.* hoc tantum traditur, suffita ea omnes bestias

1. *et rarum vt alio colore luceat.* *F.* 2. *Sic ex* Mss. *H. Lepidotes Gr. et Al.* 3. *Leucopetalos Gr.* 4. *niuis Gr. et Al.* 5. *et auro M. ex aureo Gr. et Al.* 6. *Sic ex* Mss. *H. Libanochros Gr. Libanocros Al.* 7. *Sic ex Mss. H. Limoniates Gr. et Al.*

*s. Sed raro)* In Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. etc. *Rarum vt alio colore luceat.* H.

*t.* Λεπιδωτὸς, vel λεπιδωτὶς, squamosa. H.

*v. Leucophthalmos)* Λευκόφθαλμος. H.

*x. Leucopoecilos)* Λευκοποικίλος, candore alternato. Vide Notas et Emend. num. XXVII. (hic add.) *Leucopoecilos etc.)* Prius legebatur, *Leucopetalos candorem niuis ex aureo distinguit.* Reg. 2. et Colb. 3. *Leucopetilos*, ceteraque vti edidimus: In Indice, *Leucopoecilos*, quod nomen sincerum est, ex argumento candoris cum lineis ex auro alternati, vt variegata ποικίλος, seu multicolor gemma videatur. Hard.

*y. Libanochrus)* Λιβανόχρους, a thuris colore. H.

*z. Limoniatis)* Λειμονιάτης λίθος, a virore pratensi. Hard.

*a. De lipare)* Marbodeus, cap. 42. *Partibus in Libycis lapis est Lipares vocitatus, Ad quem sponte sua properat genus omne ferarum, Quas venatorum saeuit labor exagitare: Non eget ergo canum morsu, curaue sagaci, Saltus perlustrans, lapidem qui gesserit istum, Sternendae satis est venabula tollere praedae.* Vide et Isidorum lib.

ſtias euocari. Lyſimachus Rhodio marmori ſimilis eſt [1] aureis venis: politur ex marmore, amplitudine in anguſtias coëunte, vt inutilia [2] exterantur. Leucochryſos *b.* [3] ſicut cryſtallus albicat.

LXIII. [4] Mennonia qualis ſit, non traditur. Medea *c.* nigra eſt, a Medea illa [5] fabuloſe inuenta: habet venas aurei coloris: ſudorem reddit croci, ſaporem autem vini. Meconites *d.* [6] papauer exprimit. [7] Mithrax a Perſis *e.* accepta eſt, [8] et Rubri maris montibus: multicolor, contra Solem varie



1. *auratis.* M. 2. *extenuentur.* M. 3. *Sic etiam* M. F. *fit chryſolitho interalbicante* Gr. et Al. 4. *Sic ex Mss.* H. *conſ.* Gr. *Memnonia* Al. 5. *Sic ex Mss.* H. *conſ.* F. *fabuloſa* Gr. et Al. 6. *Sic ex Mss.* H. *conſ.* M. *papauera* Gr. et Al. 7. *Sic etiam* V. *Mitrax* Gr. 8. *in.* V. e. F.

16. Orig. cap. 14. et Albertum, de mineral. 233. Λιπαρὴ Graece opimam et pinguem ſonat. H.

*b.* *Leucochryſos*) Nomen indicat cryſtallum candidam, aureis vel guttis, vel lineis diſtingui, vel variari. *Dal.*

*Leucochryſos*) Λευκόχρυσος. Nomen indicat gemmam aurei coloris, quae in cryſtalli modum albicet. In libris hactenus vulgatis ſic legebatur: *Leuchochryſos fit chryſolitho interalbicante*, contra omnium Mss. fidem. H.

*c.* *Medea*, etc.) Haec verbis totidem Iſidorus, lib. 16. Orig. cap. 11. H.

*d.* *Meconites*) Μήκωνα Graeci papauer nuncupant. Haec pariter Solinus, cap. 37. pag. 67. et Iſidorus, lib. 16. Orig. cap. 14. H.

*e.* *Mithrax a Perſis*) Qui Solem ipſum Mithrân vocant, vt Strabo prodidit, lib. 15. Hinc vetuſtae inſcriptiones paſſim: SOLI. INVICTO. MITHRAE. Tamen Herodotus, lib. 1. Clio, Mitram dicit a Perſis Venerem fuiſſe appellatam. Haec gemma dicitur a Solino, loc. cit. et Iſidoro, lib. 16. Orig. cap. 12. *Mithridax*, mendoſe. Pliniani omnes libri, *Mitrax* habent. Hard.

rie refulgens. [1] Morochites *f.* porracea, lacte sudat. [2] Morio in India *g.*, quae nigerrimo colore translucet, vocatur Pramnion: in qua miſcetur et carbunculi colos, [3] Alexandrinum; vbi ſardae, Cyprium. Naſcitur, et in Tyro, et in Galatia. Xenocrates et ſub Alpibus naſci tradit. Hae ſunt gemmae, quae ad ectypas ſcalpturas *h.* aptantur. Myr-

1. *Sic ex Mss. H. conſ. M.* Meroctes *Gr. et Al.* 2. *Sic ex* Mss. *H.* Morio *in India vocatur. Prominium, in qua miſcetur et carbunculus. Alex. F.* Morion *Indica Gr. et Al.* 3. *proximum Alex. et vbi.* M.

*f. Morochitis*) Sic libri omnes. Morochitis gemma, inquit, quanquam per ſe porracea, viridiſque, trita tamen candicat. Vide Notas et Emend. num. XXVIII. (hic poſ.) *Morochitis porracea, lacte ſudat*) Ita reſcripſimus ope codicum Reg. 2. Colb. 3. et Indicis, in quo *Morochites*, non vt in libris vulgatis, *Meroctes*. Moroxus idem et Leucographis appellatur ab Aëtio, lib. 2. de re med. cap. 16. pag. 51. et a Galeno quoque: ſubuiridis ipſe quidem, ſed vbi cote vel aſperiore indumento teritur, aperte candicans. Codex Mss. Τῶν δὲ εἰς χυλὸν ἀναλυομένων, ἐςὶ καὶ ὁ κατ' Αἴγυπτον γινόμενος λίθος, ᾧ χρῶνται ςιλπνοῦντες τὰς ὀθόνας· ὅν τινες Μόροξον, οἱ δὲ λευκογραφίδα καλοῦσιν· ὑπόχλωρος γὰρ γενόμενος ὅτος, εἰ παρατριβείη ἀκόνῃ καὶ ἱματίῳ τραχυτέρῳ, λευκαίνει τὸν τόπον. Sic etiam Galenus, lib. 9. de fac. ſimp. med. pag. 255. Dioſcoridi, lib. 5. cap. 152. Λίθος μόροχθος, ὃν ἔνιοι Γαλαξίαν, etc. H.

*g. Morion Indica*) Fortaſſis Morochtus, quem et Galaxian, et Leucographida vocari Dioſc. ſcribit, mollis, liqueſcens, dealbandis veſtibus vtilis, in Aegypto naſcens. *Dal.*

*Morio in India*) Indicum id barbaricumque vocabulum eſſe ſignificat: Graeca, quae ſubſequuntur: πράμνιον, etc. H.

*h. Ad ectypas ſcalpturas*) Ad ſcalpturas imaginum, quae cerae apprimuntur. Diximus de ea voce *ectypon*, lib. 35. ſect. 43. H.

Myrrhites *i.* myrrhae colorem habet, [1] facie minima gemma: odorem attrita, etiam nardi. Myrmecias *k.* nigra habet eminentias similes verrucis. Myrsinites *l.* melleum colorem habet, myrti odorem. Mesoleucos *m.* est, mediam gemmam candida distinguente linea. Mesomelas, nigra vena quemlibet colorem secante per medium.

LXIV. [2] Nasamonitis *n.* est sanguinea, nigris venis. [3] Nebritis *o.* Libero Patri sacra, nomen traxit [4] a nebridum eius similitudine. Sunt et aliae nigrae generis eiusdem. Nymphareña vrbis et gentis Persicae nomen habet, similis hippopotami dentibus.



1. *Sic ex* Mss. *H. conf.* M. *faciemque minimae gemmae, vnguenti odorem, attrita etiam nardi. Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H. Nasamonites Gr. et Al.* 3. *Sic ex* Mss. *H.* Nebrites *Gr. et Al.* 4. *a nebride. Eius similitudine est alia nigra.* M.

*i. Myrrhites myrrhae colo-lorem habet*) Legend. *Myrrhites myrrhae colorem habet, facie minima gemma: odorem attrita, etiam nardi.* Vide Salmas. p 707. a.

*Myrrhites*) Solinus, cap. 37. pag. 67. Priscianus, in Periegesi, pag 393. *Myrrhitenque, bonum nardi cum reddat odorem.* H.

*k.* *Myrmecias*) Μυρμηκίας, a similitudine verrucae, quam Graeci μυρμηκίαν nuncupant. H.

*l.* *Myrsinites*) Ab odore myrti, quae Graecis μυρσίνη. H.

*m.* *Mesoleucos*) Μεσόλευκος et μεσόμελας, contrariis ex caussis habent nomina, vt apparet. Ista apud Isidorum, lib. 16. Orig. cap. XI. mendose *Meramelas* appellatur. H.

*n.* *Nasamonitis*) Solinus, cap. 27. pag. 52. *Nasamoniten lapidem Nasamones dant, sanguineum vniuersum, nigris venulis adumbratum.* H.

*o.* *Nebrites*) Vide num ea sit, quam νευρίτην Orpheus vocat. Gagatromeum ex Alberto Marbodeus vocat, Gagattonica Pandectarius. *Dal.*

*Nebritis*) A pellium ceruinarum similitudine, quas νεβρίδας appellabant, quibus vsus olim Bacchus, ac deinde qui sacris eius initiati.

LXV. [1] Olca *p.* barbari nominis, e nigro [2] fulvoque, et candido placet. Ombria, quam aliqui notiam *q.* vocant, ſicut ceraunia et brontia, cadere cum imbribus et fulminibus dicitur: eumdemque effectum habere, quem brontia, narratur. Praeterea in [3] aras addita ea, [4] libamenta non amburi. Oritis *r.* globoſa ſpecie, a quibuſdam et ſideritis vocatur, ignem non ſentiens. Oſtracias *s.*, ſiue Oſtracitis, eſt teſtacea durior: altera achatae ſimilis, niſi quod achates politura pingueſcit: duriori tanta ineſt vis, vt aliae gemmae ſcalpantur fragmen-

1. *Sic ex Mss. H. conſ.* M. *F. Orca Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H. conſ.* M. *fuluoque ac viridi Gr. et Al.* 3. *ara addita hac libam. non amb.* M. *mare addita hac aiunt lib. V. F.* 4. *Sic ex Mss. H. traditur libamenta Gr. et Al.*

tiati. Vide Suidam, et Mythologos. H.

*p. Orca barbari nominis*) In his, quae ab N. incipiunt, Neuriten Plinius non recenſet, memoratam ab Orpheo libro περὶ λίθων, ſicut nec in iis, quae a P. τὴν πετραίκην ab eodem Orpheo celebratam: et in iis, quae ab O. Omphacem, cuius meminit Theophr. lib. περὶ λίθων, niſi Botrytes, ab auctore deſcripta. *Dal.*

*Olca*) Sic Mss. Sic Iſidorus ipſe haec tranſſcribens, lib. 16. Orig. cap. 1. In editis, male, *Orca.* H.

*q. Ombria, quam aliqui notiam*) Ὀμβρία ab imbribus: ab humido Noto, Auſtroue, Νοτία appellata eſt. Hard.

*r. Orites*) Albertus tria deſcribit genera, primum rotundum ac nigrum: ſecundum viride, alba macula notatum: tertium colore ferri, aſperum altera parte, altera planum, prodigioſoſque tribuit effectus. *Dal.*

*Oritis*) Quod globoſa ſpecie montis effigiem referat, τοῦ ὄρους. Plura de ea vide apud Marbodeum cap. 47. Hard.

*s. Oſtracias, etc.*) Haec verbis totidem Iſidorus, lib. 16. Orig. cap. 14. Ὄστρακον oſtreorum teſtam Graeci dixere. H.

fragmentis eius. [1] Ostracitidi *t.* ostrea nomen et similitudinem dedere. Ophicardelon *v.* barbari vocant, nigrum [2] colorem binis lineis albis includentibus. De Obsidiano *x.* lapide diximus superiore libro. Inueniuntur et gemmae eodem nomine ac colore, non solum in Aethiopia Indiaque, sed etiam in [3] Samnio, vt aliqui putant *y.*, et in litoribus Hispaniensis Oceani.

LXVI. Panchrus *z.* fere ex omnibus coloribus constat. Pangonius *a.* non longior digito, ne crystallus videatur, numero [4] plurium angulorum [5] cauet. Paneros *b.* qualis sit, a Metrodoro non dicitur: sed carmen Timaridis reginae in [6] eadem *c.* dicatum Veneri non inelegans ponit, ex quo intelligitur [7] additam ei fecunditatem. Quidam hanc

K 5 panse-

1. *Ostraciti Gr. et Al.* 2. *colore.* M. 3. *Sanno.* M. 4. *plurimorum.* M. 5. *Sic ex Mss. H. cauetur Gr. et Al.* 6. *aede Veneris dicatum. V.* M. 7. *adiutam foecunditate.* M.

*t. Ostraciti ostrea nomen*) Nam ὄστρακον, ostreorum testam dixerunt. *Dal.*

*v. Ophicardelon*) Barbara, vt Plinius prodit ipse, vox: non originationis Graecae.

*x. De Obsidiano . . . .*) Libro 36. sect. 67. H.

*y. In Samnio, vt aliqui putant*) Xenocratem intelligit, quem clare testem eius rei appellauit, loco proxime citato. H.

*z. Panchrus*) Πάγχρυς, quasi *omnicolor.* Mendose *Pantheros* legitur apud Albertum, de mineral. pag. 235. et apud Marbodeum, cap. 49. H.

*a. Pangonius*) Παγγώνιος, omniangulus, ab omni parte angulos habens: cum sint tantum seni crystallo. H.

*b. Paneros*) Πανέρως, omni amore digna. H.

*c. In eadem*) In eadem gemma insculptum, dicatumque Veneri, nec inelegans: vnde intelligitur dotem ei gemmae aliquam ad fecunditatem inesse. H.

pansebaston *d.* vocant. Ponticarum *e.* plura sunt genera. Est stellata nunc sanguineis, nunc [1] auratis guttis, quae inter sacras *f.* habetur. Alia pro stellis *g.* eiusdem coloris lineas habet, alia montium conualliumque effigies. Phloginos *h.*, quem et chrysiten *i.* vocant, [2] ochrae Atticae assimilata *k.*, inuenitur in Aegypto. Phoenicitis *l.* ex balani simi-

1. *Sic ex* Mss. *H. conf. F. aureis* M. *atris Gr. et Al.*
2. *ostraciae assim.* M. *ostreae Gr. et Al.*

*d.* *Pansebaston*) Πανσέβαστον, omnino augustam. Mss. Reg. et Colb. *panebaston.* In Indice, *paederastos*, quod sincerius videtur. Hard.

*e.* *Ponticarum*) Nomen habent a Ponto, vnde aduehuntur. Haec quoque Solinus, cap. 13. p. 33. Harum icones Aldrouandus exhibet, lib. 4. de metall. cap. 878. Vide Notas et Emend. num. XXIX. (hic adi.) *Ponticarum plura sunt genera.* etc.) Prius legebatur, *atris guttis.* At Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. et alii, *auratis.* In quibusdam etiam *aureis.* Solinus hunc locum exscribens, cap. 13. pag. 33. *Mittit Pontus et gemmas*, inquit, *quas a patria Ponticas diximus, genere diuerso: quippe aliae aureas, aliae sanguineas habent stellas: et eae quidem inter sacras habentur, etc.* Isidorus item, lib. 16. Orig. cap. 12. *Ponticae a Ponto dicuntur: genere diuerso: nunc sanguineis, nunc auratis guttis micantes: aliae habentes stellas: aliae longis colorum ductibus lineatae.* Hard.

*f.* *Quae inter sacras*) Quoniam, vt Isidorus ait, lib. 16. Orig. cap. 14. *dicunt per eam interrogari daemones, et fugari.* H.

*g.* *Alia pro stellis*) Solinus, loc. cit. et Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 12. H.

*h.* *Phloginos*) Φλόγινος flammeum sonat, χρυσίτης auri colorem igneum. H.

*i.* *Chrysiten*) Ab auri colore igneo et flammeo. *Dal.*

*k.* *Ochrae Atticae assimilata*) Hoc est, sili Attico, de quo dictum est lib. 33. sect. 56. Prius legebatur, *ostreae Atticae*, ridicule. Mss. omnes, *ostraciae.* Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 4. mendose, *ocreae.* H.

*l.* *Phoenicitis*) Φοίνιξ palmulam quoque significat, hoc

ſimilitudine appellatur. Phycitis *m.*, algae. Perileucos *n.*, [1] fit ab ora gemmae ad radicem uſque candido deſcendente. Paeantides *o.*, quas quidam gemonidas vocant; praegnantes fieri et parere dicuntur, mederique parturientibus. Nam [2] tales *p.* in Macedonia iuxta monumentum Tireſiae inueniuntur, ſpecie aquae glaciatae *q.*

LXVII. Solis gemma *r.* candida eſt, et ad ſpeciem ſideris in orbem fulgentes ſpargit radios. Sagdam

1. *Sic ex Mss. H. filo ab ora gemmae. Alii V. filio gemmae. Alii V. filo ab ore gemmae Gr. et Al.* 2. *talis, etc. inuenitur, ſpecie glaciata. M.*

hoc eſt, palmae fructum, quem et balanum, ſeu glandem vocant. H.

*m. Phycitis*) Φῦκος, alga. Hard.

*n. Perileucos*) Περίλευκος, circumductum in orbem candorem indicat. H.

*o. Paeantides, quas quidam gemonidas vocant*) Lege: *Paeonides quas quidam encymonidas vocant, etc.* Salmaſ. p. 157. a.

*Paeantides*) Paeaniten lapidem appellat Solinus, cap. 9. pag. 27. Marbodeus, *Peaniten*, cap. 51. *Gignitur in Macedum regione lapis Peanites, Feminei ſexus referens imitando labores: Sed quibus ex cauſis dubium: nam tempore certo Concipit, et parit et parientibus auxiliatur, Vltima quas vexat dubii diſcriminis hora.* Mss. omnes, *Peantides.* Forte a Macedoniae regione Paeonia, *Paeonides* appellandae. Quod ad alterum nomen ſpectat, non *gemonidas* Mss. codices, tum hoc loco, tum in Indice, ſed *gaeanidas* repraeſentant. H.

*p. Nam tales*) Solinus, loco citato. H.

*q. Specie aquae glaciatae*) *Aquam glaciatam* intelligo, non externam gemmae ſpeciem, ſed foetum qui intus aluo continetur. *Dal.*

*r. Solis gemma*) Solinus, iiſdem verbis, c. 37. p. 67. et Iſidorus, lib. 16. Orig. c. 10. Photius, in Bibl. cod. CCLII. pag. 1065. ex Damaſcio: Ἀλίτην δὲ λίθον ἔλεγεν ἑωρακέναι, ἐχ οἷον οἱ πολλοὶ ἑωράκαμεν, ἀκτῖνας διαφαίνοντα ἀπὸ τῆ βάθες χρυσίτιδας· ἀλλὰ δίσκον ἡλιο-

[1] Sagdam *s.* Chaldaei adhaerescentem [2] nauibus inueniunt, prasini coloris. Samothracia insula eiusdem nominis gemmam dat nigram, ac sine pondere, ligno similem *t.* [3] Sauritin *v.* in ventre viridis lacerti arundine dissecti tradunt inueniri. Sarcitis *x.* bubulas carnes [4] repraesentat. Selenitis *y.* ex

1. *Sagadam. M.* 2. *nauibus habent. Inuenitur. V.* 3. *Saurina venae est terrae similis, hirundine dissecta. M.* 4. *Sic etiam V. praesentat Gr.*

ἡλιοειδῆ κείμενον μέσον τοῦ λίθου, σφαῖραν αὐτόθεν πυρὸς ὡς ἰδεῖν· ἀπ' αὐτῆς δὲ τὰς ἀκτῖνας ἐκθρώσκειν, ἕως ἐπὶ τὴν ἴτυν· εἶναι γὰρ σφαιροειδῆ καὶ ὅλον τὸν λίθον. *Solarem etiam lapidem* ait *se vidisse, non qualem multi vidimus, radios ex se se aureos emittentem; sed Solis effigie discum in medio lapide esse, et inde globum ignis videri, ab eoque radios exsilire usque ad circumferentiam: esse enim globosum integrumque lapidem.* H.

*s. Sagdam Chaldaei*) De Sagda vide non inelegantes Marbodei versus, Solinum c. 50. Albertum, et Vincentium. *Dal.*

*Sagdam*) De sagda multo plura Solinus, cap. 37. pag. 65. et Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 7. Marbodeus, c. 58. *Difficilis gemmas super omnes Sagda repertu. Est autem morsu naui sic fixa tenaci, Quod nequit abrasa ligni sine parte reuelli. Huic* *prasinus color est: regio, Chaldaica tellus.* Prasinus color idem, qui porraceus, viridisque: πράσινος. H.

*t. Ligno similem*) Suum anthraciten Theophr. lib. περὶ λίθων cum ligno putri comparat. *Dal.*

*v. Sauriten*) Habet a lacerto nomen, quem σαῦρον vocant. H.

*x. Sarcitis*) ἀπὸ τῆς σαρκὸς, a carne nomen. H.

*y. Selenites*) Σεληνίτην dictum vult Dioscorid. non quod imaginem Lunae contineat, sed quod adlucente Luna, ἐν τῇ τῆς σελήνης παραυγάζει, media nocte ac intempesta reperitur. *Dal.*

*Selenitis*) Σεληνίτις, a Luna, quae Graece σελήνη. Refert haec iisdem verbis Augustinus, lib. 21. de Civit. Dei, cap. 5. Solinus, cap. 37. pag. 67. Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 10. Marbodeus, cap. 57. Priscianus in Periegesi, pag. 393. *Atque*

ex candido translucet melleo fulgore, imaginem Lunae continens, redditque eam in dies ſingulos, creſcentis minuentiſque [1] numeris: [2] naſcitur in Arabia z. Sideritis a. ferro [3] ſimilis, litigio illata diſcordias facit: quaeque naſcitur in Aethiopia Sideropoecilos, ex ea fit b., variantibus guttis. Spongitis ſpongiae nomen repraeſentat. Synodontitis

1. *Sic etiam M. numero Gr.* 2. *Sic ex* Mss. *H. conſ. M. F. naſcique putatur Gr. et Al.* 3. *ſimilis etiam litigio interlata. M. ſimilis, illata litigia et diſcordias facit. V.*

*que Selenites, lunaris imagine lucis, Qui decus et minuit proprii ſplendoris, et auget.* De lapide ſelenite, Dioſc. lib. 5. cap. 159. ſed oratione perobſcura, atque, vt quidem ſuſpicamur, mutila. Photius, in Bibl. cod. CCXLII. pag. 1065. ex Damaſcio: Καὶ δὴ Σεβῆρος, ἀνὴρ τῆς Ῥώμης Πατρίκιος, ἄλλα τε διηγεῖτο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συνδιαιτώμενος, καὶ ὅτι λίθον ἐθεάσατο, ἐν ᾧ Σελήνης ἐγίνετο σχήματα μεταμορφουμένης παντοῖα μὲν, ἄλλοτε δ' ἄλλα πρὸς ἥλιον αὐξομένης καὶ μειουμένης, καὶ ἐνόντα τῷ λίθῳ αὐτὸν τὸν ἥλιον· ὅθεν ἡ Φήμη τοὺς τοιούτους λίθους καλεῖ συνοδίτας. *Seuerus Patricius Romanus tum alia multa narrabat, dum Alexandriae degeret, tum ſe vidiſſe lapidem, in quo Lunae effigies eſſent, varie formam mutantis, ad Solem creſcentis, minuentiſue: et in eodem lapide Sol inerat: quare ii lapides Synoditaé vocati,* quaſi comites viae. Συνοδικὴ σελήνη, Luna coïens eſt. Apud Photium alia eiuſmodi vide. Hard.

z. *Naſcitur in Arabia)* Iſidorus, et Marbodeus, locis citatis, *in Perſide.* H.

a. *Sideritis)* Σιδηρῖτις a colore ferri. Solinus, cap. 37. pag. 67. *Siderites a contemplatione ferri nihil diſſonat: verum maleficus quoquo inferatur, diſcordiam excitat.* Sic et Iſidorus, lib. 16. Orig. cap. 14. H.

b. *Sideropoecilos, ex ea fit)* Hoc eſt, ſideritis alias quidem perſimilis eſt, ſed praeterea variis eſt aſperſa guttis, vnde nomen σιδηροποικίλος. H.

tis *c.* e cerebro piſcium eſt, qui ſynodontes *d.* vocantur. [1] Syrtides *e.* in litore Syrtium, iam quidem et in Lucania inueniuntur, e melleo colore croco refulgentes: intus autem ſtellas continent languidas. Syringitis *f.* ſtipulae internodio ſimilis *g.*, perpetua fiſtula cauatur.

LXVIII. [2] Trichrus *h.* ex Africa nigra eſt, ſed tres ſuccos reddit, a radice [3] nitrum, medio ſangui-

1. *Sic ex Mss. H. M. Syrtitae Gr. Syrtites Al.* 2. *Trichius.* M. *fortaſſis, Trichilus.* 3. *Sic etiam* M. *nigrum, medio ſanguineum, ſummo candidum. Gr. et Al.*

c. *Synodontites*) Tales ſunt qui et in coracinorum et vmbrarum piſcium capitibus reperiuntur, quos ad regium morbum, colicos ac nephriticos dolores prodeſſe vulgus credit. *Dal.*

d. *Qui ſynodontes*) Συνόδοντες Graecis poëtis apud Athenaeum, lib. 1. pag. 5. et lib. 7. pag. 322. Denticem Latine Gaza reddidit. Et denticem certe piſcem cum aurata et mugile laudat Apicius, lib. 4. cap. 2. pag. 17. Italis *Dentale*: Maſſilienſibus *Dente*: in Gallia Narbonenſi, *Marmo*. Sic Rondeletius, lib. 5. cap. 19. apud quem iconem piſcis huius vide. H.

e. *Syrtides*) Solinus, cap. 2. pag. 16. et Iſidorus, lib. 16. Orig. cap. 13. totidem verbis. In Indice *Syrtitis.* H.

f. *Syringitis*) Quidquid fiſtuloſum eſt et cauernoſum, σύριγγα Graeci nuncupant. H.

g. *Stipulae internodio ſimilis*) Dentalem vocant pharmacopolae. *Dal.*

h. *Trichrus*) Τρίχρους a triplici ſucco, ſeu colore. Vide Notas et Emend. num. XXX. (hic poſ.) *Trichrus ex Africa etc.*) Prius legebatur, *a radice nigrum, medio ſanguineum, ſummo candidum.* Nos ſincera fide totidem ſyllabis apicibuſque locum repraeſentamus, quot ſunt in Mss. Reg. 2. Colb. 3. vet. Dalec. aliiſque. Adiuvat ex parte Iſidorus, lib. 16. Orig. cap. XI. *Tricuus,* inquit, (lege *Trichrus*) *ex Africa nigra eſt: ſed tres ſuccos reddit: a radice nigrum,* (ſcribe *nitrum:*) *medio ſanguinem:*

sanguinem, summo ochram. Telirrhizos *i.* cinerei coloris aut rufi, candidis radicibus spectatur. Telicardios colore cordis. [1] Persas, apud quos gignitur, magnopere delectat: [2] muchulam appellant. Thracia *k.* trium generum est, viridis, [3] aut pallidior, tertia sanguineis guttis. Tephritis *l.* [4] nouae Lunae speciem habet curuatae in cornua, quamuis cinerei coloris. Tecolithos *m.* [5] oleae nucleus

1. *Persae ap. quos gig. eo magnifice delectati. Maculam ap. Tragia trium.* M. 2. *maculamque Gr. et Al.* 3. *ac. V.* 4. *nouem Lunae species habet, et curvata cornua.* M. 5. *Sic ex Mss. H. oleae nucleo similis videtur Gr. et Al.*

*guinem: e summo ocreae,* (lege *ochrae.*) H.

*i. Telirrhizos*) Τελίῤῥιζος, quasi perfecta radix. Τελικάρδιος a similitudine cordis absoluta. Persae barbarico nomine muchulam (sic enim ex Indice rescribendum, pro *maculam*) appellabant. H.

*k. Thracia*) Sic libri editi hactenus, et Index ipse. At Mss. hoc loco *Tragia*, a τράγος, quae vox hircum sonat. H.

*l. Tephritis*) A colore cinereo: τέφρα Graece cinis. Hard.

*m. Tecolithos oleae nucleo similis videtur*) Lege: *Tecolithos oleae nucleus videtur, neque est ei gemmae honos; sed vngentium calculos frangit pellitque.* Vide Salmas. pag. 712. a. b.

*Tecolithos*) Τηκόλιθος, ab attenuandis in vesica calculis, παρὰ τὸ τήκειν τὰς λίθους. Lapidem Iudaicum appellant, Dioscorides, lib. 5. cap. 155. Aëtius, lib. 2. cap. 19. aliique. Vide Notas et Emend. num. XXXI. (hic add.) *Tecolithos oleae nucleus etc.*) Sic Mss. omnes, Reg. Colb. vet. Dalec. aliique: a quibus discedunt libri hactenus vulgati, in quibus *oleae nucleo similis*, et mox, *sed lingentium* legebatur. Equidem non eo inficias, tritum hunc lapidem, potumque, prodesse calculosis, cum id diserte proditum a Dioscoride intelligam, lib. 5. cap. 155. a Solino, c. 37. pag. 67. Alberto M. de mineral. pag. 229. Marbodeo, lib. de lapid. pret. c. 60. Prisciano in Periegesi, pag.

nucleus videtur: neque est ei gemmae honos, [1] sed vnguentium calculos frangit pellitque.

LXIX. Veneris [2] crinis *n.* nigerrimi nitoris continet speciem rufi crinis. Veïentana *o.* Italica gemma est, Veïis reperta, nigram materiam distinguente limite albo.

LXX.

1. *Sic etiam* M. *sed aegre meientium V. sed fumentium, Alii V. sed lingentium Gr. et Al.* 2. *Sic ex Mss. H. conf.* M. *F. Veneris crines . . . continent in speciem Gr. et Al.*

pag. 393. aliisque: et linctu, siue in ecligmate sumpta medicamenta complura auxiliari aegris scio. Verum hoc loco, aut lingi commode dictum a Plinio, quod tritum hauriri potu oporteat, aut non *vnguentium*, quod Mss. omnes prae se ferunt, defendi oportere, id vero nego. Secutus enim Necepson refert Aëtius, lib. 2. de re med. cap. 19. pag. 51. tecolithum lapidem, quem et Iudaïcum, et Syriacum appellat, tritum potumque ex aqua calida renum quidem calculos pellere: sed ad vesicae calculos inutile esse: subactum tamen ex aqua ad glutini consistentiam, atque abrasis pilis pubi applicatum, frangere ac comminuere ipsos vesicae calculos. Sic ille ex Mss. Graeco: Ἔστι δὲ τῶν ἐν νεφροῖς συνισταμένων λίθων δραστήριος, ἀνιέμενος ἐπ' ἀκόνης, καὶ ποτιζόμενος δι ὕδατος θερμοῦ. ἐπὶ δὲ τῶν ἐν κύστει λίθων οὐδὲν ἰσχυρὸν ἀνύει· ὁ δὲ Νεκεψὼ φησι, περὶ τὴν κύστιν καὶ τὸ αἰδοῖον καταχρίε, καὶ τήκει τὸν λίθον τὸν ἐν τῇ κύστει. H.

*n. Veneris crines, nigerrimi nitoris*) Lege: *Veneris crinis, nigerrimi nitoris continet in se speciem rufi crinis.* Salmas.

*Veneris crinis*) Solinus, cap. 37. pag. 67. *Veneris crinis nitet nigro, internis ductibus ostentans ruforum crinium similitudinem.* Isidorus, lib. 16. Orig. cap. XI. totidem litteris atque apicibus Plinium transscripsit. In Indice, *Veneris crines.* H.

*o. Veïentana*) Iisdem verbis Solinus, cap. 2. pag. 16. Pro limite albo Isidorus, loc. cit. dixit *albas intermicantes notas*, minus recte. H.

LXX. Zanthenem in Media nasci Democritus tradit, electri colore, et si quis terat in vino palmeo, et croco, cerae modo [1] lentescere, odore magnae suauitatis. [2] Zmilampis *p.* in Euphrate nascitur, Proconnesio marmori similis, medio colore glauco. Zoranisceos *q.* in Indo flumine nascitur: Magorum gemma esse narratur: neque aliud amplius de ea.

LXXI. (XI.) Est etiamnum alia distinctio, quam equidem fecerim, subinde variata expositione. Siquidem a membris [3] corporum habent nomina: [4] hepatitis *r.* a iocinere: steatitis singulorum animalium adipe numerosa. Adadunephros *s.*, [5] eiusdem

1. *lentescentem. V.* 2. *Sic etiam F.* M. *Zmilaces . . . Zoronisios Gr. et Al.* 3. *Sic ex Mss. H. conf.* M. *corporis Gr. et Al.* 4. *Sic ex* Mss. *H. Hepatites Gr. et Al.* 5. *eiusdem oculus dicitur: Deus et hic colitur Syris. Gr. et Al. et eiusdem V.*

*p. Zmilampis*) Sic Mss. omnes, Reg. 2. Colb. 3. Fux. vet. Dalec. etc. Solino tamen, cap. 37. pag. 66. *Zmilanthis.* Isidoro, lib. 16. Orig. cap. 14. *Zmilianicius.* Libri hactenus vulgati, *Zmilaces.* H.

*q. Zoranisceos*) Sic Mss. modo citati. Index, *Zoramea*, et *Zoronisceos.* H.

*r. Hepatitis*, etc.) Ἧπαρ iecur, στέαρ adipem sonat. Hard.

*s. Adadunephros*) *Adu nephros, a renibus. Deus hic colitur a Syris: iidem Theudactylum digitum Dei vocant.* Ex Mss. et vetust. quorundam sententia locus hic sic restituendus. Vetust. habet, *Adu nephros: eiusdem Theudactylus hic et a Syris colitur.* At Mss. *Adu nepros, eiusdem oculus, digitum Dei, et hic a Syris colitur.* Ego vero lego, *Adad nephros, hic Aegyptiis colitur. Eiusdem Theudactylus.* Adad Assyriis summus Deus. Nomen id vnum significat: Solem esse Macrobius interpretatur. Huic Adargatin subiiciunt, id est, Tellurem. Vide Gyraldum. *Adadunephos eiusdem oculus nomina-*



*tur*)

dem oculus, ac digitus Dei: et hic colitur [1] a Syris. Triophthalmos *t.* cum onyche nascitur, tres hominis oculos simul exprimens.

LXXII. Ab animalibus *v.* cognominantur, carcinias

1. *Sic etiam M.*

*tur*) Fuit autem Adadus vnus e priscis illis Syrorum regibus, cuius sacra Hebraeorum historia meminit. Hunc Syri ob merita consecratum in caelitum numerum retulerunt, diuinisque honoribus ceu peculiare suae gentis numen, usque ad Plinii tempora colere perseuerarunt. *Gel.* Legend. *Adadu nephros*, *eiusdem oculus et digitus Dei. et hic colitur a Syris.* Salmas. 350. b.

*Adadunephros*) Tergeminam hoc loco gemmam intelligimus: Ἀδάδȣ νεφρὸν, Ἀδάδȣ ὀφθαλμὸν, Ἀδάδȣ δάκτυλον, *Adadi renes*, *Adadi oculum*, *Adadi* denique *digitum.* Fuit autem Adadus vnus e priscis illis Syrorum regibus, cuius sacra Hebraeorum historia meminit. Hunc Syri ob merita consecratum in caelitum numerum retulerunt. Immo Iouem ipsum, Solemue ab Assyriis eo signari nomine, auctor est Macrobius, lib. I. Saturnalium, cap. 18. Etiam et Phryges, si fides Hesychio, diuinis eum honoribus coluere: Ἀδαδὲς θεός τις παρὰ Φρυξὶ καλεῖται, ἑρμαφρόδιτος. Vide Notas et Emend. num. XXXII. ( hic pos. ) *Adadunephros*, etc.) Prius legebatur corruptissime: *Adadunephros eiusdem oculus dicitur: Deus et hic colitur Syris.* Sic triplex gemma in vnicam conflabatur. In Reg. 2. *eiusdem oculus, digitus Dei, et hic colitur a Syris.* Nos adiecta vocula *ac*, suum Plinianae orationi nitorem sensumque reddidimus. Sic et Indicem huiusce loci refinximus, *Adadunephros. Adaduophthalmos. Adadudactylos*: cum in Mss. legeretur admodum vitiose, *Adaduenepros*, *Adaduophthalmos*, *Adaduosoculus.* H.

*t. Triophthalmos*) Marbodeus in suo poëmate Ophthalmium nominare videtur. *Dal.*

*v. Ab animalibus*) Quorum haec videlicet nomina: Καρκῖνος cancer. Ἔχις vipera. Σκόρπιος scorpius. Σκάρος scarus. Τρίγλα mullus. Αἴξ capra. Γέρανος grus. Ἱέραξ

cinias marini cancri colore, echitis *x.* viperae, scorpitis *y.* scorpionis aut colore, aut effigie *z.*: scaritis scari piscis, triglitis mulli, aegophthalmos *a.* caprino oculo: [1] item alia suillo *b.*: et a gruis collo *c.* geranitis, hieracitis accipitris. Aëtitis a colore aquilae [2] candicante cauda *d.* Myrmecitis *e.* innatam repentis formicae effigiem habet, scarabaeorum cantharias. Lycophthalmos *f.* quatuor est colorum, ex rutilo [3] sanguinea: in medio nigrum candido [4] cingitur, vt luporum oculi, illis per



1. *hemalia. M. fortassis, hyalia, ἀπὸ τῆς ὕ'ς.* 2. *candidata. M. leg. candida.* 3. *sanguineo. M.* 4. *cingit. M.*

ῥαξ accipiter, etc. Carciniae lapidis meminit Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 14. Echitae Solinus, cap. 37. p. 67. *Echites vipereas habet maculas*; et Isidorus, loc. cit. vbi et scorpitae mentio. H.

*x. Echites*) Ophites Dioscorid. *Dal.*

*y. Scorpites*) Scorpion vocat Orpheus lib. περὶ λίθων. *Dal.*

*z. Aut colore, aut effigie*) Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 14. *et colore et effigie.* H.

*a. Aegophthalmos*) Isidorus, loc. cit. H.

*b. Item alia suillo: et a gruis*) Hyophthalmos. *Dal.* *Item alio suillo*) Ὑόφθαλμος. H.

*c. Collo geranites*) Leg. *colore.* Sic legendum esse verba sequentia ostendunt. In accipitris enim colore Hieraticis similitudinem intelligimus, vt antea dixit, non in collo. *Dal.*

*A gruis collo*) Sic libri omnes. Rectius tamen forte *colore*, nisi colli ipsius colorem intelligas, quod sane verum videtur. H.

*d. Aquilae candicante cauda*) E secundo aquilarum genere, de quo Plinius lib. 10. sect. 3. vbi de aquilis: *Secundi generis est pyrargus, albicante cauda.* H.

*e. Myrmecitis*) Μύρμηξ formica est, κάνθαρος scarabaeus. De myrmecite lapide totidem verba facit Solinus, cap. 37. pag. 97. et Isidorus, lib. 16 Orig. cap. 14. H.

*f. Lycophthalmos*) Isidorus, loc. cit. Λυκόφθαλμος;

per omnia similis. Taos *g.* pauoni est similis, [1] item aspidi, quam vocari [2] chelidoniam inuenio *h.*

LXXIII. Arenarum *i.* similitudo est in hammochryso, velut auro arenis mixto. Cenchritis *k.* milii granis velut sparsis. [3] Dryitis [4] e truncis arborum: haec et ligni modo ardet. Cissitis in candido [5] perlucet ederae [6] foliis, quae totam tenent. Narcissitis *l.* venis [7] et odore distincta. Cyamea nigra est, sed fracta [8] ex se fabae similitudinem parit. [9] Pyren ab oliuae nucleo dicta est: huic aliquando inesse piscium spinae videntur. [10] Chalazias grandinum

1. *et testudini quam vocant cheloniam. Rerum. V.* 2. *Aspiditen. Alii V.* 3. *Sic ex* Mss. *H. Dryites . . . Cissites Gr. et Al.* 4. *e, in V. d. Dendrites truncis. F.* 5. *Sic ex Mss. H. cons.* M. *V. collucet Gr. et Al.* 6. *flosculis. V.* 7. *Sic etiam M. venis etiam ederae dictincta Gr. et Al.* 8. *fresae. V.* 9. *Pyrene. M.* 10. *Chalaziae grandinum candorem et figuram et adamantinam duritiem inesse narrant: etiam igni addito. M. Leg. in ignem inditae. Pro, candorem, colorem Gr. et Al.*

μος, oculus lupi intelligitur. H.

*g. Taos*) Isidorus, loc. cit. Graece ταώς pauonem sonat. H.

*h. Quam vocari Chelidoniam inuenio*) Non habent has voces Mss. codices, quos inspeximus. H.

*i. Arenarum*) Iisdem ferme verbis Solinus, cap. 37. pag. 67. et Isidorus, lib. Orig. cap. 14. H.

*k. Cenchritis*, etc.) Κέγχρος milium est. Δρῦς quercus, vnde gemma δρυΐτις. Sed libri quidam *Dendritis* a δένδρον, hoc loco habent. Κισσὸς edera. Κύαμος faba. Πυρὴν, seu πυρήνη, oliuae nucleus, etc. In quibusdam Mss. *Pyrene.* H.

*l. Narcissitis*) Ἀφεγγέα ναρκισσίτην dixit Dionysius de situ orbis. *Dal.*

*Narcissitis venis et odore*) Narcissi videlicet. Dionysius in Perieg. vers. 1031. ἀφεγγέα ναρκισσίτην vocat. Prius legebatur, *Venis etiam ederae*, contra omnium codicum fidem. H.

dinum [1] et candorem *m.* et figuram habet, adamantinae duritiae. Narrant etiam in ignem additae manere suum frigus: Pyritis *n.* nigra quidem, sed attritu digitos adurit. Polyzonos nigra multis zonis candicat. Astrapiae *o.* in [2] nigro aut cyaneo, discurrunt e medio fulminis radii. In [3] phlogitide *p.* intus ardere quaedam videtur flamma, quae non exeat. In [4] anthracitide *q.* scintillae discurrere aliquando videntur. Enhydros *r.* semper rotundita-



tis

1. *figuram et candorem.* F. 2. *Sic ex* Mss. *H. conf.* F. *nigro Gr. et Al.* 3. *Sic ex Mss. H. phlegontide Gr. et Al.* 4. *Anthracite scin. discurrunt aliquando et nigrae.* F. M.

*m.* *Chalazias grandinum*) Leg. *Chalaziae figuram grandinum, etc.* et mox: *etiam igni addito,* recte. id est, Chalaziae in ignem addito. Vide *Salmas.* p. 718. a.

*Chalazias grandinum et candorem*) Sic Mss. omnes, non *colorem.* Sic et Solinus, cap. 37. pag. 67. et Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 10. et Marbodeus, cap. 18. Albertus denique, de mineral. pag. 232. H.

*n.* *Pyritis*) Ab igne, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, quod ignis instar urit. Priscianus in Periegesi, pag. 393. *Necnon pyrites, digitos qui strictus adurit.* Meminere Isidorus, lib. 16. Orig. cap. XI. Marbodeus, cap. 50. Solinus, cap. 37. pag. 67. *Pyrites fulvus est* (lege *furuus*) *tenerique se vehementius non permittit: ac si quando arctiori manu premitur, digitos adurit.* H.

*o.* *Astrapiae*) Ἀστραπίαι ab ἀστραπῇ, coruscatione, sive fulgetro. H.

*p.* *In Phlegontide intus ardere*) Lege: *In Phlogitide intus etc.* ἡ Φλογῖτις gemma. Et ante pro *Astrapiae* leg. *Astrapaeae.* Vide Sal. p. 770. a.

*In Phlogitide*) Solinus, cap. 37. pag. 67. *Phlogites ostentat intra se quasi flammas aestuantes.* Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 13. *Phlogites ex Perside est, ostentans intra se quasi flammas aestuantes, quae non exeant.* Φλὸξ Graecis flammam sonat. H.

*q.* *In anthracidite*) Ἄνθραξ est Graece carbo. Solinus, cap. 37. pag. 67. *Anthracias coruscat velut scintillantibus stellis.* H.

*r.* *Enhydros*) In viridi coloris solo lineis subtilibus capillos imitatur. Ridicule

et

tis absolutae, in candore [1] est laeuis, sed ad motum fluctuat intus in ea veluti in ouis liquor. Polytrichos *s.* in viridi capillatur, sed defluuia comarum facere dicitur. Sunt et a leonis pelle et pantherae nominatae, leontios, pardalios *t.*: colos appellauit chrysolithum aureus, chrysoprasum herbaceus, melleus [2] melichrota: quamuis plura eius genera sint. [3] Melichloros *v.* est geminus, parte flauus, parte melleus: [4] Crocia *x.* Croci: Polia *z.*, cani-

1. *Ita Mss. ap. H. sed in ouis legi visum est satius Harduino. nouus liquor* M. *veluti oui V. est leuis... veluti in ouis liquor. Polytrix Gr. et Al.* 2. *melichron, quamuis plura genera melichrorum sint.* M. 3. *Sic ex* Mss. *H. Melichloros geminus V. Melichloron Gr. et Al.* 4. *Sic ex* Mss. *H. Crocias acropolita canitiem V. Crociam Gr. et Al.*

et inepte coactor dictionarii Roberti Stephani explicat, *in virentis aetatis homine capillos* renasci facit. *Dal.*

*Enhydros*) Ἔνυδρος, aquosus, madidus. Nomen ex argumento. Vide Notas et Emendation. num XXXIII. (hic adi.) *Enhydros semper etc.*) Sic libri omnes editi. At in Mss. Reg. 2. Colb. 3. vet. Dalec. ceterisque, *nouus liquor.* Et sane nihil de ouo Solinus, cap. 37. pag. 67. *Enhydros exsudat*, inquit, *vt clausam in eo putes fontaneam scaturiginem.* Nihil Isidorus, qui Solinum exscripsit, lib. 16. Orig. cap. 13. Nihil denique Marbodeus, lib. de lapid. pret. cap. 28. H.

*s. Polytrix in viridi capillatur*) Pantherus, ex Marbodeo in suo poëmate. *Dal.*

*Polytrichos*) Πολύτριχος, quasi capillosa gemma. H.

*t. Pardalios*) Enhydron dici vult Albertus, et eius auctoritate nimium fisus Marbodeus, quod aqua stillet ex eo perpetuo. *Dal.*

*v. Melichloros*) Μελίχλωρος geminos in se colores colligit, μελιχρὸν videlicet, melleum, et χλωρὸν flauum seu luteum. Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 7. *Melichloros est bicolor*, etc. H.

*x. Crocia*) Κρόκος crocum, πολιὸς canum, πολιότης canitiem sonat. De spaito diximus, lib. 19. sub initium. Glossae: Σπαρτοπόλιος,

canitiem quamdam [1] sparti indicat: eamdem duriorem, nigra spartopolios. Rhoditis *a.* [2] a rosa est. [3] Melitis, mali coloris. Chalcitis, [4] aeris. [5] Sycitis, fici. Ratio nominum non est [6] in Borsycite *b.*, in nigro [7] ramosa, candidis aut sanguineis frondibus: nec [8] Gemite *c.*, velut in petra candidis manibus inter se complexis. Ananchitide *d.* [9] in hydromantia



1. *Sardi. F. Cardul. Constant. Sardae inducit.* M. *sparsa ind. V.* 2. *rosae. V. rosei est. Alii: est, in V. d. et sane redundat.* 3. *Sic ex* Mss. *H. Melites Gr. et Al.* 4. *aerei.* M. 5. *Sic ex Mss. H. Sicites Gr. et Al.* 6. *in bis. Borsycite.* M. *in Borosycite. Tu Bostrychite. Dal.* 7. *ramo. F.* 8. *gemite petra velut cand. V.* 9. *qua in hyd. V.*

λιος, *incanus.* Usus ea voce et Pollux, lib. 4. H.

z. *Polia*) Leg. *Polia can. quand. inducit sardio, eandem rariorem nigro, sparto polios.* Polia gemma est, quae radicem vel fundum habet colore sardii vel sardae gemmae, id est, rubrum, cui inducta est canities quaedam. vnde et *polia* dicta. nam πολιὰ est canities. Et quid σπαρτοπόλιος. Vide *Salmas.* p. 766. b.

*a. Rhoditis*) Rhoditis a ῥόδον, melitis a μῆλον, a χαλκὸς chalcitis, a σύκον, hoc est, a fico, sycitis. H.

*b. In Borsycite*) Et borsyciten et gemiten, barbara esse vocabula indicat. *Borsycitis*, quasi *Borosycitis* dici vult Turnebus, lib. I. Advers. cap. 17. pag. 18. H.

*c. Nec gemite*) Turnebus emendat *gamite*, vel *gamitide*, quod Constantinus non probat. Esset enim ratio nominis ἀπὸ τῦ γάμυ, a nuptiis ducta, quod auctor negat. *Dal.*

*d. Ananchitide*) Ananchitis Turnebo ἀπὸ τῆς ἀνάγκης, id est a necessitate dicitur: vt *synochitis*, a continendo. *Dal. Ananchitide in hydromantia, etc.*) Puto verius scribi *Anagogitide.* Ἀναγωγῖτις, ἀπὸ τῦ ἀνάγειν ab euocandis Deorum manium imaginibus: vt συνοχῖτις, a retinendis quae euocatae sunt. Legend. etiam, *in Necromantia*, pro *hydromantia.* Vide *Salmas.* p. 1091. b.

*Ananchitide*) Sic Isidorus, lib.16. Orig. cap.14. inter superſti-

mantia *e.* dicunt, euocari imagines deorum *f.*: Synochitide [1] vmbras inferorum euocatas teneri: Dendritide *g.* alba [2] defossa sub arbore, quae caedatur, securis aciem non hebetari. Et sunt multo plures, magisque monstrificae, quibus barbari dedere nomina, confessi lapides esse. Nobis satis erit in his coarguisse [3] dira mendacia.

LXXIV. (XII.) Gemmae nascuntur et repente nouae *h.*, ac sine nominibus: vt [4] Lampsaci in metallis aurariis vna inuenta, quae propter pulcritudinem Alexandro regi missa fuit, vt auctor est Theophrastus *i.* Cochlides *k.* quoque nunc [5] vulgatissi-

1. *qua vmbras.* *V.* 2. *qua def. sub arb. quae caeditur.* *V.* 3. *illorum.* *V.* 4. *Lamps. vnam inuenio in met. aur. repertam, quae, etc. Alex. remissa sit.* M. 5. *vulgatae famae.* *F.*

perstitiosas gemmas: *Anancbitide in Necromantia daemonum imagines euocare dicuntur: Synocbitide vmbras inferorum euocatas tenere dicuntur.* Turnebus, lib. I. Aduers. cap. 17. pag. 18. mauult *Anancitide*, ab ἀνάγκη legi, hoc est, a necessitate: vt συνοχίτις a continendo. Salmasius in Solinum, pag. 1091. Ἀναγωγῖτιν ἀπὸ τȣ̃ ἀνάγειν. H.

*e. In hydromantia*) Sic Mss. omnes. Isidorus, *necromantia.* H.

*f. Imagines deorum*) Manium videlicet, siue inferorum. H.

*g. Dendritide*) Δένδρον arbor est: inde gemma δενδρίτις. H.

*h. Gemmae nascuntur et repente nouae*) Lege: *Gemmae nascuntur et repente nouae, ac sine nominibus, vt ecce Lampsaci vnam inuenio in metallis aurariis repertam.* Salmas. 1108. b.

*i. Theophrastus*) Nunc legitur in libro περὶ λίθων. Ἐν Λαμψάκῳ δὲ ποτ' ἐν τοῖς χρυσίοις, εὑρέθη θαυμαστὴ λίθος, ἐξ ἧς ἀνενεχθείσης πρὸς σφῦραν, σφραγίδων γλαφυρὸν ἀνεπέμφθη βασιλεῖ διὰ τὸ περιττόν. *Ac Lampsaci*, inquit, *in aurifodinis inuenta est aliquando gemma admiranda, ex qua,*

gatissimae, fiunt verius, quam nascuntur: in Arabia repertis ingentibus glebis, melle excoqui tradunt septenis diebus noctibusque sine intermissione: ita omni [1] terreno *l.*, vitiosoque decusso, purgatam puramque glebam, artificum ingenio varie distribui in venas, ductusque macularum, quam maxime vendibili ratione [2] sectantium *m.*: quondamque tantae magnitudinis [3] fecere, vt equis regum in Oriente [4] frontalia *n.*, atque pro phaleris pen-

L 5 silia

1. *terrae puluere decusso.* F. *ter. vitiosoque puluere decusso.* M. 2. *secantium.* V. 3. *fuere.* V. 4. *phaleras facerent.* F.

*qua, cum ad malleum relata esset, sigillum sculptile missum est regi, propter praestantiam.* H.

*k. Cochlides)* Cochlidibus dissimiles non sunt conchides, Megaris vbiuis in lapicidinis obuii, aliis molliores, insignite candidi, conchulis marinis pleni, auctore Pausania lib. I. Cochlides in lapicidinis Lugduno propinquis frequenter inueniuntur compressae cochleae similes, multis spiris flexuosae, saxo inclusae, amplae, ponderosae, visenda et admiranda in iis formandis naturae solertia: In iisdem lapicidinis ad pagum diui Cyriaci et Romani conchides reperiuntur, quales Pausanias describit. Alexander Neapolitanus cap. 9. lib. 5. Genial. dierum scribit in montibus Calabris procul a mari versicoloris se marmoris frustum vidisse, in quo multiplices conchae congestae et concretae coaluerant, osseae potius quam lapideae, etiam cum marmor dissecaretur, intus delitescentes. Cochlidis id genus est. *Dal.*

*Cochlides)* Κοχλίδες, a similitudine cochlearum. H.

*l. Terreno)* Terreno *puluere adhaerescente.* H.

*m. Sectantium)* Forte *secantium*, hoc est, polientium. H.

*n. Frontalia)* Ornamenta equorum fronti, siue elephantorum, imponi solita. Occurrit vox ea et apud Liuium. In Mss. Reg. Colb. et Fux. haec breuius, *vt equis regum in Oriente phaleras facerent.* Sunt autem phalerae, quaeuis equorum ornamenta. H.

silia facerent. Et alias omnes [1] gemmae mellis decoctu nitescunt, praecipue Corsici: in omni alio vsu [2] acrimoniam abhorrentes *o*. Quae variae sunt, et ad nouitatem accedere calliditate ingeniorum contigit, [3] vt nomen vsitatum non habeant, physes *p*. appellant, velut ipsius Naturae admirationem in iis [4] venditantes, cum finis nominum non sit; quae persequi non [5] equidem cogito, [6] innumera ex Graeca vanitate conficta. Indicatis nobilibus gemmis, [7] etiam plebeïis rariorum generum, dictu dignas distinxisse satis erat. [8] Illud modo meminisse conueniet, increscentibus varie maculis ac verrucis, linearumque interueniente multiplici ductu et colore, mutata saepius nomina in eadem plerumque materia.

LXXV. Nunc communiter ad omnium gemmarum [9] obseruationem pertinentia dicemus, opiniones secuti auctorum. Cauae aut extuberantes viliores videntur aequalibus. Figura oblonga maxime probatur; deinde quae vocatur lenticula *q*.: postea

1. *gemmae decoctae.* M. 2. *Sic etiam F. acriora Gr. M. varie ad nov. acc. cal. ing. contingit.* M. 3. *si. F. V.* 4. *vendentes.* M. 5. *quidem.* M. 6. *innumeris et Gr. van. confictis. V.* 7. *immo etiam plebeis rariorum gen. dignas distinxisse satis erit. Illud modo memin. F.* 8. *Sic ex Mss. H. conf. F.* M. *Illud vero . . . mutari Gr. et Al.* 9. *Sic ex* Mss. *H. conf.* M. *obseruationes Gr. et Al.*

o. *Acrimoniam abhorrentes*) Sic Mss. omnes. Editi, *acriora acrimoniam.* H.

p. *Physes*) Φύσεις, naturas, seu naturae opera. H.

q. *Lenticula*) An a similitudine lentis aliqua? an ab affinitate cum vasis genere quodam, quod et lenticula appellatur, a figura lentis? H.

postea [1] cycloïdes *r.* et rotunda: angulosis autem [2] minima gratia. Veras a falsis *s.* discernendi magna difficultas: quippe cum inuentum sit, [3] ex veris gemmis *t.* in alterius generis falsas traducere. Sardonyches [4] e ternis *v.* glutinantur gemmis, ita vt deprehendi ars non possit: aliunde nigro, aliunde

1. *clypeidos Gr. et Al.* 2. *Sic ex* Mss. *H. conf. F. V. angulosis minima gratia Gr. et Al.* 3. *et veras gemmas. V.* 4. *grauatis glutinantur gemmeis. F. grammatiis gemmis. Constant. e ceranniis Gr. et Al.*

*r. Postea clypeidos et rotunda*) Turneb. emendat, *Epipedos.* Constantinus vero legit κυκλώπιος Vide cap. 21. lib. 1. Aduersar. Lego, *clypei modo rotunda.* Alii, *Clypeoeides. Dal. Postea cycleides, etc.*) Legend. *Postea cycleides et rotunda.* Vide *Salmas.* p. 706. b.

*Cycloïdes*) Prius legebatur *clypeidos*, tamquam a similitudine clypei. At displicet hybrida vox. Κυκλοειδὴς magis arrisit. In Mss. omnibus, *clitedos.* H.

*s. Veras a falsis*) Haec totidem verbis Isidorus, lib. 16. Orig. cap 14. H.

*t. Ex veris gemmis in alterius*) Vt electrum in amethystum, crystallum in smaragdum. *Dal.*

*Ex veris gemmis*) Vt ex electro amethystus, smaragdus e crystallo fingitur. H.

*v. Sardonyches e ternis*) Vide Notas et Emend. num. XXXIV. (hic pos.) *Sardonyches e ternis etc.*) Prius legebatur, *Sardonyches e ceranniis.* Mss. Regius 2. Colbert. 3. *e granatis.* Alterum interpolantium coniectura, vitio amanuensium alterum temere oblatum. Nos *e ternis*, tum ex coniectura, quod sequantur proxime tergemini ii colores, qui simul glutinati sardonychem repraesentare dicuntur: tum auctore Isidoro, locum hunc Plinii exscribente, ex sincerioribus, vt apparet, exemplaribus, lib. 16. Orig. cap. 14. *Quippe cum inuentum sit*, inquit, *ex vero genere alterius in alia falsa transducere: vt sardonyches quae trinis glutinantur gemmis, ita vt deprehendi non possint: fingunt enim eas ex diuerso genere, nigro, candido, minioque colore.* Et sane tres eos colores sardonychum proprios esse Plinius ipse admonuit, sect. 23. H.

vnde candido, aliunde minio: ſumptis omnibus *x.* in ſuo genere probatiſſimis. Quin immo etiam exſtant commentarii auctorum, quos non equidem demonſtrarim, quibus modis ex cryſtallo *y.* tinguantur ſmaragdi, aliaeque translucentes, ſardonyx e ſarda, item ceterae ex aliis. Neque eſt vlla fraus vitae lucroſior.

LXXVI. (XIII.) Nos contra rationem deprehendendi falſas demonſtrabimus, (quando etiam luxuriam aduerſus [1] fraudes muniri decet:) praeter illa, quae in principalibus quibuſque generibus priuatim diximus. Translucentes matutino probari cenſent: aut ſi neceſſe eſt, in quartam horam *z.*, poſtea vetant. Experimenta pluribus modis conſtant. Primum pondere, ſi grauiores ſentiuntur: poſt haec, corpore. [2] Fictitiis puſulae in profundo apparent, ſcabritia in cute, in capillamento fulgoris inconſtantia, et prius quam ad oculos perveniat, deſinens nitor. Decuſſi fragmenti paulum, quod in lamina *a.* ferrea teratur, efficaciſſimum experimento [3] excuſant mangones gemmarum. Recu-

1. *fraudem. V.* 2. *Sic ex* Mss. *H. Factitiis puſtulae . . . prius Gr. et Al. fictitiis, etiam V.* 3. *recuſant.* M.

*x. Aliunde minio ſumptis omnibus)* Sic fiunt hodie perdicophthalmi, et aeluropthalmi, paſſim venales in tabernis gemmariorum. *Dal.*

*y. Quibus modis ex cryſtallo)* Hoc eſt, vt Iſidorus ait, loc. cit. *quibus modis pro lapide pretioſiſſimo ſmaragdo vitrum* aut cryſtallus *arte inficiatur, vt fallat oculos ſub dolo quaedam falſa viriditas,* etc. H.

*z. In quartam horam)* Poſt Solis exortum ſcilicet: duabus ante meridiem horis. Hard.

*a. Quod in lamina)* Sub lamina teratur. Nam quae ſunt ſincerae, in exiguum pulverem atteruntur. H.

Recuſant ſimiliter et limae probationem. [1] Obſidianae fragmenta *b.* veras gemmas non ſcarificant *c.* [2] Fictitiae *d.*, ſcarificationes candicantium fugiunt. Tantaque differentia eſt, vt aliae ferro ſcalpi non poſſint, aliae non niſi retuſo, verum omnes adamante *e.* Plurimum vero *f.* in his [3] terebrarum proficit feruor. Gemmiferi amnes ſunt [4] Aceſines et Ganges: terrarum autem omnium maxime India.

LXXVII. Et iam peractis omnibus Naturae operibus, diſcrimen quoddam rerum ipſarum atque terra-

*1. Obſidiani. V. 2. Sic ex Mss H. Factitiae ſcarificationis candicantiam fugiunt. Gr. et Al. candicantia V. Sic et Bud. 3. attribus prof. V. 4. Oaxis. V.*

*b. Obſidianae fragmenta veras gemmas non ſcarificant*) Legend. *Obſidianae fragmenta veras gemmas non ſcarifant factitiae ſcarifationes candicantium fugiunt.* Vide Salmaſ. 1101. b.

*Obſidianae* ) Obſidianae gemmae fragmenta aliis gemmis poliendis non ſunt idonea. H.

*Obſidianae*) De Obſidiano lapide, ſiue gemma, dictum eſt lib. 36. ſect. 67. H.

*c. Non ſcarificant*) Mss. omnes, vt ſaepe monuimus, *ſcarifant.* Sic paulo antea Plinius, ſect. 65. oſtracitidi *duriori tanta ineſt vis, vt aliae gemmae ſcalpantur fragmentis eius.* Vnde ſcarifare hoc etiam loco pro *ſcalpere* accipi non incommode forſan poſſit. H.

*d. Fictitiae*) Gemmae ſcilicet fictitiae falſaeque, quia duritie carent, caelaturam refugiunt candicantium gemmarum, quae verae ſunt ac praedurae, vt *Aſteria difficilis ad caelandum,* ſupra, ſect. 47. H.

*e. Omnes adamante*) Hodieque adamante in minutiſſimum puluerem contrito ceteras gemmas poliunt gemmarii. Smiride quoque, de quo Dioſc. Σμίρις λίθος ἐστὶν, ᾗ τὰς ψῆφους οἱ δακτυλιογλύφοι σμήχουσι, *quo gemmas atterunt gemmarum ſcalptores.* Heſychius: Σμίρις, ἄμμου εἶδος, ᾗ σμήχονται σκληροὶ τῶν λίθων. Noſtris, *l'Emeri.* H.

*f. Plurimum vero in his*) In ſcalpendis gemmis prius calefieri terebras decet. H.

terrarum facere [1] conueniat. Ergo in toto orbe et quacumque caeli convexitas vergit, pulcherrima est [2] omnium, rebusque merito principatum naturae obtinens, Italia, rectrix parensque mundi altera, viris, feminis, ducibus, militibus, seruitiis, artium praestantia, ingeniorum claritatibus, iam situ ac salubritate caeli atque temperie, accessu cunctarum gentium facili, litoribus portuosis, benigno ventorum afflatu, (etenim contingit [3] procurrentis positio in partem vtilissimam, et inter ortus occasusque mediam:) aquarum copia, nemorum salubritate, montium [4] articulis *g.*, ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, pabuli vbertate. Quidquid est, quo carere vita non debeat, nusquam est praestantius: fruges *h.*, vinum, olea, vellera,

1. *conuenit.* M. 2. *omnibusque rebus. V.* 3. *Sic ex Mss. H. recurrentis Gr. et Al. excurrentis V. procurrentis, Alii V.* 4. *obstaculis. V.*

*g. Montium articulis ferorum*) In veteribus legitur, *montium obstaculis:* quae ab externarum scilicet gentium iniuria moenium vice Italiam defendunt. Id nimirum est, quod scribit cap. 1. lib. 12. Gallias inexsuperabili munimento Alpium coërceri, ne Italiae se superfundant. Vide cap. 1. lib. 36. *Dal.* *Montium articulis*) Dicit Salmasius ad Solinum, nosse se montium pedes, suras et scapulas, articulos vero se non nosse: itaque legendum esse, *montium obstaculis.* Verum fallitur. *Articuli montium* sunt nexus et iuncturae quibus sibi inuicem adhaerent. Vide *Isac. Vossium* in Melam. p. 161. *Dal.*

*Montium articulis*) Saltibus, colliculis. H.

*h. Fruges, vinum, olea, vellera, etc. ne equos quidem in trigariis*) Trigarium locus est in quo equi exercentur. Glossae: *trigarium,* τόπος ὅπȣ ἵπποι γυμνάζονται. Vulgo *mancipium* vocamus. Et paulo ante dixit: *montium articulis.* sed quid *articuli montium* faciunt ad laudem Italiae? In Codd. antiquis

vellera, lina, veſtes, iuuenci. [1] Ne equos quidem in trigariis *i.* praeferri vllos vernaculis *k.* animadverto. Metallis auri, argenti, aeris, ferri, quamdiu libuit exercere, nullis ceſſit: et iis nunc in ſe grauida pro [2] omni dote varios ſuccos, et frugum pomorumque ſapores fundit. Ab ea, exceptis Indiae fabuloſis, proxime quidem duxerim Hiſpaniam, quacumque ambitur mari.

1. *Nec. V.* 2. *ſolemni. V.*

antiquis legitur, *montium obſtaculis.* recte; *obſtacula* ibi ſunt munimenta et propugnacula. *Salmaſ.* pag. 55.

*i. In trigariis*) De ea voce diximus lib. 28. ſect. 52. Hard.

*k. Vernaculis*) Italicis. H.

# IO. FRID. GRONOVII
# MISCELLANEA

### Lib. vii. Cap. xxxvi. Sect. 36.

A *Ianitore semper excussa ne quid inferret cibi*) Pro *excussa* Gud. Men. Acad. *curante*: vt et Mss. ad marginem, et tres quos vidit Salmasius: vnde ille modo elicit *exquirente*, modo ipsum *curante* retinet, modo tentat *excussa ante*. Pintiani Toletanus, *excutiente*. Non video hic appellari Chifletianum: quod si argumentum est firmati ab eo τὸ *excussa*, facile praegrauat omnes alios cum suo *curante*. Sic Asinius Pollio ad Ciceronem lib. 10. famil. 31. *Sexcentis enim locis excutiuntur, deinde etiam retinentur a Lepido tabellarii.* Spartianus in Septimio: *armatumque, circumstantibus armatis, salutarunt excussi, ne quid ferri haberent.* Sin et ipse sic habet, nihil verosimilius quam *scrutante* scripsisse Plinium. Vt *scrutatores* in officiis principum apud Iustinum lib. 38, 1. et Suetonium Claudio 35. Vespasiano 12.

Eodem Libro Cap. xxxix. sect. 40. *Quem Nero* H-S. CXX. M. *manumisit*) Sic reddiderunt, quum in Mss. et edit. antiquis esset III CXXX, vel *in* CXXX. Repone, inquit Salmasius ad Solin. p. 41. *quem Nero* IIS. CXXX. *manumisit.* hoc est sestertiis centum

centum triginta. Modicam tamen hanc summam intelligit ipse, si cum caeteris eius capitis comparetur: eoque forte scripsisse auctorem: *sestertiis* cccc: sed dispensatorem illum tantum fuisse, nullo artificio commendabilem. Quasi non omni artificio par et maius in seruo fuerit fide ac peritia omnem rem ac statum domini tuendi et locupletandi praeditum esse. Atqui *ex tota familia probatissimos* dicit Suetonius in Nerone dispensatores et amanuenses. Sed et si seruus suffragationem ad dispensationem Caesaris decies sestertio emit, quanti Caesar ad luxum pecunia indigus libertatem seruo, qui multos annos dispensator fuit, vendere debuit? Is est, de quo Suetonius Othone cap. 5. Mihi prorsus non tam liberare seruum voluisse videtur Nero quam spongiam humentem exprimere. Itaque nihil promptius, quam vt notas illas explicemus: *quem Nero sestertio centies tricies manumisit*, hoc est, trecentis viginti quinque millibus Philippum. Et iam commonstrauerat illam viam Budaeus: etsi librum veterem secutus, in quo esset III CXX, *sestert. centies vicies*, interpretatus sit. Et profecto grandem summam requirit, quod sequitur: *Sed hoc pretium belli, non hominis, fuit; tam hercle, quam libidinis, non formae, Paezontem e spadonibus Seiani, sestertia quingenta mercante C. Lutorio Prisco.* Ita enim legendum, cum sit in membranis: III D. *mercante a Sutorio P.* Quemadmodum ait, quingenta sestertia; vel quingenta millia nummum, C. Lutorio Prisco tanti mercante Paezontem, fuerunt pretium libidinis qua furebat emptor, non formae qua decebat puer. Quingenta sestertia intelligi vidit et Salmasius: *Seiani* autem intelligo confiscati: quemadmodum et *luctum ciuitatis* interpretor, cum is punitus traxit, quicumque

Tusco fauissent. Is erat annus vrbis conditae dcclxxxv. Coss. Memmio Regulo, Fulcinio Trione, qui Tiberio et Seiano in parte anni erant suffecti. Quare accipio quidem *Lutorio Prisco:* sed hic non est is, quem Tacitus in tertio annalium carnifici subiectum scribit, quod carmen *ἐπιτάφιον* Druso aegro composuisset, et sic mortem eius ominatus esset. Id enim accidit a. V. C. dcclxxiii. Coss. Tiberio et Druso. Gentilem eius quocumque gradu fuisse credibile est. Hermolaus, *libidinis, non fortunae;* quare, non assequor. Idem, *a Sutorio Prisco*, vt Seianum videlicet ab hoc Sutorio, siue Sertorio mercatum intelligas. Sed obstat, quod dixi, de luctu ciuitatis: et Seianus sane ad tempus multo maiores iniurias lucrifecit.

Lib. viii. Cap. i. sect. i. de Elephantis: *Intellectus illis sermonis patrii, et imperiorum obedientia, officiorumque, quae didicere, memoria)* Quid quaeso dici potest expressius et elegantius? Est illis *imperiorum obedientia*, obsequium in rebus imperatis: legitima patiuntur imperia: accipiunt iussa et exsequuntur. Siue *obedientiae* malis cum Chifletiano, a quo non facile recedendum: est *illis imperiorum obedientiae memoria*, meminerunt iussa et illis obsequi, meminerunt obedire imperiis. Dein, est eisdem *officiorum, quae didicere, memoria*, id est, operarum, laborum, ministeriorum: quae agere, praestare consueuerunt, qua in re inseruire hominibus semel edocti sunt, pulchre callent. Tamen haec displicent Salmasio. *Imperiorum obedientia*, inquit, vix est Latinum: nedum Plinianum. Ego vero qui magis id efferam Latine, non inuenio. At veteres libri, qui sanioris scripturae retinentissimi sunt, *in priorum obedientia.* Quid ergo ex *in priorum*

mitius

mitius et minore cum violentia fingi poteſt quam *imperiorum?* Et tamen in manuſcriptis ſuis ſic le-ctum teſtis Gelenius. Commodius Salmaſio: *in priorum obedientia officii, eorum, quae didicere memoria.* et explicat illis eſſe intellectum *officii in obedientia priorum.* quod ſit, minores obedientiam praeſtare aetate prioribus. Quid poteſt eſſe diſtortius? Poſſe et legi ait *officium:* et hanc pulcherrimam emendationem vocat ad Solin. p. 305. Iudicet lector.

Lib. VIII. Cap. XVI. ſect. 19. de Leone: *Spernens tela diu ſe ſolo terrore tuetur, ac velut cogi teſtatur)* Salmaſio ad Solinum pag. 326. non magna in eo generoſitas videtur, quod *cogi* poteſt; multo minor, quod *cogi ſe teſtatur.* praeterea *cogi* abſolute poſitum in ea ſignificatione, quae ibi deſideratur, vix Latine reperiri. natam autem ſibi emendationem ex ipſo ductu literarum: *ac velut cogitat ſtatum.* Miror, quid tandem ei Latinum ſit. *Velut cogi teſtatur;* eſt, paruula mora velut amteſtatur, (nam ad eum morem vim facturorum iuris cauſa omnino alludit) quaſi teſtes facit praeſentes ſe ad vim inferendam contumeliis non ferendis invitum adigi; non temere, non quaſi promptum ad iniurias proſilire. Quod etiam generoſiſſimorum hominum et populorum eſt in bellis ſuſcipiendis aut propulſanda inuadentium laſciuia et temeritate. Ouidius lib. 2. metamorph. *At pater omnipotens ſuperos teſtatus et ipſum, Qui dederat currus, niſi opem ferat, omnia fato Interitura graui.* Quid hoc aliud quam *teſtatus ſe cogi?* Apud eundem lib. 5. Muſa: *quoniam, dixit, certamine vobis Supplicium meruiſſe parum eſt, maledictaque culpae Additis, et non eſt patientia libera nobis, Ibimus in poenas, et, qua vocat ira, ſequemur.* *Teſtatur ſe cogi,* id eſt,

M 2 teſta-

teſtatur non eſſe ſibi patientiam liberam. Nec vero eidem Salmaſio aut Pintiano accedimus pro nec ſano nec Pliniano delentibus, quae ſequuntur: *cooriturque non tanquam vi coactus, ſed tanquam amentiae iratus.* Sunt enim et haec magnifica pariter et elegantia: tandem impetum facit, non vt metuens ſibi, ſed vt ſuccenſens ſtultitiae laceſſentium. Quid aliud apud Statium Iupiter l. x. Thebaidos in Capaneo: *ipſe furentem Riſit, et incuſſa ſanctarum mole comarum, Quaenam ſpes hominum tumidae poſt praelia Phlegrae? Tune etiam feriendus? ait.* Par exemplum Neriades ille apud Samuelem lib. 2, 2. Sed in Mss. eſt *cogiturque*, et *amentia.* Recte igitur ſic, vt editur, reſtitutum eſt, nec poteſt quidquam propius veſtigia veterum librorum reperiri.

Lib. x. Cap. xxiii. ſect. 33. *Simulque comitialem propter morbum deſpui ſuetum*) Pintianus e Toletano, *ſuetae.* Suſpicor inſiticium eſſe τὸ *comitialem*, et cum explicandi cauſa ſupraſcriptum eſſet ab interprete, librario erranti admiſſum. Plinii fuit: *ſimulque propter morbum deſpui ſuetum, quem ſola animalium ſentiunt praeter hominum.* Morbus *deſpui ſuetus* eſt comitialis. Plautus Captiv. 3, 4. *Et illic iſti, qui ſputatur, morbus interdum venit.*

Lib. xi. Cap. xi. ſect. 12. *Et melle vno alteroue ad ſummum die cellas replent*) Sic iam editum video Lutetiae 1514. Neque aliter Manutius Venetiis 1559. At Io. Andreas dederat: *vno alteroue ſummum die.* Et ſic ſcripti, verumque ac Latinum eſt. Vide ad Liuium 21, 35.

Lib. xii. Cap. iv. ſect. 8. *Qui Padum amnem vidiſſet, neminem ad id tempus Aſiae Graeciaeque aut ſibi cognitum*) Verba ſunt Herodoti l. 3. Οὔτε γὰρ

ἔγωγε

*ἔγωγε ἐκδέκομαι Ἠριδανὸν καλέεσθαι πρὸς βαρβάρων ποταμὸν, ἐκδιδόντα ἐς θάλασσαν τὴν πρὸς Βορέαν ἄνεμον.* Et mox: *ὅτε δὲ ὀδενὸς αὐτόπτεω γενομένε.* Tamen turbat lectorem nonnemo velut ſcripta lectione oblata: *qui Padum amnem non vidiſſet;* tum coniiciendo, *nemini.* Quid eſt autem, *nemini cognitum, qui Padum amnem non vidiſſet?* Itane omnes vndique currebant ad videndum Padum? Sed nec recte illum adnotaſſe ſuſpicor veterem lectionem. nam Voſſiani duo Gud. et Acad. *qui Padum non vidiſſet.* Ex quo merito eruditi fecere: *qui Padum amnem vidiſſet.*

Lib. XII. Cap. VI. ſect. 12. *Eſt et alia ſimilis huic, dulcior pomo, ſed interaneorum valetudini infeſta*) Cenſeo ſcripſiſſe Plinium *valetudine infeſto*, hoc eſt, morbo, vt paſſim ea voce optimi quique vtuntur. Infeſtum eſt id pomum eo, quod interaneorum valetudinem vel dolores gignat.

Lib. XIII. Cap. XV. ſect. 29. *Venumdatae ſunt et duae Iuba rege vendente*) Salmaſius ad Tertulliani Pallium pag. 434. *a Iuba rege vendente:* ſed ſcriptos habere, *a Iuba rege pendentes;* et ſane non ipſum regem Iubam eas vendidiſſe; ſed cum poſt mortem Iubae bona eius ſub haſta venderentur, duas illas menſas cum reliquis bonis ſub titulo pependiſſe: licere etiam legere, *a Iuba rege pendente*, vt ipſe ſub titulo pependerit. Proxime ſcopum iaculatus eſt. Scribendum enim: *venumdatae ſunt et duae Iuba rege pendente.* Intelligo Ptolemaeum Iubam, quem conſanguineum ſuum Caius interfecit et bona eius corripuit. Suetonius 26, et 27. *Ptolemaeus Iuba*, qui reuera *Ptolemaeus Iubae*, vt *Aiax Oileus*, *Herodes Atticus*, de quo ad Senecae Medeam. *Pendere* dicitur eleganter, cuius bona proſcripta ſunt

 et

et ſub titulo pendent: vt dicitur *confiſcari*, cuius rem fiſcus aufert. *Iuba pendente*, cum bonorum Iubae proſcriptio et auctio fieret. Suetonius Claudio cap. 9. *ad eas rei familiaris anguſtias decidit, vt cum obligatam aerario fidem liberare non poſſet, in vacuum lege praediatoria venalis pependerit ſub edicto praefectorum,* Quem locum optime contra Caſaubonum et Torrentium interpretatur ὁ πάνυ de modo vſurar. pag. 739. Sed et *venalem pependiſſe* quid eſſet, recte vidit Lipſius ad Senecae Beneficia 4, 12. Illud, *in vacuum*, ſic poſitum obſeruauimus apud Lactantium ad Thebaidos Statii librum 6. verſ. 790. *Rapiunt conamina venti) Excipiunt ſiue fruſtrantur. id eſt, in vacuum minarum eius impetus perierunt.* Item apud Tertullianum aduerſus Marcionem lib. 4, 16. *in vacuum patientiam praecipit, non exhibens mihi mercedem praecepti.* Significat eam proſcriptionem contumelioſam potius quam damnoſam fuiſſe Claudio.

Lib. XIV. Cap. IV. ſect. 5. *Cucurritque non nemo ad ſpectandas vuarum in his vineis ſtrues*) Omnes fere, qui admouere Plinio manus, hunc ad locum vel reſtituendum vel illuſtrandum aliquid contulerunt, Hermolaus, Rhenanus, Gelenius, Pintianus, Dalecampius, et ſuper hos in quinto de Aſſe Budaeus. Quo magis miror non fuiſſe, qui moneret ſcribendum: *Cucurritque nemo non.* Nam, *non nemo*, quid niſi *aliquis?* quid autem hic, *cucurrit aliquis?* Immo certatim cucurrerunt vndecumque. Et hoc, *cucurritque nemo non.*

Ibidem. *Annaeo Seneca, principe tum eruditionis ac potentiae, quae poſtremo nimia fuit ſuper ipſum*) Rhenanus cum applauſu Steph. Aquaei, *quae poſtremo nimia ſuperfuit ipſi.* Pintianus totum hoc elogium

elogium non redolere Plinium et ei falſo attribui exiſtimat. Dalecampius interpretatur, in eius calamitatem et exitium, credo cogitans illud, *Philiſtiim ſuper te, Samſon.* Si verum vis, ſcribe: *quae poſtremo nimia ruit ſuper ipſum.* Curtius lib. 7. *Magnum onus ſuſtines capite, regium inſigne. hoc aut moderate ferendum eſt, aut quod abominor, in te ruet.*

Lib. xv. Cap. xxx. ſect. 39. de Lauro: *Iidem in alio genere baccaliam appellant hanc, quae vulgatiſſima eſt baccarumque fertiliſſima*) De eadem lib. 17, 10. *Laurus plurimis modis ſeritur. Genera eius diximus. Ex his auguſta et baccalis et tinus ſimili modo ſeruntur.* Nempe *baccalis* et *baccalia* idem, vt *hortenſis* et *hortenſia.* Caeterum et ſuſpicabar aliquando Ouidium ſcripſiſſe lib. 15. Metam. verſ. 590. *ante tamen baccali cornua lauro Velat.* Etſi *pacali* ſuam habeat Venerem.

Ibidem ſect. 40. *Liuiae Druſillae, quae poſtea Auguſta matrimonii nomen accepit*) Vertranius ad Taciti Annalium 1, 8. corrigit *mariti.* Forte: *quae poſtea Auguſtae matrimonio nomen accepit.*

Lib. xvi. Cap. xxxiii. ſect. 60. *Quanquam Cato Tarentinam eam appellat*) Hunc locum pro plus vice ſimplici vitiato tractat Salmaſius ad Solin. pag. 173. Et primo ſcribit: *quum Cato Tarentinam eam appellet.* Si poſcunt optimi, facile patior, etſi minimum aut nihil referat. Acad. Gud. Voſſiani plane vt vulgati. Mox: *Sed in Tarento quocumque in loco terram mouerit quiſpiam, ſi naturalis haec, gignitur protinuſque emigrat: in illa vero etiam non appellato ſolo e ſponſo.* Hoc maioris eſt abollae. nam *in Tarento* de mera coniectura ſubiicit, pro quo codices *in Creta.* vt et *in illa,* pro *illa.* quaſi Plinius

 inter

inter se comparet Cretam et Tarentum: cum ille nihil hic de Tarento, sed cupressum marem et cupressum foeminam in Creta nascentes inter sese contendat et committat. Quare autem diceret *in Tarento?* *Tarenti* potius aut *in Tarentino* dixisset. nisi forte, vt *Argos*, *Sparta*, *Troia* pro regione circa vrbes illas interdum, ita et *Tarentum* pro regione vsurpatur. Tum quam durum illud et male praecisum, *si naturalis haec*, etiamsi boni sensus foret? Sed exit ille prorsus ridiculus: *Si* propria et *naturalis* haec ei terra fuerit. Nam sub hac exceptione, cur potius Tarenti, quam vsquam gentium, vbi prouenire potest? Denique quis sic vsus voce *Naturalis?* Vnicum exemplum adfert e Solino de corallio, *naturalibus saxis derogatis:* sed quod ipse creauit, et, vt reor, male: praeferendum enim ex aliis codd. *vbi in supera attolluntur*, *genuinis natalibus derogatis*, *lapides fiunt.* Corallio *genuini natales derogantur*, et quasi eiurantur, quum virgeum vel vimineum corpus amittit. Hunc autem ad Solini locum aduocat aliud eiusdem fidei de foetu vteri: *Quod si naturalis materia haeserit*, *decimus a conceptu dies dolore grauidas admonebit.* Ipse in vnius cod. margine ait lectum *natalis*, sed id interpretatur ἐκ προεκδόσεως. Equidem horum alterum si sit omnino eligendum, longe potius putem τὸ *natalis.* Sed videtur et hoc doctus lector coniecisse, Solinus autem scripsisse: *Quod si naturalibus materia haeserit:* et *naturalia* intellexisse, quae vocauit *penetralia materna.* Macrobius lib. I. in Somnium cap. 6. *Hoc tamen praetereundum non est*, *quia semen*, *quod post iactum sui intra horas septem non fuerit in effusionem relapsum*, *haesisse in vitam pronuntiatur.* *Verum semine semel intra formandi hominis monetam locato*, *hoc primum artifex natura molitur*,

*molitur*, *vt die septimo folliculum genuinum circumdet humori.* Resumo Plinium, quem non nego hic medica manu egere. Non enim Mss. *nisi feratur alia*, sed *nisi in naturali haec.* Scribimus: *Sed in Creta quocunque in loco terram mouerit quispiam, quasi vi naturali, haec gignitur protinusque emergit.* Siue mauis *emicat.* Nam *emigrat*, quod non modo in scriptis, sed etiam apud Io. Andream inuenio, tolerarem, si Latina ferret oratio. Sed *emigrare* discedere atque abire esse scio; non existere aut sese proferre, et id, quod cum omnes, tum saepe Plinius dicit *emicare.* Sed et *emergere* lib. 19. 5. *Nam qui extra terram emersit, durus fit atque fungosus. Mouere humum* placuit et alteri Plinio lib. 1. ep. 18. *quocumque loco moueris humum, obuius et paratus humor occurrit.* Quum lego, *haec gignitur*, intelligo, altera cupressus. Dixerat enim: *Duo genera earum.* Ita et mox: *Illa vero etiam* (nempe cupressus altera species gignitur emergitque) *non appellato solo ac sponte.* Sic prorsus Acad. Gudian. Vossiani. *Appellato*, est, moto, fossionibus sollicitato; admodum scite: at inscite Dalecampius, *aperto*, corrigit. Quid autem, per fidem, hic *non appellato e sponso?* Id est, inquit, in solo minime naturali, quod ex sponso non possit appellari. Agnosco ingenium: sed κακοζηλία intolerabilis. Nec patitur sensus, vt liquet ex superioribus. Multo minus ferendus Vlitius noster, quum ad Gratium tentat: *illa vero etiam non appellata solo desponso.* quasi *desponsus* Latine sit idem quod desperatus.

Lib. XIX. Praefat. sect. 1. *Audax vita, scelerum plena! aliquid seri, vt ventos procellasque recipiat, et parum esse fluctibus solis vehi!*) Salmasius ad Solinum pag. 260. tradit in optimis libris scri-

ptum esse *plenum*, item *procellas vt capiat.* omnino igitur emendandum: *Audax id, at scelerum plenum aliquid feri vt ventos, procellas vt capiat, nec parum esse et fluctibus solis vehi.* Infelicissime, mea quidem sententia. Sane Gud. Vossiani duo, Acad. prorsus vt vulgati. Sed fuerit melior, in quo *plenum*, an mirum est id fieri ex *plena*, quum vetustissimus minutae scripturae character vocales *A* et *V* tam similes reddat? An propterea demendum Plinio *Audax vita*, qui centies *vitam* pro seculo, pro hominibus, vsurpet, nihil vt sit ei familiarius? *Audax vita*, etc. id est, homines improbi ac temerarii, audax Iapeti genus, quid non estis moliti? quae non scelera edidistis? *Audax vita* est, quod dicit lib. 21, 10. *Quid non tentauere homines?* Iam *aliquid feri* dicitur abrupte, intellectu τῶν *quae commenta es*, vel *itane commenta es*, vel *Annon monstrum est?* vt multa talia per infinitiuos, de qualibus Observ. 2, 14. Pro tam acribus et vehementibus subiiciantur nobis illa scilicet iacentia soporisque et inertiae plena: *Audax id, at scelerum plenum aliquid feri.* Iam si meliores, *vt capiat*, fuit vtique, *vt ventos procellasue capiat*, quemadmodum Pintianus. Sed, vt dixi, quatuor, quas ante oculos habemus, membranae, *vt ventos procellasque recipiat.* Quid est autem, *nec parum esse et fluctibus solis vehi?* Nam, vt hoc minime, ita alterum (quod quia per caussam scripti conuelli non potuit, sola libidine mutatur) planissime assequor: Et parum mali aut periculi putari, quod incerta fluctuum naues iactent: et quasi parum discriminis sit aditum, cum coepit fluctibus committi nauis, vltro comparari, per quod magis sit in potestate ventorum ac procellarum. Si τὸ *nec* admittimus, dicendum erit, *nec satis esse.* Sequitur ibidem:

*super*

*ſuper eas tamen addi velorum alia vela, praeterque in proris et alia in puppibus pandi.* Sic Mss. Vulgo, *praeterque alia in proris.* Salmaſius corrigit: *praeter quae in prioris*, oblitus hoc *praeterque* Plinio in deliciis eſſe: quum ipſe id notauerit ad Tertullianum de Pallio pag. 140. in verbis, quae exſtant lib. 9, 39. *In conchyliata veſte caetera eadem ſine buccino. praeterque ius temperatur aqua. Praeterque in proris et alia in puppibus*, eſt, et praeterquam in proris etiam alia in puppibus vela pandi. Vide ad 33, vlt.

Lib. XXIX. Cap. 1. ſect. 8. *Sed decuriae pro more cenſuris principum examinantur*) Vix eſt locus in Plinio alius, in quem ab interpretibus tot res mirae coierint. Steph. Aquaeus haec ita ſuperioribus nectit: vult ſignificari, ſi moriatur aegrotus, non argui erroris culpaeue medicos, ſed alios; non illos, ſed hos examinari, velut ſoleant iudicio principum decuriae a decurionibus examinari de ſtatu ordinis, aut re aliqua militari, et ſpectante ad rem. Omnia imaginaria et nihil ad rem ſpectantia. Medicos cum iudicibus confert Plinius, tanquam vtrique fata et fortunas hominum in ditione habeant, et quanto maiore prouidentia iudicibus bona et vitae quam medicis committantur, oſtendit. *Decuriae* ſunt iudicum, et quidem quinque. Prima *ſenatoria* erat, Ciceroni appellata 1. Verr. extremo et 2. libro, cap. 32. Altera *equitum* a Gracchanis temporibus. Tribuni aerarii, qui tertiam faciebant, ſublati a Iulio, vt tradidit Sueton. c. 41, inter huius mortem locum fecerunt decuriae *centurionum* ab Antonio additae, de qua Cicero 1, et 5, et 13 Philippica. Quartam adiecit Auguſtus *ducenariorum*, Sueton. 32, qui iudicarent de leuiori-

bus

bus summis, Quintam Caius, eodem teste cap. 16. Quare cum ab initio illud *Sed* parum videatur habere momenti, suspicabar aliquando scriptum fuisse, *V decuriae:* dein virgula forte adiecta *Sex*, postea *Sed*, factum; cum scribi oporteret: *Quinque decuriae pro more censuris principum examinantur.* Adde Suetonium Claudio cap. 15. Sed hoc arbitrarium esto, neque si cui secus videatur, pro eo obtinendo pugnauerim. Sequitur: *inquisitio per parietes agitur.* Pintianus coniicit legendum *per parentes.* quod sit, per nobilitatem maiorum. P. Pithoeus in Aduersariis conatur primum explicare de furto concepto per lancem et licium; dein mauult, vt ait, parietes diruere et *partes* reponere, quando apud Quintilianum lib. 5. instit. 2. appellantur *partes centumuiralium, quae in duas hastas sint diuisae.* Vtramque emendationem quasi e suis conditis admetitur Dalecampius; neque addit quicquam praeter cumulum errorum, dum auctores vincere gestit exponendo. Decurias scribit Romae fuisse quinque, in singulis 100 ciues, qui iudices, non equites, dicti. Quippe ni? quos inter multi essent ordinis non equestris. Sed verba Plinii ex libri 33. capite 1. male accepta huc transtulit. Quemadmodum ex sequenti, quod subiungit, *Constitutum ne cui ius id esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri, auoque paterno sestertia quadringenta census fuisset;* et hoc esse illud examen, hanc inquisitionem *per parentes.* At Plinius id pronuntiat non de iudicatu; sed de iure aureorum annulorum. Priore quoque loco vix singula millia in decuriis, quum quatuor essent, fuisse sub Augusto scribit Plinius. Velleius Pompeium 360. legisse tradit lib. 2. Cicero iudices agnoscit 850. qui praecipue Cnaeo oblectarentur lib. 8. ad Attic. epist. vlt. Nihilo commodius adspergit

ſpergit de quadruplici iudicio et duobus conſiliis centumuirorum ex altero Plinio, vt approbet *per partes*. Valent enim iſta, vbi iudices iam ſedent centumuiri: at Plinii inquiſitio eſt in iudices legendorum cauſa. Me ſi quis audiet, refinget: *inquiſitio per patrias agitur*. Et *inquiſitionem* accipio, quam in alios etiam priuatos principes in cenſura faciebant. Suetonius Claudio cap. 16. *Plures notare conatus, magna inquiſitorum negligentia, ſed ſuo maiore dedecore, innoxios fere repperit.* Quod *per patrias* ait, verbis explicat proximis, in quibus aeque nihili fuerunt. Nam, *qui de nummo iudicet*, Aquaeo eſt medicus, qui ſoleat arceſſi a diſtantibus multum regionibus, vt ius dicat de nummis, quos ab aegris extorquet; de nummis per ironiam dici, non de ſanitate. Pintianus ſcribi ſuadet *indicet*, vt *Index* lapis. Dalecampius intelligit tribunos aeris non temere creari et legi, ſed magna cum diligentia et iudicio, vt potius a Gadibus et columnis Herculis, ſiue ab vltimis terrae finibus arceſſantur, de quo videndum Aſconium Pedianum. Quaerat ibi, cui vacat quaerere, quod nunquam eſt inuenturus. Nam Tribunos aerarios ex albo iudicum iam eraſerat Iulius. Si verum volumus, nihil aliud dicit, quam ex longinquis prouinciis, atque adeo interdum a fine terrarum, arceſſi poſt inquiſitionem diligentem in patriis illorum factam, qui de leuiſſimis pecuniae ſummis, nedum de vita et capite, ſint iudicaturi. Seneca lib. 3. de ira cap. 33. *Euocati e longinquis regionibus iudices ſedent, iudicaturi, vtrius iuſtior auaritia ſit.* Vbi oſtendit Lipſius, hoc Plinii ſe recte cepiſſe, quamuis Pithoei *partes* ſequatur. Nam et addit ex lib. 33, 1. *nondum prouinciis ad hoc munus admiſſis.* Eodem reſpexiſſe Latinus Pacatus poteſt videri in Panegyrico, vbi laudes

des Hispaniae perstringit: *Haec durissimos milites, haec experientissimos duces, haec facundissimos oratores, haec clarissimos vates parit: haec iudicum mater, haec principum.* Mittuntur, inquit, in cuiusque patriam, qui explorent, qua fama et existimatione sint, quam municipibus suis probati. Non enim tantum ex vrbe capiuntur et Italia, sed ex omnibus euocantur imperii partibus, qui de pecunia iudicent, non magna et nonnunquam nummo sestertio addictis et mancipatis. Ergo, *Qui de nummo iudicet*, est ex minimo exemplo descriptio iudicum in quauis lite priuata. Pergit auctor: *de exilio vero non nisi die quadragesimo quinque electis viris datur tabella.* Ignoscimus et hic Aquaeo, cui *tabella* testamentum est, siue testamenti scriptura: nesciebat enim de iudicibus agi. Ignoscimus P. Pithoeo, qui iudicium quinquevirale in Cod. Theodosii inuentum (de quo Plinii aeuo nemo somniauit) huc retrahit; et Fr. Iureto, qui ad Symmachi lib. 2. ep. 74. prioris editionis hoc quidem tollit iudicium, sed commendat nobis e codice S. Benigni, quod explicare ipse non poterat: *non nisi de* XLV. *electis viris:* neuter enim meliorem scripturam viderat. Ignoscimus et Dalecampio, qui vidit hanc quidem et prodidit, sed assecutus non est, et potius habuit ex Pithoeo quaedam male nata peius describere; velut hos quinqueuiros certum magistratum non fuisse, vt triumuirorum capitalium. Quasi vero tempore Plinii iudex magistratus nomen fuerit siue certi siue incerti. Scribendum autem e Chiflet. et Vossiano: *de exilio vero non nisi* XLV. *electis viris datur tabella.* Nimirum in singulis quaestionibus definitus erat numerus iudicum, quot sedere in reum oporteret. Huc pertinent Asconii in Orat. pro Scauro: *Sententias tulerunt senatores duo et* XX, *equites*

*tes tres et* XX, *tribuni aerarii* XXV: *ex quibus damnauerunt senatores quatuor, equites duo, tribuni duo.* Eiusdem pro Milone: *Perorata vtrimque causa, singuli quinos accusator et reus senatores, totidem equites, et tribunos aerarios reiecerunt, ita vt vnus et quinquaginta sententias tulerint.* Est igitur haec quoque descriptio iudicum in iudiciis publicis, non tamen maximarum causarum. Ex quibus tangit vnum, vbi damnato poena exilium esset, qui tamen in discrimen venire non posset, nisi sub tot iudicibus. Elegit autem, cuius iudicum numerum nulla quaestio alia corriperet. Et is cum sit XLV. selectorum, satis apparet, quam solliciti non modo de vita, sed etiam de statu sontium, certe suspectorum, fuerint maiores. *Tabella datur*, id est, iudicium permittitur. Restat: *At de iudice ipso quales in consilium eunt statim occisuri?* Vbi Dalecampius: De medico ipso (quem tralate *iudicem* vocat, quia aegrum iudicat et morte damnat) *statim occisuro* (ita enim reponendum) nulli consultant, et peritiae periculum faciunt. Nihil alienius. Iudex est, qui proprie sic dicitur. Hic si morbo correptus fuerit, *quales*, quam non delecti, nec censuris examinati, quippe tantum pro medicis se gerentes, *in consilium eunt* de praebendo medicamento, quo saepe contingit, non vt is interim ciuitatem, sed statim vitam amittat?

Lib. XXXVII. Cap. X. sect. 60. *Humana gemmis attribuit fata: has non contentus*) Salmasius ad Solinum pag. 408. legi praecipit: *humana gemmis attribuens facta; hanc non contentus oculorum et iocinorum medicina decorasse, a rege etiam aliquid petituris dedit, et litibus iudiciisque interposuit.* Quasi, inquit,

et

et gemmae humanis factis censeantur, et idem possint praestare quod homines; hanc eandem in iudiciis multum posse, et petituros aliquid a rege commendare tradidit. Neque sane aliter tres, qui mihi sub manu: et non hic modo, sed etiam statim *in praeliis etiam ex ea vngi salutare pronuntiant.* Quod ipsum iam editum in margine, vt et illa, quae praefert Salmasius. Et caetera facile admiserim: at vbi quaeritur, vtrum *fata* sit probandum an *facta*, non tam promiscuis membranis, quam rationi et materiae dicto audiens fuerim. Nihil enim frequentius inuentu, quam haec duo vocabula miscuisse librarios, et in vtro conquiescerent, incertos certasse. Ergo quum praesens argumentum considero nihil mihi cum *factis* istis: *fata* autem scripsisse Plinium pro explorato habeo. Sunt enim nonnunquam *fata* casus et euentus fortuiti, qui vel ex sententia vel secus hominibus contingunt, ex quibus fortunati aut infelices vulgo iudicantur. Notare multa est eiusdem vanitatis magorum apud nostrum. Sic lib. 21. 7. *Vestibus interponi eam gratissimum, sicut et polion herbam inclitam Musaei et Hesiodi laudibus, ad omnia vtilem praedicantium, superque caetera ad famam etiam ac dignitates.* Eodem lib. cap. 11. *Cauliculum quoque* (habet heliochrysos) *gracilem, sed durum. hoc coronare se magi, si et vnguenta sumantur ex auro, quod apyron vocant, ad gratiam quoque vitae gloriamque pertinere arbitrantur.* Rursus eodem libro cap. 21. de helenio: *Putant vsu eius quandam gratiam iis* (mulieribus) *veneremque conciliari.* Chiflet. et Vossian. *quandam ita gratiam.* Lege: *quandam vitae gratiam.* Lib.

Lib. 24, 17. *Eandem protomediam, qua primatum apud reges obtineant.* Lib. 28, 8. *Super omnia est, quod extremam fistulam intestini contra ducum ac potestatum iniquitatem commonstrant et ad successus petitionum iudiciorumque ac litium euentus.* Lib. 29, 4. *Tribuunt ei* (basilisci sanguini) *et successus petitionum a potestatibus.* Mox: *Primum spondylum* (draconis) *aditus potestatum mulcere. Dentes eius illigatos pellibus caprearum ceruinis neruis mites praestare dominos potestatesque exorabiles.* Hoccine tu dices, herbis, gemmis, partibus corporis animalium *attribui humana facta?* Non ego profecto, sed *fata:* id est, vt per eas gemmas, herbas, etc. votorum compotes fiant; vt, quorum alioqui ambigua lance pendet spes et fortuna, iis per ista momentum accedat ad bonos euentus eorum, quae moliuntur, atque ad fruendum optatis. Sic Lucanus lib. 2. *Ille fuit Mario vitae modus, omnia passo, Quae peior fortuna potest, atque omnibus vso, Quae melior, mensoque hominis quid fata paterent.* Sic enim omnino legendum e Mss. cum Cl. Grotio; non *homini* et *pararent. Fata hominis* sunt fata humana. Experto, ait, quae in vtramque partem homini extrema possunt accidere, quantum distarent; transgresso ab imis ad summa, et sic gnaro, et quasi pedibus permenso, qui gradus essent ex abiectissima humilitate et maximis aerumnis ad editissimum fastigium gloriae et affluentiae. Idem lib. 4. *Hactenus armorum discrimina. caetera bello Fata dedit varius incertus motibus aër.* Sic Florus dixit iudices *fata fortunasque principum habere in manu* lib. 2, 17. Sic Latinus Pacatus *nullam maiorem*

 *esse*

*esse Principum felicitatem, quam fecisse felicem, et intercessisse inopiae, et vicisse fortunam, et dedisse homini nouum fatum.* Nec dissimulandum fuit τὸ *ex ea vngi*, nam lib. 36, 20. huius generis androdamantem *reddere* ait *succum sanguineum, et esse ad iocinoris vitia praecipui remedii.* Vide reliqua.

---

HAR-

# HARDUINI
# EMENDANDA QUAEDAM
## VEL
# ADDENDA

## IN PLINIANO CONTEXTU.

Lib. 6, 25. Vrbii, *lege*, Vrbi.
Lib. 7, 27. auſpicatus eſt, *lege*, auſpicatus eſt:
Lib. 18, 51. ceteris, *lege*, certis.
Lib. 24, 20. appoſitas, *lege*, appoſitu.
Lib. 36, 4. Lesbo, et in inſula, *lege*, et in Lesbo inſula.

## IN NOTIS.

Vol. I. p. 193. not. illos ſacra; *adde:* Quod ſequitur de Ioue fulminante, admonet vt de nummo dicamus inſcripto, IOVI FULGERATORI: vel IOVI FULGURATORI: nam vtroque modo legitur in nummis aureis, e Theſauro Regio, et apud D. de Cleſues, et alibi. Iouem ſtantem exhibet, cui caput tectum pileo Romano: dextra fulmen intentans, laeua pallium ſubleuat: pede ſiniſtro virum calcat nudum, pauido ſimilem, dextra manu elata auerti a ſe fulmen deprecantem; pedum effigie ſer-

pentina. Optime hic nummus delineatur in Thesauro Brandeburgico, pag. 777. At non eſt ille percuſſus aduerſus Chriſtianos, vt Begerus ibi coniecit; ſed contra illius aeui Germanos, qui Treuerorum agros infeſtarent. Sententia enim prioris eſt: IOVI FULguranti, GERmanos Arcenti Treueris, Oſores Romani Imperii. Poſterioris iſta: IOVI FULGURanti, Arcenti Treueris Oſores Romani Imperii. Infra, P. R. Populi Rogatu: quod eſt Graece Δήμȣ Εὐχῇ. Ex altera parte, IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANUS P. F. AUG. Capite laureato. Neutra vox alioqui, *Fulgerator*, aut *Fulgurator*, Latina eſt. Sed poſtremae litterae, primae ſunt totidem vocum, ex quibus ingenioſa exſiſtit ſententia, quae picturae eximie reſpondet. Nam et ſerpentes loco pedum odii ſymbolum praebent, et calliditatis ad alienos agros occupandos. Nam et *ſerpens callidior cunctis animantibus terrae*, ſuprepſit in paradiſum, Gen. III, 1. Ab ethnicis hic feciſſe Diocletianus Iovis ope dicitur, quod de Deo vero cecinit Dauid, Pſ. CXLIII, 6. *Fulgura coruſcationem, et diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas, et conturbabis eos.* Habet D. de Ballonſreaux, Conſiliarius Regius Luxemburgi, huic nummo ſimilem ex auro, alibi nusquam viſum, Maximiani Imp. nomine: IMP. MAXIMIANUS P. AUG. )( IOVI FULGERATORI.

Vol. I. p. 197. not. nec mortales; *adde:* Quod autem addit Plinius, nec Deum quidem poſſe reuocare defunctos, contra Chriſtianos Romae tunc degentes, dictum videri poteſt: quorum ex placitis iſtud paene praecipuum fuit.

Vol. I. p. 229. not. Nicias; *adde:* Quod autem Imperator Athenienſium Nicias appellatur, et libro ſexto Hanno Imperator Poenorum; admonet inqui-

inquirendum, quis primus dici coeperit *Imperator Romanorum.* Nam in nummis certe Augustorum, ante saeculum XIII. non occurrit. Caue enim credas sincerum esse sigillum saltem plumbeum, ex diplomate Placentino allatum a Mabillonio, in Itinere Italico, pag. 109. et ita inscriptum Ludouici II. vt aiunt, nomine: HLVDOVVICVS IMP. R. *Imperator Romanorum.* In auersa parte, CL. AVG. DEC. IMP. vbi, quod Mabillonium fugit, legi sigilli fictor voluit; CL*ementia* AVG*usti*, DEC*us* IMP*erii.* Non solent autem similes sententiae in genuinis scribi sigillis, nec solent esse plumbea Imperatorum sigilla.

Vol. I. p. 270. not. mensurae dimidium; Quantus . . . . diameter, *lege*, Quanta . . . diametros.

Vol. I. p. 280. not. ludis — Genetrici; *adde in fine:* Arguit hic nummus nuper repertus Antiquariorum errorem, cui nos quoque olim subscripsimus; existimantium, nummos inscriptos DIVO CAESARI VALERIANO, ad Saloninum pertinere, non ad Valerianum Valeriani Aug. ex priore coniuge filium.

Vol. I. p. 288. not. Augusto Caesare; capessendum: *adde:* nisi forte, quod alicui forte magis arridebit, *pater* ipse Dictator a Plinio appellatur, cuius Diui F. *filius* in nummis Augustus scribitur.

Ibidem: DCCX. *lege*, DCCXI.

Vol. I. p. 294. not. cum comitatu; *adde in fine:* Nihilominus etiamnum Diocletiani honori percussus est nummus alter isti simillimus, ex auro, cum ipsius nomine: DIOCLETIANVS AVGVSTVS. In auersa pagina, C OMIT ATVS AVGG. cum effigie

eorumdem Auguſtorum, Diocletiani et Maximiani, in equis. Infra, P. R. Populi Rogatu: qui ipſius quoque Diocletiani honori voluit nummum peculiariter dicari. Eſt ille perrarus, in Cimelio P. CHAMILLART.

Vol. I. p. 349. not. interque Statores; Nihilominus in nummis IOVIS STATOR inſcriptis, ſi quis legi malit, IOVe *Imperii Seruatore* STAT *Orbis Romanus*, haud moleſte feremus.

Vol. I. p. 353. not. vnum animal; *adde:* Hebraei ſimiliter ingenioſe dixere tonitru eſſe ignem extinguentem ſiue interimentem: *le Feu qui tuë.* Id quod ex ipſomet Chriſto Domino diſcimus, qui fratres duos, Iacobum et Ioannem, *Boanerges* vocauit, quod eſt, *Filii tonitrui.* Hebraïca vox ea eſt: בנוה־הרג־אש: *Filii interimentis ignis*, vel *igne.* *Boan* pro *bene* eſt, Galilaeae dialecto, vt *Eloï* pro *Eli.* Plura olim de eo verbo ſcripſimus, quae legi poſſunt in Diario Treuoltiano.

Vol. I. p. 531. not. Ceretani; *adde:* Sed ad Vaſcones, quos eo nomine noſtra nunc aetas agnoſcit, pertinet eximius, at longe poſterioris aeui nummus, variis eruditorum coniectationibus celebratus. Vidimus ex argento, qui palmam manus magnitudine impleat. In parte priore Princeps ſedet in throno ſub tentorio, cuius velum hinc et inde tenent, vt intus Princeps appareat, bini caeleſtes Genii, quales pingi ſolent in inſignibus Regum Francorum. Geſtat Princeps in capite coronam ex Liſi floribus, quae lilia vulgus appellat: dextra tenet nudum et erectum enſem: ſiniſtra libellos ſupplices, a ſubiectis ius ſibi reddi petentibus porrectos Principi, vt ſupremo Iudici: ad pedes

pedes ſcutum eſt quadripartitum lineis directis, inſignia bis exhibens Franciae et Aquitaniae. Epigraphe in ambitu haec eſt, picturae reſpondens: DEVS IVDICIVM TVVM REGI DA: ET IVSTITIAM TVAM FILIO REGIS. In parte auerſa idem pingitur in equo ſplendide ornato decurrens, et armatus, galea munitus, cuius apicem decorat Liſi flos vnus: dextra tenet nudum enſem elatum: eſt autem in circuitu haec inſcriptio. DEVS: KAROLVS: MAXIMVS: AQVITANORVM: DVX. ET. FRANCORVM: FILIVS. Hic alii alium Principem pictum ſuſpicantur, alii aliter inſcriptionem hanc poſteriorem accipiunt. Nos neminem arguentes, ſic totum exponimus. Princeps Carolus, filius Caroli VII. Francorum Regis alter, frater Ludouici XI. regis, idemque Dux Aquitaniae hic exhibetur, ac de eo in inſcriptione praedicatur, id quod ipſa pictura clamat: D*efendet* E*nſe* V*aſcones* S*uos* KAROLVS MAXIMVS, AQVITANORUM DVX, ET FRANCO*rum* R*egis* V*ere* M*agni* FILIVS. Dici *Vere Magnus* Carolus VII. profecto iure potuit, qui regni Franciae magna parte potitos Anglos, penitus demum e Galliis expulit. Eiuſdem Karoli Ducis alter ille nummus eſt, quem laudat Hiſtoria Regiae Inſcriptionum Academiae, tomo 1. pag. 286. KAROLVS: REGIVS: FRANCORVM: FILIVS: AQVITANORVM. DVX. Leonem diſcerpit. .)(. FORTITVDO: MEA: ET: LAVS: MEA: TV: ES: DNE: DEVS: MEVS: Crux, quam liliatam vocant, cum floribus Liſi, et pardis: quae ſunt Aquitaniae inſignia.

Vol. I. p. 549. not. Illiberis; *Nummum* DEO CABIRO *hinc transfer in notam ſequentem.*

Vol. I. p. 562. not. Alba; Albiga, *lege*, Albia.

Vol. I. p. 748. not. ſupra; ſupra Saum Draumque, *lege*, ſupra Sauum Drauumque. *Et ſic n.* 21. Sauus.

Vol. II. p. 1. not. minores ſinus; finibus, *lege*, ſinubus.

Vol. II. p. 2. not. locus Aornos; nomen Aornon, *lege*, nomine Aornon.

Vol. II. p. 8. not. Nicopolitano; Preuenza, *lege*, la Preueſa, *bis*.

Vol. II. p. 212. not. Hedui foederati; R*omani* I*mperii*: *adde*: Aut verius, quia ſimplicius; E*duenſi* A*pollini*, S*eruatori* P*opuli* E*duorum*, T*utatori* etc.

Vol. II. p. 378. not. Tyrus; domus, *adde:* prioribus ab hoſte dirutis.

Vol. II. p. 413. not. qui nunc Caeſarea; πρὸς Ἀναζάρβῳ: *adde:* Fuit ante annos aliquot in Cimelio Viri Clariſſ. D. DE BOZE, Cuſtodiae Regiorum Numiſmatum nunc Praefecti, nummus ex aere minimo: hinc capite laureato, cum ſpicis duabus: inde capite turrito; cum epigraphe: ΚΑΙ-ΣΑΡ ΠΡ ΑΝΑΖΑΡ Καισαρέων πρὸς Ἀναζάρβῳ. ΓΛΡ. Anno aerae Anazarbenſium, CXXXIII.

Vol. II. p. 513. not. Lyſtreni; Lyſtrani, *lege*, Lyſtram.

Vol. II. p. 566. not. Armoſata; *adde in fine:* Nummum vero ΑΡΜΟϹΑΙΤΤΗΝΩΝ nobis idcirco ſuſpectum eſſe non diffitemur: quod M. Antoninus Armeniam aut Orientem non vidit, ſed L. Verus frater: qui ex ea cauſa ARM. PART. appellatur. Marcus autem Antoninus GERM. et SARM. tantum, ex Occidente non progreſſus.

Vol. III. p. 181. not. Felicis ſibi; Hereditarium illud cognomen tranſmiſit ad poſteros; e quibus

bus fuit Felix Praeſes Iudaeae, cuius vxor Druſilla, e gente Claudia: qui et perorantem ſe iudice Paulum audiuit, vt in Actis narratur, cap. XXXIII.

Vol. III. p. 200. *ad notam, vbi de vocabulo* Iuventus, *et de* Principe *Iuuentutis, adde*: Gratiani Aug. nummus eſt perpulcher et perrarus ex auro, apud P. Chamollart: depictus etiam inter Arſchotanos, ſed inſcriptione mutila, Tab. lviii. D. N. GRATIANVS P. F. AVG. Capite cincto gemmis. .)(. PRINCIPIVM IVVENTVTIS. Infra, SMTR *Societas Mercatorum Treuerorum*. Stat ipſe paludatus, cum haſta, quam dextra gerit tranſuerſam; et orbe Romano, quem laeua tenet. Capiti praeterea cincto gemmis circulus circumducitur. Inſcriptio hanc igitur habet ſententiam: PRINCIPI *Vniuerſae Militae* IVVENTVTIS. Gallice: *Au Colonel General de toute l'Infanterie de l'Empire.* Circulus capiti circumductus interminata ſignificat poteſtate redimitum in pedeſtres copias vniuerſae rotunditatis Orbis Romani, quem ſiniſtra manu portat, et quas deſignat vocabulum IVVENTVTIS. Nam circulus initio et fine caret. Principes Iuuentutis nulli fuere poſt Conſtantinum, Conſtantium, et Conſtantem fratres Caeſares, vſque ad Gratianum Aug. nulli poſt eum. (Fratres dico, ex ipſiſmet nummis antiquis: ex quibus vnicum tamen adhuc vidimus in Cimelio D. DE SURBECK, Antiquariis prius inexploratum, FL. IVL. CONSTANTINVS NO. C.) Fuerat inter hos Criſpo Caeſari nummus dicatus, PRINCIPI A IVVENTVTIS: hoc eſt, *Principi primo Iuuentutis;* primo vtique inter pares: Gratianus autem ſolus eſt ex Auguſtis, qui cum eo fuere.

Vol. III. p. 271. not. ex quo apparet; litterarum eſſe: *adde:* Non quod ab omni aeternitate cenſeat

vel homines esse, vel litterarum apud eos vsum: quippe qui dicat, libro XIV. sect. v. *Tam prope ab origine rerum sumus.*

Vol. III. p. 482. not. fidelissimumque; Viridio, *lege*, Viridis.

Vol. IV. p. 715. not. ne terra quidem; *adde in fine:* Sed Homerum a Plinio praue hic intellectum fuisse, iam alibi monuimus.

Vol. V. p. 87. not. Scaeuolam; sub bigis, *lege*, sub quadrigis.

Vol. V. p. 216. not. Atto Nauio; in fine: *Venerabundi*, lege, *Venerantes.*

Vol. VIII. p. 141. not. in adorando; *adde in fine:* Veri tamen similius est, *adorandi* verbo Plinium hoc loco adorationem Numinum intellexisse, aeque quam altero huius orationis membro, siue circumlatione corporis. Hunc ipsum adorandi luminaria caeli ritum apud nationes Iobus ipse respicit, cap. XXXI. 26, 27. *Si vidi Solem cum fulgeret, et Lunam incedentem clare: et laetatum est in abscondito cor meum, et osculatus sum manum meam ore meo.* Peruasit haec idololatria, siue cultus Solis ac Lunae in Iudaeam ipsam sub Manasse, ex IV. Reg. XXIII. 5.

Vol. VIII. p. 449. not. Paroditas; *adde:* Libro IV. Reg. cap. VI, 25. vbi *venumdata* dicitur *quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis*, intellige columbinum intestinum cum suo stercore.

Vol. VIII. p. 466. not. namque Tiberii; *adde in fine:* Cum vero Plinius hoc loco Druidas vates medicosque, alibi Magos aliterue appellat, ostendit eos nonnisi Magos fuisse, qui ex Magice et Astrologia, aliisque studiis, medicinam exercerent.

Vol.

Vol. IX. p. 4. not. et aurum; *adde in fine:* At ea quae proxime antecedit, forma loquendi, *tenere Indiam*, admonet vt obiter interpretemur nummum ex auro perrarum, delineatum a D. le Blanc, pag. 282. In antica superficie S. Ioannes Baptista fert crucem oblongam, et e regione delphinus est. Epigraphe, S. IOHANNES B. Parte altera, cum flore Lisi, inscriptus in ambitu titulus est, hinc FRA inde NTIA. Percussus hinc nummus est anno 1357. vel 1358. cum captiuo in Anglia Iohanne Rege Francorum, Regente Carolo eius filio regnum, Nauarrus Rex omnia turbaret in Gallia, Parisiis dominaretur, et in Insula Franciae: regnum demum inuadere omnino tentaret. Ergo ingemiscens Praefectus Monetae calamitosum hunc rerum statum in isto titulo ingeniose exponit, dum ait: FRA*nciam* N*auarrus* T*enet*, I*ohannem* A*nglus*. Delphinus post diui Iohannis Baptistae nomen adpictus, Carolum praedictum designat, Regnum tum Regentem absente patre, eumdemque primum e regio sanguine Delphinum Viennensem.

Vol. IX. p. 85. not. tributum; *Imperator Augustus*: adde: Caue enim legas *Theodeberti* in genitiuo casu: cum neque in nummis Latinis nomina Principum in alio vmquam casu, quam in recto scribantur; et alia Theodeberti numismata integrum nomen THEODEBERTUS exhibeant: et in THEODEBERTI PP. AVG. aeque legi *Imperator* debeat, atque in nummis aequalis ipsius IVSTINIANI PP. AVG. *Et in fine Notae huius adde:* Insignis ac perrarus in eo genere triens aureus est, apud D. de Clesves in hac ciuitate: Theodeberti Aug. honori percussus, cum mentione tributi, quod subinde Edui Augustis Regibusque soluerent. Hinc Principis caput cinctum

cinctum gemmis exhibet, cum litteris, METALS: quarum sententia est: *Mercatores Edui Theodeberto Augusto L quinquagesimam Soluerunt.* Gallice dicimus, *le cinquantiéme dernier.* Pars altera, cum cruce in medio, habet has in ambitu litteras, TEVD E⊥SILVS: hoc sensu: TEVD*eherto* Edui ⊥*ributum Sexagesimae Inuicto Liberatori Vrbis Soluerunt.*

Vol. IX. p. 160. not. libras; *sub finem*: IMP. *Imperator* dicitur *adde:* Veremur tamen ob eam ipsam causam, quod Augustus hic appellatur, nec tamen IMP. quod ab illius saeculi consuetudine abhorret; Veremur, inquam, ne nos species et elegans et ad similitudinem vetustatis proxime accedens nummi fabrica deceperit; sitque recens ille et adulterinus; fictus ab inconsiderato nummorum adulteratore, qui nesciret Gordianum filium, aeque ac patrem, in suis nummis esse semper IMP. Imperatorem.

Vol. IX. p. 224. not. Africani; In nummis antiquis casus Gracchi nominatiuus semper GRACCVS scribitur, non GRACCHVS: quamuis apud Plutarchum Γράκχος sit.

Vol. IX. p. 225. not. C. Aelio; *adde*: Ex affinitate cum Caesaribus nobilitatem adepta est familia vna ex Aelia gente; ex qua se ob eam causam Aelium Caesarem, non Aelium simpliciter et absolute, Antoninus Pius appellat.

Vol. IX. p. 356 not. quidam; *adde*: Mox deinde plumbaginem appellat, argenti venam plumbo mixtam.

Vol. IX. p. 572. not. Apollinis; *adde in fine*: In nummo Graeco, cuius effigiem expressam in cera

cera seruamus, scribitur, ΕΠΙ ΣΩΣΣΙΟΥ: Aries currens pingitur, cum superposito Solis sidere, symbolo Orientis, et laudatissimi in Syria Antiochena arietini velleris. Sub aluo arietis, ΔΓ *Δόγματι Γερουσίας*: *Edicto* vel *Decreto Senatus.* In parte antica caput Iouis est laureatum. Est ex aere minimo.

---

HAR-

# HARDUINI DE SITU PARADISI TERESTRIS DISQUISITIO:

SIVE

## *DE PLINII CUM MOSE CONVENIENTIA in paradiſi fluminibus indicandis.*

Ne quis temere dictum a nobis exiſtimet, fluuios a Plinio appellatos libro ſexto, *Flumen Salſum*, et *Flumen Achanum*, eos eſſe, quos in deſcriptione Paradiſi Moſes *Gehon* et *Phiſon* nuncupat; de ipſius Paradiſi ſitu diſquirere hoc loco breuiter viſum eſt: ex integro Tractatu de eo argumento, quem habemus praelo paratum, decerptis iis dumtaxat, quae ad Geographiam, ſiue ad Paradiſi et circumiacentis regionis ſitum ſtatuendum pertinent, vt Operis huius ratio poſtulat ac permittit. Itaque ad ſingulos ſacrae Scripturae verſus, ex ſecundo capite Geneſeos, quo Paradiſi deſcriptio continetur, noſtram adiiciemus interpretationem; Editionem Vulgatam in primis ſecuti, quoniam et ſic facere Catholicum decet, et eſt ea in hoc argumento perquam accurata, et ceteris omnibus multo apertior. Intelligent autem ex hac Diſquiſitione Latinarum litterarum ſtudioſi, quiqui ſint, magno diuinae Proui-

Prouidentiae confilio ac munere factum effe, vt ad noftram aetatem Plinii opus, quamuis hominis a veri Numinis cognitione alieniffimi, peruenerit: cum vnus omnium antiquorum fcriptorum ipfe fit, qui flumina Paradifi, in opere fuo Geographico, commemorauerit, atque eodem ipfo fitu collocarit, quo ea defcribuntur a Mofe.

§. I.

Explicatur verfus 6. capitis fecundi Genefeos: *Sed fons afcendebat de terra, irrigans,* etc.

Nondum aliquis, inquit Mofes, decidebat e caelo imber: fed pro imbre fons fuit crebris flexibus omnem illius regionis fuperficiem irrigans: quem qui homo accoleret, poffet ex eo haurire ad rigandos hortos per vniuerfam illam regionem. Turpi et graui labuntur errore, qui fiue peritiae in Hebraeo fermone oftentandae caufa, fiue alio confilio, *fontis* vocabulum hoc loco repudiant, vt *vaporem* inducant. Vidit acute Vulgatus Interpres, אֵד *ed* Hebraeum, effe *fontem;* quippe coniunctum cum verbo שָׁקָה *fchacah* irrigare, quod in facris libris, vt inferius oftenfuri fumus, nonnifi de riuo vel amne dicitur, agros permeante, et crebris finuofifque flexibus eofdem irrigante. Et cum *vaporis* nomen alibi ter occurrat in iifdem libris, nufquam per אֵד *ed*, Hebraïce exprimitur. Alias praeterea caufas, fane graues et validas, quamobrem *vapor* hic inepte ponatur, affert Salianus in Annalibus, ad diem mundi tertium, num. LVII.

Fons ille Paneas olim fuit, et eft hodieque, vnde Iordanis fluit, vt Plinius prodidit, libro V. fect. XV. *Iordanis amnis oritur ex FONTE Paneade, qui cognomen dedit Caefareae.* Et fect. XVI. pag. 263. Tetrarchia *Paneas, in qua Caefarea, cum*

*fupra-*

*supradicto FONTE.* In describendo ortu Iordanis, vt mentitus esse Plinius existimaretur; ac fortassis ne *fons* ille, cuius hic Moses meminit, ille esse crederetur, vnde Iordanis oritur: ficta gemina fabula est; altera, quae fontem hunc ipsum Paneadem ex vlteriore lacu, Phiala appellato, per subterraneos meatus erumpere fingeret; altera, quae ex gemino fonte prodire hunc amnem referret; quorum vni nomen esset *Ior*, alteri vero *Dan.*

*Ascendebat e terra.* Scatebram siue ebullitionem aquae surgentis, et e terra exsilientis, vox illa *ascendendi* denotat. Terrae autem nomine, Palaestinam ipsam, vt mox dicemus, sacer Scriptor intelligit. Sed perquam accurate *terram* dixit, non *paradisum*: vt extra paradisum fuisse fontem eum intelligeremus. Nam primum quidem *fons e terra ascendebat* ad irrigandam superficiem terrae: deinde fluuius egrediebatur, etiam ipse extra paradisum in eo egressu: sed mox paradisum eumdem subiturus et irrigaturus.

*Vniuersam superficiem terrae.* Hebraei *vniuersam superficiem terrae*, consueto idiomate circumiacentem solummodo regionem appellant, qualem quidem et quantam intelligi orationis argumentum poscit. Vnde Gallice reddi hanc vocem sic oportet, *toute la surface du payïs.* Atque ita persaepe in libris sacris *terra*, et *vniuersa terra*, pro tota aliqua regione ponitur, *tout le payïs.* Neque profecto terrae vniuersae, vt eam vocem vulgo intelligimus, irrigare superficiem fons vnus potest.

*Fontis* vero nomine riuus intelligitur e fonte profluens, et amnem efficiens: nam et fontes decurrere per campos et valles dicuntur. Psal. CIII. 10. *Qui emittis FONTES in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aquae.* Quin etiam Mosis aetate,

aetate, quem amnem Iordanem dicimus, non habuit is Iordanis nomen ante egressum e mari seu lacu Tiberiadis. Sed quod anterius fluit e fonte Paneade vsque ad eum lacum, in quem se immergit, Hebraei *fontem* appellabant, et *fontem Daphnim;* vt apparet ex Num. XXXIV. 11, 12. vbi Terrae promissionis situs et limites describuntur, *ad septemtrionalem plagam a mari magno*, siue mediterraneo. *Inde contra orientalem plagam de villa Enan vsque Sephama*, quod oppidum fuisse oportet circa fontem ipsum Iordanis, vnde hi limites orientales procedunt versus Austrum: vt recte Bonfrerius noster animaduertit: *et de Sephama descendunt termini in Rebla contra FONTEM DAPHNIM: inde peruenient contra orientem ad mare Cenereth*, qui et lacus Tiberiadis est, *et tendent vsque ad Iordanem*, vbi nimirum emergit e lacu; *et ad vltimum salsissimo clauduntur mari*, qui est Asphaltites lacus.

Supremis tamen Iosue temporibus, cum ea regio iussu ipsius lustraretur, ad constituendos fines singularum tribuum, etiam aliqua pars superior amnis appellata fortassis Iordanis est; siue, vt a Bonfrerio video appellari, Iordanis minor: ob verba Iosue XIX, 33. sed fortassis, inquam; neque enim istud ex eo etiam loco liquido colligitur. At prius sub Mose, nonnisi *fons*, et *fons Daphnim* appellata ea pars amnis est, quae est ante lacum Tiberiadis, vt apparet ex loco Numerorum allato.

Daphnim autem oportet esse, vt cetera omnia quae in hoc capite appellantur nomina propria, Hebraeum nomen: nullum enim in his Latinum est. Est igitur, vt nunc quidem videtur, *fons Daphnim*, fons laurorum, ob lauros in ripa consitas. Nam lauros in hoc tractu fuisse, (tametsi nullas in reliqua Terra sancta libri sacri exhibent:)

non vicinia quidem Antiochiae ſuadet, quae ad Daphnen dicitur; at hinc videtur abeſſe plus octoginta millibus paſſuum; ſed quod etiamnum דפנא *daphne*, dicunt Rabini pro lauro: quod iſti quidem verbum ex Graeco δάφνη fortaſſis accepere; ſed prius ex Hebraeis iſtud accepiſſe Graecos veriſimiliter ex hoc loco colligimus. Cum autem vox illa *Daphnim* abſit ab Hebraeis codicibus, vt nunc ſunt; (nam in iis ſolummodo legimus, *contra fontem*:) argumento iſtud eſt, praeter alia multa: Vulgatum interpretem multo emendatioribus aliisque vſum fuiſſe exemplaribus Hebraeis, quam quae nunc exſtant; vt Praefatio admonet praefixa Bibliis: ac iure videri Iudaïca eſſe, quae nunc habemus; Iſraëlitica ſiue Galilaea fuiſſe ea, ex quibus ante ipſam Chriſti aetatem facta ſit Latina translatio. Et eſt fons ille ceteroqui in Galilaea, ac proinde Galilaeis notior, quam Iudaeis; qui ignotum ſibi nomen forte neglexerunt. Vt vt eſt, *fons Daphnim* ille ipſe fons eſt, qui ab ipſo mundi initio *aſcendebat e terra*, *irrigans vniuerſam ſuperficiem terrae*. *Vniuerſa terra* autem, cuius ſuperficiem fons irrigabat, eſt tractus ille ſolummodo, quem amnis alluit, priuſquam in lacum Geneſaram, ſiue Tiberiadis, illabatur. Sic enim Gen. XIII, 9. *dixit Abram ad Lot. . . . Ecce VNIVERSA TERRA coram te eſt*: hoc eſt, terra ſeu regio circumiacens in eo tractu.

## §. 2.

Explicatio verſus octaui: *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis, a principio: in quo poſuit hominem quem formauerat.*

*Plantauerat.* Conſeuerat plantis ſeu virgultis, qualia commemorata ſunt verſu quinto, locum peculiarem; vt eſſet is hortus ſeu Paradiſus voluptatis: et

et quem extra Paradisum hominem condidit, in eo postmodum collocauit.

*Paradisum voluptatis.* Hebraice, גן־בעדן *ghan-beeden:* quod verti oportere Hebraïzantibus videtur, *Paradisum in Eden:* quoniam illud ב, quod inquit, Latine idem valet ac praepositio *in*, loci situm indicat. Perinde quasi non, et qualitatem rei ac modum peraeque designet: cuiusmodi illud est, Gen. III, 19. *In sudore* בזעת *beseheht vultus tui vesceris pane.* Et Gen. XXXIV, 13. *Responderunt filii Iacob Sichem et patri eius* במרמה *bemirmah, in dolo.* Itaque isto etiam loco qualitatem horti denotat; Paradisum videlicet in voluptate: id quod rectius exprimi sensit Vulgatus interpres, si diceret *Paradisum voluptatis.* Nec aliam esse sententiam Hebraei ipsius exemplaris inde apparet, quod versu deinde 15. huius secundi capitis, et capite sequenti, versu 23. et 24. hoc est, vbicumque postea *Paradisus voluptatis* similiter commemoratur, Hebraïce est solummodo, absque ea littera seruili ב, גן עדן *ghan eden.* Vnde et Graeca ipsa etiam exemplaria habent, παράδεισος τῆς τρυφῆς. Sic Isaï. LI, 3. עדן *Eden,* deliciae sunt: *Et ponet desertum eius quasi DELICIAS, et solitudinem eius quasi HORTUM DOMINI.* Neque vero esset contra leges artis oratio, si quis hoc loco Geneseos verteret, *Paradisum in voluptate:* sic enim apud Basilium legas, in homilia de Paradiso: ἐν Ἐδὲμ, φησὶν, ἐφύτευσε· τουτέστιν, ἐν τῇ τρυφῇ.

*A principio.* Primis diebus, ante formationem hominis. Quo nempe die terra iussa est germinare, et arbores producere virgulta, et herbam: die mundi tertio. Vulgatus Interpres, quem ego virum θεόπνευστον fuisse, quod et Melchior Canus affirmat; aut certe supra mortales ceteros peritissi-

nium tum linguae Hebraïcae, tum aliarum disciplinarum, tum vero in primis traditionis in rebus diuinis; vidit perspicacissime, non fuisse hoc loco Hebraeam vocem מקדם *mikkedem* vertendam, *ab Oriente*, aut *versus Orientem*: quoniam non esset locus Paradisi ad solis exortum respectu terrae Chanaan siue Palaestinae, quam Moses spectabat, cum haec scriberet: siquidem pars eius terrae, Paradisus ipse esset. Alioqui vocem eamdem ille ipse Interpres, cap. XI, 2. *de Oriente* recte interpretatus est: *Cumque proficiscerentur DE ORIENTE*, nempe familiae Noë, de quibus sermo fuerat capite praecedenti, versu vltimo: *inuenerunt campum in terra Sennaar*, *et habitauerunt eo.* Nam Oriens ille, vnde isti profecti dicuntur, tractus ille omnis terrarum est, quem Iordanis alluit ab oriente, circa lacum Genesareth: qui orientalis tractus est comparate ad reliquam Palaestinam. In eodem illo Oriente fuit mons Sephar, de quo dictum a Mose fuerat, capite superiore, siue X, 30. *Et facta est habitatio eorum de Messa pergentibus vsque Sephar montem orientalem.* Ibi etiam Ammon siue regio Ammonitis fuit; vnde olim est accersitus Balaam a Balac rege Moab, Num. XXII, 5. *de Aram*, *de montibus Orientis*, Num. XXIII, 7. hoc est, de oppido Aram, sito in montibus Orientis. Cuius quidem oppidi mentio est, 1. Paralip. 2, 23. vna cum terra Galaad, siue monte Galaad, qui et ipse vnus est ex istis *montibus Orientis;* et cum Gessur Syriae, cuius mentio in primis est 2. Reg. XV, 8. et vbi de Absalomi secessu agitur, cum fratrem occidisset.

Comparate etiam ad conuallem Mambre, vbi degebat Abram, Gen. XIV, 13. *plaga orientalis*, Gen. XXV, 6. appellatur terra *Madian*, quae ab

ipso.

ipsomet Abrahamo, vni e filiis suis, quem ex Cetura susceperat, adsignata est, Gen. XXV, 6. *in regione Moab*, Gen. XXXVI, 35. cum Ismaelitis ibi quoque aut iuxta positis, Gen. XXXVII, 28, 36. vnde ibi ducem habuere Madianitae, Num XXV, 18. vicini admodum Moabitis, Num. XXII, 4, 7. et XXV, 1, 6. iidemque vicini Amorrhaeis, Iosue XIII, 21. Vnde multo postea excursione facta cum Amalec, ceterisque *Orientalium nationum*, ascenderunt in terram Israel, Iudic. VI, 3, 8, 33. donec inde pulsi a Gedeone fuerunt. Fuit autem altera praeter istam ciuitas Madian, vltra Idumaeam, versus oram orientalem maris Rubri; cuius mentio est, 3. Reg. XI, 18. Quo nimirum ex Idumaea fugiens Adad Idumaeus, vt in Aegyptum se reciperet, primum aduenit: et vnde profectus venit in Pharan, deinde in Aegyptum. Ex ista Madianitide regione fuit Sephora vxor prima Mosis. Sed de istis quidem capitibus, quae in Geographia sacra perdifficilia et impedita nonnullis Interpretibus visa sunt, obiter haec dicta sunto.

Qui nomen Hebraeum מקדם *mikkedem*, aiunt geminum posse habere sensum in hoc versu octauo, in quo versamur; ita vt et *a principio* creationis significet, et *ad Orientem* simul, vt inde statuant colligi oportere Paradisi situm ad Orientem; hi volunt deseri Vulgatum Interpretem, qui scripsit, *a principio;* cum fieri certe non possit, vt scriptor quisquam voce aliqua vna vtatur, qua simul et tempus velit et locum intelligi; aut vt *a principio* qui scripserit, non deseratur, si hic oporteat *ab Oriente* intelligi. Itaque quisquis vtrumque isto loco significari hac voce contendit; aut constare idem negat quid sit statuendum; aut Editioni Vulgatae vult quamuis aliam anteponi, quae habeat *ab*

 *Oriente;*

*Oriente*; Vulgatam prae iſta ſperni ac negligi. At quae cauſa potuit mouere Vulgatum Interpretem, vt hic מקדם *mikkedem* verteret *a principio*, cum alibi vertat de Oriente; niſi quia perſpectum exploratumque haberet, hanc fuiſſe conſtantem ſententiam, tunc maxime cum huic ipſi interpretationi operam daret, non in Oriente comparate ad Palaeſtinam, ſed in ipſamet Palaeſtina fuiſſe Paradiſum? Aut cur non reclamarunt eruditi, ſi verti *ad Orientem* oportere exiſtimarent, ad ſenſum Moſis exprimendum?

Atqui מקדם *mikkedem*, non poſſe ſaepe aliter verti, quam *a principio*, teſtantur multa ſcripturae ſacrae loca: vt Iſaï. XLV, 21. *Quis auditum fecit hoc* מקדם *mikkedem*, *AB INITIO?* Mich. V, 2. *Et egreſſus eius* מקדם *mikkedem*, *AB INITIO a diebus aeternitatis.* Habac. I, 12. *Numquid non tu* מקדם *mikkedem*, *A PRINCIPIO Domine Deus meus?* Sic aliis etiam multis locis. Itaque alia alibi huius vocis vis ac poteſtas eſt, pro ratione ſubiectae materiae: Quam non habere plane perſpectam non potuit Latinus Interpres, cum vertit *a principio.* Siquidem et loco citato, Gen. XI, 2. et Gen. XII, 8. et Gen. XIII, 11. et alibi, illud *mikkedem* recte vertit *ab Oriente*, quoniam ita poſceret argumentum. At certe vidit vir eruditus, non poſſe hic ſcribi *ab Oriente*, cum nondum ſcriptor ſacer aut qua ſub mundi plaga ipſe ſcriberet, aut qua in regione terrarum eſſet is locus, de quo ſcriberet, deſignaſſet.

A quibus autem auide exceptum illud eſt, *ab Oriente*, ex his multos videmus inſulſas anileſque fabulas de Paradiſi ſitu eſſe amplexos, quas recitat Moſes Barcepha, aliique.

*In quo poſuit hominem quem formarat.* Circa fontem Daphnim fuiſſe Adamum a Deo conditum, vt

vt ſupra diximus, inſtituta a Moſe narrationis ſeries docet. De ligno vitae et de ligno ſcientiae boni et mali ſatis feliciter Deo donante, vt quidem opinamur, in integro Tractatu diximus: ſed Geographica dumtaxat ex eo nos eſſe excerpturos, meminimus ſuperius nos polliceri: neque hoc volumen ſcribi hic de eo integro argumento poſtulat.

§. 3.

Explicatio verſus decimi: *Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum, qui diuiditur in quatuor capita.*

*Et fluuius.* Iordanis nimirum; quippe qui ſolus ex omnibus Terrae ſanctae, vt eſt reuera, fluuius appellatur, et κατ' ἐξοχήν. Nam ceteri torrentes ſolum, aut riuuli, non fluuii ſunt. Num. XI, 19. ſub Moſe: *Miſit Iſraël nuncios ad Sehon regem Amorrhaeorum, qui habitabat in Heſebon, et dixerunt ei: Dimitte vt tranſeam per terram tuam, vſque ad FLVVIVM*, hoc eſt, vſque ad Iordanem. Et Ioſue XXIV, 2. loquente eo ad tribus Iſraël: *TRANS FLVVIVM habitauerunt patres veſtri ab initio, Thare pater Abraham, et Nachor: ſeruieruntque diis alienis. Tuli ergo patrem veſtrum Abraham de Meſopotamiae finibus: et adduxi eum in terram Chanaan.* Nam ibi *fluuius*, inquam, Iordanis eſt; vltra quem ſcilicet, comparate ad Sichem, Meſopotamia ea eſt, de qua Deus tuliſſe dicitur Abrahamum. Neque enim in vetere Teſtamento alia Meſopotamia eſt, quam quae Meſopotamia Syriae appellatur, Gen. XXVIII, 6. XXXIII, 16. XXXV, 9, 20. Iudith III, 1. et Pſal. LIX, 2. In ea Meſopotamia habitarunt Thare, Abraham, et Nachor, patres Iſraëlitarum; ſiquidem Thare pater Abraham fuit; Nachor autem, alter Thare filius, auus Rebeccae, matris Iacob, qui et Iſraël. Itaque patres eorum iſti: Abraham paterno genere;

 Nachor,

Nachor, materno: ambo Mesopotamiae Syriae *trans fluuium*, hoc est, trans Iordanem, incolae. Vnde et Rebecca filia dicitur *Bathuelis Syri de Mesopotamia*, Gen. XXV, 20.

Itaque Iordane haec Mesopotamia includebatur et Oronte, ab occasu: Euphrate et Babylone ab ortu: ab Aquilone, Marsya amne, qui in Euphratem influit. De Marsya et Oronte haec Plinius, libro V. sect. XIX. *Syria Coele habet Apamiam, Marsya amne diuisam a Nazerinorum tetrarchia.* Et paulo antea, sect. XVIII. *Antiochia libera, Epidaphnes cognominata, Oronte amne diuiditur,* quem postea dicit in mediterraneum amnem delabi; *natum* vero esse eumdem *inter Libanum et Antilibanum iuxta Heliopolim.* Marsyas in Euphratem influit, vt idem testatur, sect. XXI.

Hinc igitur intelligas, Mesopotamiam, et Mesopotamiam Syriae appellatam esse regionem eam, quae inter Marsyam et Orontem, Iordanem et Euphratem esset; diuersam a Mesopotamia illa, quae inter Euphratem et Tigrim excurrit. *Haran* proinde, vbi Laban socer Iacobi fuit, non Carrhas esse, quae sunt hic procul positae, vt ex Pliniana huius tractus descriptione liquet: sed Apamiam potius, de qua dictum est proxime, aliudue oppidum haud longe positum, colligere recte ratiocinantes oportet. Ex hac igitur ciuitate Haran, siue Apamia ea sit, siue altera ei vicina, in ista Mesopotamia Syriae; siue, vt alii scriptores appellant, et ipsa Genesis, cap. XXVIII, 7. *in Syria;* profectus Iacob, *amne transmisso*, Gen. XXXI, 21. qui influit in lacum Genesarae, perrexit inde *contra montem Galaad*, qui est ad orientem eiusdem lacus. Nam tota illa regio, quae Iordani fluuio late praetenditur, *terra orientalis* appellatur, Gen. XXIX, 1. *Oriens*, Gen. XI, 2. et *mons orientalis*, Gen. X, 30.

Ac

Ac mihi quidem hic quoque insignis diligentia fuisse videtur Vulgati Interpretis, qui *amnem* scripserit, Gen. XXXI, 21. ne quis ibi Euphratem intelligeret; quem *fluuii* nomine κατ' ἐξοχὴν saepe designat. Neque enim insigniores paulo fluuios amnis appellatione denotat; quales sunt Iordanis, Euphrates, Nilus, Tigris: sed minores dumtaxat tres; nimirum istum οἰνώνυμον hoc loco Gen. XXXI, 21. deinde ne amnem quidem, sed vel alueum Nili vnum vel amnis effigiem, quae dormienti obiecta est Pharaoni, Gen. XLI, 3, 18. et postremo alium plane obscurum, I. Paralipomenon, I, 48.

Digressum me quidem paulisper a proposito sentio; at non sine aliquo fructu, opinor: cum patefacto quid fluuii, quid amnis nomine sacra scriptura intelligat, loca non pauca sacrorum librorum, quae sunt praepostere accepta ab Interpretibus, pertinentque ad situm regionum, oppidorum, ac fluminum, nunc tandem feliciter, vti speramus, illustrentur. *Fluuii* interim nomine in hac descriptione Paradisi intelligi Iordanem oportet, vt diximus: quem etiam *fluminis* nomine Dauid designat, Psal. LXV, 6. *In FLVMINE pertransibunt pede.* Et hunc denique fluuium, qui Paradisum irrigaret, esse Iordanem, censent etiam Ioannes Mariana in eum Geneseos locum, et P. Nicolaus Abramus in tractatu de fluuiis et loco Paradisi. Non appellat autem Moses de nomine Iordanem; quia tunc certe, cum Deus conderet Paradisum, id nomen amnis ille nondum haberet.

*Et fluuius egrediebatur.* Postquam fons irrigasset vniuersam superficiem terrae siue regionis adiacentis, fluuius etiam egrediebatur e lacu, Tiberiadis postea appellato, quem aquis suis fecerat; vt docet Plinius, libro V. sect. XV. *IORDANIS*

 *amnis*

*amnis oritur e fonte Paneade, qui cognomen dedit Caesareae: AMNIS AMOENVS, et quantum locorum situs patitur, ambitiosus, accolisque se praebens, velut inuitus Asphaltiten lacum dirum natura petit..... Ergo vbi prima conuallium fuit occasio, in lacum se fundit, quem plures Genesaram vocant, AMOENIS circumseptum oppidis.* Inde autem egrediens, *fluuii* nomen habet apud Mosem. Verum vt de fonte Iordanis iam ostendimus, sic etiam in eiusdem amnis cursu describendo errarunt ii, qui antequam perveniat ad lacum Genesaram, seu mare Tiberiadis, aliam Iordani conuallem occurrere confinxerunt, in qua lacum efficiat Genesaretico longe minorem; quem alii appellauerunt Σεμεχωνῖτιδα λίμνην, alii etiam aquas Merom, de quibus sermo est Iosue XI, 5, 7. cum sint in eo Iosue loco aquae Merom, verius aquae stagnantes, vbi vbi sint, vt aquae Maserephoth, ibi pariter memoratae: neque aquae Merom, hoc est, aquae altae, siue altitudinis, dici posse videantur aquae, quas amnis in convalle colligit; et certissimo denique eorum relatu, qui haec loca diligenter lustrarunt, didicerimus, nullum omnino in lacum se Iordanem effundere, ante lacum Genesarae, siue Tiberiadis, quem aquis suis facit. Ex eo igitur ipso, non ex anteriore alio, cum nullus sit, *fluuius egrediebatur*, qui postea Iordanis est appellatus.

*De loco voluptatis.* Est enim regio omnis circa lacum Tiberiadis amoenissima. Vnde lacum ipsum *AMOENIS* esse *circumseptum oppidis* Plinius dixit: id quod et ipsa suadent nomina circumiacentium oppidorum. Et *Genesar* quidem, vnde *Aqua Genesar*, vti appellatur 1. Mach. XI, 67. siue *stagnum Genesaret*, Luc. V, 1. et *terra Genesar* Matth. XIV, 34. siue terra Genesareth; cum *hortum* siue

*Para-*

*Paradiſum felicem*, vel *felicitatis* ſignificet, גן־אשר: *ghan-aſcher* quod eſſe idem videtur, atque *hortus* ſiue *Paradiſus voluptatis;* ipſo ſuo nomine ſitum Paradiſi in ſua vicinia indicare nobis videtur, et in eum nos quaſi manu ducere. Poteſt et vox *Geneſareth* ex illa deriuari, גן־אשרה, vt ſignificet *hortum nemoris*. Eſt enim אשרה *aſchera*, lucus, ſeu nemus arboribus denſum; cuiuſmodi fuit hortus ſeu Paradiſus, in quo *produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulcrum viſu, et ad veſcendum ſuaue.* Vt vt eſt autem de illa vocis originatione, nec linguam Hebraïcam, nec vim radicalium litterarum probe noſſe videntur ii, qui quoniam in libro Numerorum, cap. XXXIV, 11. et alibi, hoc *mare Cenereth* et Ceneroth appellatur, כנרת *Cinereth* et כנרת, *Cineroth:* corrupte ex eo factum fuiſſe Geneſareth arbitrantur. Cum verius multo ſit, alterum iſtud nomen factum huic mari fuiſſe ex appoſito ei oppido altero. Nam inter oppida tractus illius, in tribu Nephthali, *Cenereth* numeratur, Ioſue XIX, 35. et alibi. *Geneſar* autem inferius verſus Auſtrum poſita fuiſſe videtur, in tribu Zabulon.

Neque vero veſtigia priſcae amoenitatis in illis locis retinet ſolum nomen Geneſar, ſed et *Capharnaum* ciuitas maritima, lacus illius ſeu maris lateri boreali appoſita, Chriſti Seruatoris noſtri ciuitas appellata, Matth. IX, 1. eo quod ibi habitauit tempore praedicationis ſuae, Matth. IV, 13. hoc, inquam, oppidum ſuo etiam nomine regionis illius amoenitatem praedicat; cum nihil aliud ſit *Capharnaum*, כפר *caphar* נעם *nahum*, quam *vicus amoenus*, aut *amoena villa*. Similiter civitas Naïm, נעים *nahim*, hoc eſt, *Specioſa*, *Pulcra*. Et *Corozaïn*, כ־חרוז־עין:, idem valet atque, *Tamquam monile oculo*,

*oculo*, siue *aspectui*. Denique *Magedan*, quod est in litore maris Galilaeae occidentali, Matth. XV, 39. sit a מגד *meghed*, quod *fructus optimos et amoenos* significat, siue *delicias et delicatrum*.

Inde etiam Iordanis nomen ei fluuio postea factum est; contractum videlicet ex יאור־עדן *Ior eden*, *fluuius voluptatis;* multo verius quam ex יאור־דן: quandoquidem et multo vetustius est nomen Iordanis, quam nomen Dan in illo tractu, quod non occurrit in illis locis ante Iosue XIX, 47. et Iud. VIII, 29. neque ex gemino fonte fluat amnis ille, vt finxerunt auctores illius originationis, sed ex vnico, nempe ex Paneade.

*De loco voluptatis.* *De loco* Moses, non *de lacu dixit;* quod eius aetate non lacus, sed *fontis* adhuc, sed *fontis Daphnim* nomine censeretur dulcis haec aqua stagnans e fonte; vnde Iordanis, iam fluuius, quia iam maiore aquarum mole, erumpebat, siue *egrediebatur*.

*Egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum.* Hoc verbo, *egrediebatur ad irrigandum*, cursus amnis designatur iam inchoatus extra Paradisum, priusquam ad irrigandum eum deueniret. Natus igitur et decurrens fluuius extra Paradisum, in eum se deinde influebat. Vidit autem acute Latinus Interpres: עדן *Eden*, hoc loco non esse, vt est alibi saepe in sacris libris, nomen proprium, sed appellatiuum dumtaxat, cum מעדן *me-eden* non *ab Eden* vertit, sed *de loco voluptatis*.

Ob similitudinem aliquam cum hoc loco voluptatis, vicina quoque Paradiso loca quaedam; regio Tyri nimirum, Libani, Mesopotamiae Syriae, et Syriae Damascenae, in sacris litteris עדן *Eden* seu voluptatis locus appellatur. Nam Principi Tyri apud Ezechielem, cap. XXVIII, 13. dicitur: *In*

*In deliciis* בעדן *be eden*, *Paradisi Dei fuisti*. De Libano, Ezech. XXXI, 16. *Omnia ligna voluptatis* עדן *Eden*, *egregia atque praeclara in Libano*. De Mesopotamia Syriae, vt quibusdam videtur, ibidem, cap. XXVII, 23. *Haran*, *et Chene*, *et Eden*. Denique de Syria Damascena, Amos I, 5. *Et conteram vectem Damasci*, *et disperdam habitatorem de campo idoli*, *et tenentem sceptrum de loco voluptatis*, מבית *mibeth*, עדן *eden*. Quo pertinere etiam illud videtur, IV. Reg. XIX, 12. et Isaï. XXXVII, 12. *Filii Eden*, *qui erant in Thalassar*, siue *Thelassar*.

*Ad irrigandum*. Irrigatio fluuiorum dicitur, cum hi per varios flexus et maeandros, prata et campos secant; id quod in Palaestina Iordanem praestare Plinius dixit eleganter. *Iordanis amnis amoenus*, *ambitiosus*, *accolisque se praebens*, *velut inuitus Asphaltiten lacum dirum natura petit*. Falso autem putat Lightfootus factam hanc irrigationem esse semel quotannis exundante fluuio, instar Nili. Neque enim haec exundatio irrigationis nomine apud vllos bonos scriptores censetur. *Auctu magno per totam spatiatus Aegyptum* Nilus *fecundus innatare terrae* a Plinio dicitur, libro V. sect. X. irrigare non dicitur. Irrigat, inquam, amnis agros, cum flexuosu cursu per eos serpit ac labitur. Sic Maeander apud Plinium, libro V. sect. 31. *ita sinuosus flexibus*, *vt saepe credatur reuerti*, *omnes eos agros fertilissimo RIGAT limo*. Sic coloni sua rura irrigant, cum in ea riuos deducunt. Quod si de exundatione amnis istud accipi oporteret, dicendum esset, Adamum, quem autumno conditum fuisse ostendimus alibi certis argumentis, aut istam irrigationem non vidisse, quae fieri soleret mense primo, hoc est, mense Nisan: aut si vidit, septem saltem vel octo menses in paradiso egisse; quod vereor vt quisquam probet. *Irri-*

*Irrigandi* igitur vocabulum de ſinuoſo per campos curſu fluuii hoc loco intelligendum eſt; perinde atque iſto, Ioſue XIII, 2. vbi ſermo de torrente Aegypti eſt, qui et Sehor; *fluuio turbido, qui IRRIGAT Aegyptum.* Et Gen. XIII, 10. *Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quae vniuerſa IRRIGABATVR, antequam ſubuerteret Sodomam et Gomorrham, ſicut PARADISVS DOMINI, et ſicut Aegyptus.* Vt ſententia ſit, quemadmodum Nilo Aegyptus, et Paradiſi locus primo Iordanis curſu; ſic fontibus riuiſque multis illa Loti oculis obiiciebatur, regio tota irrigabatur; quos illa vel in Iordanem emitteret, vel etiam variis diuiſos canalibus ebiberet. Sic enim Plinius Damaſcum dicit, libro V. ſect. XVI. *ex epoto riguis amne Chryſorrhoa fertilem.* Vt vt eſt, rigandi verbum eo quem diximus ſenſu accipit manifeſte Vulgatus Interpres, Eccli. XXIV, 41, 42. *Ego ſapientia effudi flumina. Ego quaſi trames aquae immenſae de fluuio, ego quaſi fluuii dioryx, et ſicut aquaeductus exiui de paradiſo. Dixi: RIGABO hortum meum plantationum, et inebriabo prati mei fructum.*

*Paradiſum.* Iam ex his quae dicta ſunt hactenus de fonte et de fluuii egreſſu ad irrigandum Paradiſum, et de loco voluptatis, conſtare liquido arbitramur, Paradiſum ibi ſitum fuiſſe, vbi nunc Tabulae Geographicae Aennon exhibent ad Iordanem in Galilaea, aut certe in vicinia. Eius loci mentio eſt, Ioan. III, 23. *Erat autem et Ioannes baptizans in Aennon, iuxta Salim: quia aquae multae erant illic.* Sed ibi fuiſſe Paradiſum ita dicimus, vt vtramque tamen Iordanis ipſum permeantis ripam occuparet. Nam et in regione Galaad, quae eſt ex aduerſo Aennon, in latere Orientali Iordanis, fuiſſe Para-

Paradisum, nobis paene suadent haec Osee prophetae verba, cap. VI, 7, 8. de Israelitis: *Ipsi autem SICVT ADAM transgressi sunt pactum, IBI* (vbi nimirum Adam peccauit) *praeuaricati sunt in me. GALAAD ciuitas operantium idolum*, etc.

Henoch translatum fuisse *in Paradisum* sacer Scriptor affirmat, Eccli. XLIV, 16. non tamen in terrestrem istum: alioqui non diceretur a Paulo translatus, *ne videret mortem*, Hebr. XI, 5. quam vtique diluuii aquis obrutus effugere non potuisset; sed in caelum ipsum; non quidem vt ibi iam nunc caelitum beatitudine perfruatur; sed vt ibi viuat usque ad supremum iudicii diem, quo die placide morietur, et mox resurgens immutabitur. Nam qui opponunt in Graeco exemplari non legi hoc verbum, *in Paradisum*, ii tacite additamentum spurium irrepsisse arguunt in Editionem Vulgatam: id quod dici profecto sine graui culpa non potest, hoc est, sine contemptu illius Interpretis, quem vnum Ecclesia nunc commendat.

*Qui inde diuiditur in quatuor capita.* Paradisus vtique est, non fluuius, qui sic diuiditur. Nam fluuius, inquit Moses, egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum: qui Paradisus, qualis est in eo loco voluptatis, diuiditur quatuor regionibus, vbi sunt capita totidem fluuiorum. Haud dubie enim retulit Vulgatus Interpres pronomen relatiuum *qui*, ad substantiuum nomen *Paradisi*, quod proxime antecedit. *Inde* igitur, vbi fluuius totum irrigat Paradisum; non inde vbi se in mare exonerat, leucis a Paradiso triginta, aut eo amplius; sed *inde*, inquam, vbi Paradisum subit et irrigat, diuiditur Paradisus ipse; et qualis quamque amoenus ibi conspicitur, est ipse, sed tantum ex parte, *in quatuor capitibus* fluuiorum mox adsignan-

gnandorum. Id quod fieri certe nulla ratione poteſt, ſi diuidi fluuium dicimus; ac ſi diuidi interpretamur, vt vulgo fit, abdere ſe amnem in terras, vt in quatuor diuerſis locis poſtea idem emergat. Nam ſi ibi ſe terris condit, ſiue in ingreſſu Paradiſi, ſiue in exitu; vndenam fluuio deinde ſufficient aquae, quas deuoluat in mare? Nullae profecto poſſunt deinde ſupereſſe. *Inde* igitur, *diuidi*, diuiſumue conſpici *in quatuor capitibus*; (praue enim et contra leges artis Grammaticae dicitur fluuius eſſe *in quatuor capita:* ſed Grammaticae leges poſcunt, dici Paradiſum vel *diuidi in quatuor capita*, vt recte Vulgatus Interpres; vel, vt recte pariter ſcriptor Hebraeus, *diuidi, et eſſe in quatuor capitibus* fluminum:) inde, inquam, *diuidi* Paradiſum, conſpicique eum *eſſe in quatuor capitibus;* alium habere ſenſum nullum probabilem poteſt, praeter iſtum: Illa Paradiſi amoenitas, qualis eſt, vbi fluvius irrigat Paradiſum, a Deo diuiditur, aſpectabiliſque ſic diuiſa redditur incolis regionum, vbi ſunt quatuor fluuiorum capita, vbi hi agros ſimiliter ſecare incipiunt et irrigare. Nam extra illa *capita* ſiue initia fluuiorum, poſtquam hi alios accepere amnes, et agros aquis inundant, carent regiones amoenitate illa, quae circa fontes ipſorum, vbi lenius et parcius de ſuo tantum fluunt, iucunde detinet praetereuntes, aut eminus proſpicientes. *Inde* igitur, hoc eſt, ex ea Paradiſi parte amoeniſſima, vbi nempe ipſum fluuius irrigat, Deus formam et exemplar, imaginem ac ſimilitudinem amoenitatis illius accepit, quam agris quatuor impertiit, fluviorum totidem ortu et irrigatione pariter peramoenis: ſed quam ita impertiit, vt eamdem eo dividente, in ſingulis capitibus fluviorum e quatuor mox appellandis, quarta tantummodo pars appareret amoenitatis Paradiſi. Eam

Eam ob rem vſus eſt Hebraeus ſcriptor Moſes verbo *diuidendi;* vbi Graecus Interprês minus apte ſcripſit *ἀφορίζεται*, *terminatur:* ſed melius alii *μερίζεται* ſcribunt, vt infra dicemus. Nihil attinebat certe a Scriptore ſacro deſcribi tam prolixe, nempe verſibus quatuor, quouſque ſe fluuius diffunderet, per meatus, ſi credimus, ſubterraneos. Ad commendationem vero Paradiſi plurimum pertinebat exponi, quartam dumtaxat partem amoenitatis illius eſſe in agris, quos illa capita fluuiorum irrigarent, comparate ad eam, quam Paradiſus exhiberet.

Itaque *diuiſus* hic Paradiſus, et *eſſe in quatuor capitibus* fluuiorum, a Moſe eo ſenſu dicitur, quo ſenſu dixit idem, ablatum de ſpiritu ſuo fuiſſe, traditumque ſeptuaginta ſenioribus. Hoc enim pariter fuit *diuidi* ſpiritum eius, et *eſſe* eum ſpiritum *in* ſeptuaginta viris. Rês ea ita narratur, Num XI, 16, 17. *Et dixit Dominus ad Moyſen: Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſraël, quos tu noſti quod ſenes populi ſunt ac magiſtri . . . . . Et AVFERAM de ſpiritu tuo, TRADAMque eis.* Iterumque verſu 25. *Deſcenditque Dominus per nubem, et locutus eſt ad eum, AVFERENS DE ſpiritu qui erat IN Moyſe, et DANS ſeptuaginta viris. Cumque requieuiſſet IN EIS ſpiritus, prophetauerunt, nec vltra ceſſarunt.* Quaſi Deus, inquit Cornelius a Lapide, *EX ſpiritu Moſis aliquid ACCEPERIT, SIMILEMque ſpiritui Moſis ſpiritum in eos DISPERTIERIT.* Hoc fuit ergo *diuidi* ſiue diſpertiri ſpiritum Moſis in ſeptuaginta viros, ſimilem his ſpiritum dari, ac Moſi fuerat antea inditus. Quod ſi quis igitur inſolitam eſſe loquendi formam putat, eo ſenſu dici Paradiſum *diuidi in quatuor capita;* cum is hanc alteram attente conſiderarit, quae dicit

ablatum de ſpiritu Moſis fuiſſe, datumque de eo viris ſeptuaginta; idque interpretes omnes accipere de ſimili ſpiritu his impertito; deſinet certe mirari, dici *inde*, hoc eſt, ex ipſo decurſu fluuii in Paradiſo, diuiſum in quatuor capita Paradiſum; et ſimilem ea locutione amoenitatem tantummodo, ad exemplar alterius conditam, ſignificari poſſe fatebitur, atque adeo hic intelligi opportere. Eodem plane ſenſu facis vnius grandioris lux quadrupla dici *diuiſa* poteſt in faculas quatuor ſimplas iuxta poſitas; quoniam quartam partem dumtaxat illius lucis ſingulae repraeſentant; quamuis non illae quidem ex illa quadrupla face, ſed *inde* tamen, hoc eſt, ad quamdam illius ſolummodo ſimilitudinem ex quadrante repraeſentandam ſint accenſae. Fingamus animo et cogitatione, in caeli regione Soli aduerſa eſſe ſtellas quatuor, quarum ſingulae quartam fulgoris caloriſque ſolaris partem contineant; quis a Latina conſuetudine loquendi putet abhorrere, ſi Sol *diuidi* aut *diuiſus* dicatur in quatuor iſtas ſtellas, in ſe tamen ipſe indiuiſus? Vulgari noſtro ſermone tunc dixeris: *La lumiere du Soleil eſt partagée en quatre étoiles, ou dans ces quatre étoiles.* Eodem ſenſu diſpergi Plinius dixit, libro 2. ſect. XLV. *IN MVLTOS DISPERSA Fortunae magnitudine.* Vbi Interpres Italus: *La grandezza della Fortuna non era raccolta tutta in vno, ma SPARTA IN MOLTI.* Denique ſi Paradiſus eſt, *qui diuiditur*, vt certe verum eſt, diuidi aliter quam ſimilitudine aliqua amoenitatis in aliis regionibus poſita, omnino non poteſt.

Hoc itaque verbo, *Qui inde diuiditur*, egregie Moſes commendat Iſraëlitis praeſtantiam Terrae ſanctae, quo eos deducebat; quoniam complecteretur ea Paradiſum, cuius amoenitatem nonniſi ex

quarta

quarta parte capita illa ſingula quatuor fluuiorum repraeſentarent, quae ſupra infraque terram ſanctam eſſent. Nam in integro etiam Pentateucho illud Moſi propoſitum fuit, vt Iſraëlitas doceret, reduci ſe ac reuocari a Deo in auitas ſedes. Neque hoc tantum: ſed has ipſas etiam ſedes habere plus amoenitatis et vbertatis, quam circumpoſitas notaſque ſibi ex fama regiones: ſiue illi ſe ad Aquilonem conuerterent, vbi duo flumina ſunt, Tigris et Euphrates, apud Aſſyrios: ſiue ad Auſtrum: vbi pari interuallo *inde*, hoc eſt, a Paradiſo, ſunt Phiſon et Gehon, apud Aethiopas. Alioqui quorſum hi fluuii iſto loco a ſacro Scriptore commemorantur, aut eae regiones commendantur, quas alluunt; niſi vt longe potiorem his omnibus eſſe eam regionem Iſraëlitae diſcerent, ad quam a ſupremo Numine vocarentur? Nihil enim certe ſine conſilio, dictante Spiritu ſancto, ſcriptum a Moſe eſt.

Quadruplici omnino argumento, quod a nobis exponi hoc loco ſuſcepti nunc laboris ratio poſtulat; quadruplici, inquam, argumento, in hoc opere Moſes Iſraëlitas excitat et inflammat ad quaerendam armis Palaeſtinam.

I. Primum hoc loco attingitur, petitum ab amoenitate regionis: quoniam ibi fuit olim Dei Paradiſus; cuius amoenitas nonniſi ex quadrante conſpiceretur in regionibus illis, quas totidem fluviorum in circuitu inſignium capita irrigarent. Amoenitati deinde vbertatem iungit in Exodo, cap. III, 8. et alibi: vbi terra ea dicitur, quae *fluit lacte et melle.* Viderat intellexeratque Moſes nimirum, deterreri Iſraëlitas ſuos ab inuadenda terra Chanaan, vt narrat ipſe, Num. XIII. et XIV. Et poterant illi fortaſſis maiore inflammari deſiderio, ſiue

 ad

ad dexteram et Aethiopas Arabiamque Felicem divertendi, vbi Phison et Gehon amnes erant; siue ad sinistram, et ad Assyrios, vbi capita erant Euphratis et Tigris; quoniam esset vtriusque illius regionis, ob amoenitatem et vbertatem fama celebratissima. Nam de Arabia Felice, vbi illa Aethiopia est, quis ignorat; cum propterea sit illa beatae cognomine inclyta? De regione autem Assyriorum sic testatur Rabsaces, in libro IV. Reg. cap. XVIII, 32. vbi Hierosolymitanos his verbis affatur: *Veniam, et transferam vos IN TERRAM, QVAE SIMLIS EST TERRAE VESTRAE, in terram fructiferam, fertilem vini, terram panis et vinearum, terram oliuarum, et olei ac mellis.* Et vtrumque amnem tractus illius, Tigrin Euphratemque, esse *in suo cursu et ripis iucundissimum,* praeter alios peregrinationum suarum scriptores, narrat P. Philippus Carmelita Discalceatus, in Itinerario Orientali, pag. 144. et 146. Ne igitur fama ac desiderium alterutrius regionis istius, Arabiae vel Assyriae, ab occupanda terra Chanaan Israëlitas auocaret; Paradisi, qui in ista erat, amoenitatem esse tantam refert, vt regiones aliae quatuor quartam dumtaxat istius amoenitatis partem singulae repraesentent. Quae pars terrarum, inquit Moses, obtigit filio Semi Assur, haec est, quam Tigris, vbi est amoenissimus, alluit: et quae amoenior filiis Iapheth cessit, haec est quam Euphrates circa fontes irrigat: et quae amoenior filiis Chus, nepotibus Cham, haec est terra Hevilath, et terra Chus, siue Aethiopiae, circa initia fluminum Gehon et Phison: nulla harum regionum, inquam, amplius habet quam quartam partem amoenitatis illius, quae est in portione terrarum vobis a Deo reseruata, vbi Paradisum primo homini primum plantauit.

En

En cur primum mentio facta sit a Mose horum fluuiorum.

II. Alterum argumentum fuit, ex praedictione diuina, de exscindendis aliquando Chananaeis, terrae illius incolis, Israëlitarum armis. Nam hic sensus est illius vaticinii, Gen. IX. 25. *Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis*, posteris Semi scilicet, hoc est, Israëlitis. Cum sit enim *Deus zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam et quartam generationem*, Exod. XX, 5. nolletque Noë tamen aut ipsi Chamo filio suo, qui fuerat contumeliosus in patrem, male precari, siquidem ei Deus ipse benedixerat, Gen. IX, 1. aut in omnes Chami posteros poenam extendere; hoc enim fuisset tertiam orbis partem velle funditus delere ac perdere: quartum idcirco ac nouissimum eumdem liberorum Chami selegit, cuius exitium praedicit, siue posterorum eius, ob idololatriam moresque pessimos, vt docent sacrae litterae multis locis. Neque vero aliam ob causam relata a Mose hoc loco est, decreta illa in Chanaani posteros castigatio, quam vt ex ea intelligerent Israëlitae, non sibi frustra promitti a Deo, inducendos se esse *ad loca Chananaei, et Amorrhaei, et Pherezaei, et Hevaei, et Iebusaei*, Exod. III, 8. Significat ergo Moses, dum hoc vaticinium refert de Chanaan, decreuisse Deum, pulsis Chananaeis idololatris, verum sui cultum restituere in eum locum, in quo eumdem olim cum Paradiso collocarat. Eoque videtur etiam idem Moses spectasse, cum diceret, Exod. XV, 17. *Introduces eos, et plantabis in monte hereditatis tuae, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine: SANCTVARIVM TVVM Domine, quod firmauerunt manus tuae.*

III. Tertium argumentum, quod in Genesi a Mose profertur, ducitur a promissione facta Abrahae, Gen. XII, 5, 6, 7. de terra Chanaan: *Semini tuo dabo terram hanc.* De qua nimirum Moses idem dixit, versu 6. *Chananaeus autem tunc erat in terra:* hoc est, iam tunc terram ille, tametsi natus ex postremo genito filiorum Noë, eam occupauerat, quae primogenito debebatur. Occupauerant enim filii Chanaan Terram sanctam, a Sidone vsque Gazam et Sodomam, Gen. X, 19. in diebus Phaleg. Nam quod ibi legitur: *Natique sunt Heber filii duo; nomen vni Phaleg, eo quod in diebus eius DIVISA SIT TERRA: et nomen fratris eius Iectam:* istam occupationem Terrae sanctae a Chananaeis significat: non (vt vulgo creditur) diuisionem orbis terrarum inter posteros Noë. Diuisio *terrae*, inquam, quae in diebus Phaleg facta fuisse legitur, confusionem linguarum longe praecessit, vt series ipsa narrationis Mosaïcae admonet: Neque ea diuisio totius terrae est, sed terrae illius, in qua Chananaeus erat tempore Abrahae; hoc est, Terrae sanctae; quae *terra* simpliciter in Genesi saepissime, et in Psalmis, et alibi appellatur. Gallice dixeris, *Le payïs fut divisé.* Diuisa igitur terra fuisse tunc dicitur, cum occuparunt eam Chananaei, et paulatim in ea *dissеminati sunt populi Chananaeorum*, Gen. X, 18. partitique sunt eam inter se, in ipso ortu Phaleg; cui ab ea re datum id nomen est. Quod autem postea Heber cum liberis ac nepotibus, filiis Iectan, fratris Phaleg, perrexit a Sephar monte orientali, vt eodem capite X. dicitur, versu 30. vsque in terram Sennaar, vt legitur cap. XI, 2. id fieri vix potuit ante annum a diluuio 150. Phalegi 50. quem Heber primogenitum habuit, anno aetatis suae XXXIV. vt dicitur cap. X, 25. et XI, 16.

Secuta

Secuta eſt autem confuſio linguarum circiter poſt biennium a profectione in terram Sennaar, vti narratur initio capitis XI. ac proinde circa annum 152. a diluuio, vt cum citiſſime. At primis ipſis diebus Phaleg, vt diximus, occuparant Chananaei potiorem Terrae ſanctae partem, ac feré vniuerſam, eamque falſorum Numinum cultu infecerant.

IV. Quartum eſt ac poſtremum, a vaticinio Ioſeph, Gen. L, 23. *Locutus eſt fratribus ſuis: Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, et aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram quam iurauit Abraham, Iſaac, et Iacob.*

Sed quid argumenta computamus? Totum Geneſeos librum ſi quis diligenter expenderit, eo ſpectaſſe ſacrum Scriptorem, praeter alia, intelliget, vt alacriores faceret populares ſuos ad ſuſcipiendam expeditionem in terram Chanaan. Nam vt primo capite Geneſeos propoſitum ei fuit docere, Deum Opt. Max. omnia creaſſe propter hominem; ſic poſt diluuii narrationem, reliquo fere libri corpore eo tantummodo ſpectare idem videtur, vt doceat Iſraëlitas a Deo cenſeri veluti primogenitos omnium gentium, ex primogenitis Noë ac Semi filiis ortos: (id quod conceptis verbis Deus ipſe profitetur, Exod. IV, 22. *Filius meus PRIMOGENITVS Iſraël:*) eoque nomine potiorem eis a Deo in terra datam poſſeſſionem eſſe, data primogenita fuiſſe, ipſummet Paradiſum, iure praecipuo: Galli dicunt, *pour ſon préciput.* Potior autem, eoque nomine primogenitis debita ea poſſeſſio eſt: quoniam ex illius regionis amoenitate, vt diximus, portio quaedam dumtaxat *diuiſa* eſſet, verſus fluuios Gehonem et Phiſonem, in agros filiorum Cham primogenitorum, et poſterius genitorum filiorum Sem. Nam filii Iapheth longius paulatim abſceſſe-

runt ad *insulas gentium*, hoc est, in partes Europae et Africae, Gen. X, 5.

Cham autem genuit Chus, Gen. X, 6. a quo nomen accepit Hebraeum Aethiopia, vbi flumen Gehon. *Filii Chus*, *Saba*, *et Hevila*, a quo nuncupationem accepit regio Hevilath, vbi Phison amnis. *Filii* vero *Sem*, *Aelam*, *et Assur*, *et Arphaxad*, Gen. X, 32. Horum tertius, vt manifestum est, fuit Arphaxad, natus anno secundo iam desinente, siue *biennio post diluuium*; Gen. XI, 10.

Assur autem secundo genitus, qui Nemrodum secutus fuerat, eum postea ferre non posset eiusdem regium Babylone dominatum, *de terra* Sennaar, siue Babylonia, *egressus est*, *et aedificavit Niniven*, Gen. X, 11. quae ciuitas crevit pariter in caput regni celebratissimi. Ea causa est, quamobrem eo loco post Nemrodum Chami nepotem, Assur Semi filius commemoretur: et vt intelligerent Israëlitae, portionem quae obtigit ipsi Semi filio secundo genito, tametsi principi gentis famosae, Assyriam nimirum, habere quartam solummodo partem amoenitatis illius, quae esset in Palaestina. Idcirco vbi Tigris flumen hoc capite appellatur, mentio simul fit Assyriorum. Ergo portio Israëlitis destinata, tamquam primogenitis, potior fuit ea regione, quae et Chami posteris primogenitis, et aliis Semi liberis obtigit. Eam ob rem eiiciendi e Palaestina fuere Chanaani posteri, a quibus ea fuerat possessio occupata, cum esset ipse tantum nouissimus filiorum Cham.

Iam perducta serie generis a Noë vsque ad Abraham, ostendit Moses, iure similiter praecipuo ac primogenitorum potiri Israëlitas supra ceteros Semi et Abrahae posteros. Quamuis enim esset Abrahamus solummodo tertiogenitus, data sunt illi tamen primogeni-

mogenita a Deo; prospiciente vtique nullam fore ex Aran primogenito eius sobolem legitimam post Lot. Qua de caussa narrauit Scriptor sacer ex incesto tantum natos hunc liberos reliquisse, Moab et Ammon. Similiter Isaac prae Ismaële, filio liberae prae filio ancillae potior hereditas destinata iure fuit. Denique Iacob fratri Esau siue Edomo praelatus ab ipsomet Isaaco fuit, diuino monitu.

Itaque vt sui generis nobilitatem Israëlitae discerent, prae circumpositis gentibus, melioresque se esse, quam essent Assyrii, et Aethiopes, et Palaestini, Moabitae et Ammonitae, Ismaëlitae et Idumaei: potioremque idcirco partem hereditatis adsignatam eis a Deo fuisse; scripta est a Mose tum genealogia posterorum Noë; tum narrationes de inuerecundia Chami, de incesto Loti, de Agar ancilla, de Iacobi praelatione prae Esau siue Edom, a quo Idumaei: quidquid demum libro Geneseos fere continetur, scriptum eo fine est. Ex quo etiam obiter intelligere est, Semum reipsa primogenitum Noë fuisse: vnde primo semper loco inter Noë liberos appellatur, qui sunt, Sem, Cham, et Iaphet; ac proinde recte et ex rei veritate vertisse Vulgatum Interpretem, Gen. X, 21. *De Sem . . . . fratre Iaphet maiore:* haud vere autem in Graeco sic legi, *ἀδελφῷ* Ἰάφεθ *τοῦ μείζονος.* Nam Iapheti ab aetate commendandi omnino hic locus non fuit; cum locus hic quae dicuntur omnia, ad Semi laudem ea referri postulet. Erat autem causa grauis, et quidem gemina, cur Sem natu maximus fuisse filiorum Noë hic diceretur.

Primum quidem, quod ad Semi commendationem, et ius primogenitorum Israëlitis, aeque ac omnibus filiis Heber, ex quo Israëlitae prodierant, vindicandum, aetas Semi pertineret. Quae

causa est cur simul vtraque Semi praerogatiua commemoretur, quoniam altera coniuncta connexaque cum altera est. Dicitur autem *pater omnium filiorum Heber*, ac proinde etiam Israelitarum; idemque propterea pater omnium primogenitorum; quoniam *frater* esset *Iapheti maior*. Dicere enim Sem *patrem* esse omnium *filiorum Heber*, et *fratrem Iapheti maiorem*, hoc fuit dicere, et Sem primogenitum filiorum Noë fuisse, et ipsum iura primogeniti dedisse filiis Heber, quae Assur et Aelam filiis suis, natu maioribus, quam Arphaxad, qui fuit auus Heberi, ac prae eorum posteris: quemadmodum multo postea Iacob iura primogeniti a Ruben ceterisque transtulit in filios Ioseph. Idcirco autem ea in Heberum iura primogeniti Sem proauus transtulit, quod Assur et Aelam, derelicto veri Numinis cultu, ad idola defecerant.

Similis causa fuit, quamobrem a Deo praelatus fuerit Abrahamus, non Loto tantummodo, qui fuit Arami primogeniti Thare filius, sed et Nachori, qui fuit etiam ipse maior eo natu, quippe secundus filiorum Thare. Erat enim tertio genitus, nouissimusque Abram. Verum educente Thare familiam suam de Ur Chaldaeorum, et de consortio idololatrarum, neglecto patre ibi Nachor restitit, et idola coluit. Nam id manifeste colligitur ex Gen. XI, 31. et XXII, 20. Propterea Nachor primogeniti iure excidit cum liberis posterisque, deiiciente eum patre de gradu ob idololatriam: translatumque demum ius illud est in Abrahamum, post incestum Loti. Hinc se primogenitorum iure supra ceteras gentes gaudere Israëlitae et Iudaei praedicabant, Ioan. VIII. 33. *Semen Abrahae sumus, et nemini seruiuimus vmquam.*

Altera

Altera caufa fuit, cur Sem diceretur natu maior effe quam Iapheth, quod mirari legentes poffent, quamobrem capite X. cum generationes filiorum Noë Mofes enumerat, a Iapheth incipiat, Sem coniiciat in poftremum locum: nifi moneret Sem nihilominus effe primogenitum, natu maiorem Iapheto, a quo dicere exorfus fuerat. Id quod non alia caufa feciffe videtur, nifi quod cum Noë filios tres eo ordine nominaffet, quo nati fuerant, pofteros deinde fingulorum referre inftituit, ducto initio ab eo quem proxime appellaffet. *Hae funt generationes filiorum Noë: Sem, Cham, et Iapheth . . . . . Filii Iapheth*, etc. Deinde ad Cham progreditur, qui fuit medius: nouiffimo loco Semum appellat. Alioqui dicendum effet, Semum fuiffe nouiffimum liberorum Noë; quod falfum effe in confeffo eft.

Nam quod capite quinto, verfu 31. legitur: *Noë vero, cum quingentorum effet annorum, genuit Sem, Cham, et Iapheth:* et cap. XI, 10. *Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad, biennio poft diluuium:* indeque nonnulli colligunt, Iapheth natum fuiffe anno Noë quingentefimo, atque adeo primogenitum fuiffe; quandoquidem fi Sem natus effet anno Noë quingentefimo, fuiffet ipfe centum duorum annorum biennio poft diluuium: errant illi nefcientes fcripturas. Neque enim Mofes priore loco dicit Noë genuiffe liberos anno quingentefimo, quemadmodum nec dicit eum anno quingentefimo liberos procreaffe. Subindicat autem fatis aperte ex annorum fequentium computatione, Sem, qui primogenitus fuit, nonnifi anno patris quingentefimo fecundo ortum fuiffe.

Ex his igitur liquet, opinor, eo fpectaffe in hoc opere Mofem in primis, vt doceret, Ifraëlitis, quippe

quippe primogenitis, potissimam deberi destinarique a Deo hereditatem in terra. Quamobrem in sacris libris, Psalmisque praesertim, terra Chanaan, *hereditas Israël* nuncupatur. Nunc ad propositum, hoc est, ad verba reliqua versus decimi e capite 2. Geneseos explicanda remigremus.

## §. 4.

Absoluitur explicatio versus decimi: *Diuiditur in quatuor capita.*

*Diuiditur.* Hebraïce est יפרד *ippared:* quae tertia persona est singularis masculini in futuro Niphal, hoc est, in futuro verbi passiui, quemadmodum Gen. XIII, 11. est יפרדו *ipparedou*, tertia persona pluralis eiusdem generis ac temporis; vbi Vulgatus Interpres scripsit, *diuisique sunt:* quoniam Hebraei persaepe futuro vtuntur pro praeterito tempore vel praesenti. Hoc autem loco nihil intererat, siue *diuisus est* scriberet, siue *diuiditur:* cum sacer Scriptor Moses vellet intelligi, rem a se narrari, qualis esset reipsa, et qualis ab omnibus esse nosceretur, cum haec litteris proderet. Neque alia de causa vsus est Vulgatus Interpres verbo praesentis temporis, quam quod probe nosset, Mosem hoc loco docere, et quid stante Paradiso, et quid sua adhuc aetate cerneretur. Itaque illud praeterito imperfecto expressit, istud praesenti tempore. *Et fluuius EGREDIEBATVR de loco voluptatis AD IRRIGANDVM PARADISVM, qui inde DIVIDITVR in quatuor capita.* Quod si Mosis ipsius temporibus Paradisus, siue Paradisi amoenitas non diuideretur, imperfecto praeterito tam illud exprimendum fuit, *diuidebatur*, quam quod praecessit, *egrediebatur ad irrigandum Paradisum.* Itaque Graeca lectio minus est accurata, quae verbum

bum vtrumque in praesenti ponit: Ποταμὸς δὲ ΕΚΠΟΡΕΥΕΤΑΙ ἐξ Ἐδὲμ, ποτίζειν τὸν παράδεισον· ἐκεῖθεν ἀφορίζεται εἰς τέσσαρας ἀρχάς.

At quisquis vertit, *diuidebat se*, is nec Grammaticae Hebraeae leges obseruat, dum verbum Niphal vertit per Hithpaël; et a Mosis sententia longe aberrat, qui rem suis adhuc temporibus exstantem vult hoc verbo intelligi, non quae primis illis dumtaxat diebus exstitisset. Consultissime igitur Vulgatus Interpres vertit *diuiditur*, et post illum etiam Xantes Pagninus: *Et inde diuiditur*, inquit, *et est in quatuor capita:* non autem, vt aliis perperam placuit, *et erat.* Aliquid enim certe tunc superfuisse de pristina Paradisi amoenitate, cum haec scriberentur a Mose, hic locus aperte significat: siquidem illa proponitur ab ipso Mose in exemplum, ex quo iudicari possit de amoenitate agri Sodomitici, priusquam hic a Deo vindice desolaretur. Gen. XIII, 10. *Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quae vniuersa irrigabatur antequam subuerteret Dominus Sodomam et Gomorrham, sicut Paradisus Domini, et sicut Aegyptus.* Nihilo minus, inquam, oportet tunc exstitisse vestigia amoenitatis Paradisi, quam erat Aegypti amoenitas ante oculos; siquidem vtraque ex aequo in exemplum proponitur.

Qui verbum illud, *diuiditur*, aliter interpretati sunt hactenus, nemini erudito, ac ne sibi quidem ipsis fortassis satisfecerunt. Existimarunt enim illi, siue fluuium Paradisi, postquam ex eo egressus esset, perfunctus rigationis officio: siue Iordanem ipsum, postquam in Asphaltiten se lacum immersit; terram subire, et aquas suas in venas quatuor statim ibi dispertire, et in totidem fluuiorum capita occultis sub terram meatibus deriuare.

Atqui

Atqui profecto res est ea prorsus incredibilis: cum et in Arabicum sinum, qui proximus est, elabi aquas Iordanis multo verisimilus sit; et, quod est magis consideratione dignum, sit illa quae fingitur aquarum Iordanis sub terris partitio huiusmodi, vt nec consignari eam litteris a sacro Scriptore, nec sciri ab Israelitis quidquam attineret, etiamsi vera foret: et si se condit in terras amnis aliquis, ex quo capita quatuor illa emicent, non *inde* vbi se condit, sed longe inde ex subterraneo aquarum specu, vnde emergit, *diuidi* dicendus esset; nec denique verisimile sit, quatuor illa flumina, Tigrin, Euphratem, et alia duo, in suis quaeque capitibus aequare dumtaxat quartam partem Iordanis, qualis quantusque est, vbi irrigat Paradisum. Euphratem certe *a suis magnum principiis* esse perhibet testis αὐτόπτης, iam antea laudatus, P. Philippus Carmelita, in Itinerario Orientali, pag. 145. vbi et Tigrin refert *in suo fere principio moenia Diarbekir nobilis in Mesopotamia ciuitatis alluere.*

Narrat quidem Plinius, libro VI. sect. XXXII. esse Arabiae mediterraneae oppidum *Urannimal, iuxta flumen, per quod Euphratem emergere putant.* Sed dum eo verbo vtitur, *putant*, id sibi videri incredibile profitetur. Quin etiamsi fieri istud posse Physici rationibus suaderent, tamen nemo suadebit quidquam causae fuisse, quamobrem doceret Israelitas suos tam diligenter tamque accurate Moses, quo Iordanis aquae euaderent, postquam has Asphaltites lacus ebibisset. At erat inculcandum iisdem, neque amoenitatem Armeniae, quam Tigris et Euphrates alluunt; neque rigua et vbertatem Arabiae Felicis, quam praeterfluunt Phison et Gehon, ad vbertatem et amoenitatem accedere Paradisi ac Terrae sanctae, quo perducendi erant: cum

dispet-

difpertita effet in quatuor amnes amoenitas illa, quam vnus per fe Iordanis integram exhiberet. Aquis irrigua regio Ifraëlitis femper in votis fuit vt ex multis locis conftat Exodi, Numerorum, ac Deuteronomii. Eam ob rem amoeniffimi fluuii facta hic a Mofe mentio eft: cum alioqui ad peccatum Adae narrandum nihil illa pertineret. Satis enim fuiffet commemorari lignum Adae alterum datum fuiffe ad vefcendum, vetitumque eidem alterum.

*In quatuor capita.* Hoc eft, in quatuor initia fluuiorum. Vnde poftea fubiicit Mofes: *Et nomen fluuii fecundi: Nomen vero fluminis tertii: Fluuius autem quartus.* Capita autem haec quatuor idcirco a Mofe commemorantur, vt diximus; quoniam doceri vellet Ifraëlitas, terram illam, in quam deducturus eos effet, fedem olim Paradifi fuiffe, atque etiam tum effe: prae qua non effet alia fiue ad Aquilonem, vbi Tigris et Euphrates fluunt; fiue ad meridiem defideranda, vbi Gehon et Phifon Arabiam Felicem circumeunt: fiquidem non haberent eae regiones nifi fuam fingulae partem amoenitatis illius, quae collecta et integra effet in loco voluptatis, et in Paradifo, hoc eft, in parte Terrae fanctae. Alioqui nihil magis attinebat fieri hoc loco mentionem Tigris et Euphratis, aliorumque fluuiorum, quam Sequanae vel Rheni; nifi hoc Mofes fpectauit, dum fcriberet. At horum ille mentionem idcirco facit, quoniam probe fcirent Ifraëlitae, amoeniffimas praedicari regiones, quas amnes ifti in fuis capitibus alluerent; et effent iidem amnes pari interuallo ab eo loco remoti, in quo Mofes dictabat Genefim, atque hoc in primis caput de Paradifo: ita vt effent bini, Tigris et Euphrates,

ad Aquilonem, comparate ad eum locum; ad Auſtrum vero, Phiſon et Gehon.

*In quatuor* autem *capita*, ſiue fluuiorum initia, dixit valde appoſite, ne totos integroſque fluvios intelligeremus, quales quantique ſe in mare exonerant, receptis multis aliis amnibus; ſed quales in ipſo ſui curſus initio et capite ſunt, vel ſub initium, antequam aliis fluminibus augeantur. Nam Tigris certe vbi celeriter fertur, iam non eſt ibi amoenus, ſed circum caput dumtaxat, vbi tardior fluit, quemadmodum ex Plinio dicemus inferius. De amoenitate Aegypti cum irrigatur a Nilo, nihil ſimiliter dicit hoc loco; quoniam eam dumtaxat amoenitatem praedicat, quae ſimilis eſſet amoenitati fluuii per Paradiſum labentis, hoc eſt, amoenitati fluuii circa initium ſuum ſiue caput. Caput autem Nili quodnam aut vbi terrarum eſſet, erat tunc incompertum; nec nobis ipſis, niſi ſaeculo Chriſti ipſo decimo ſeptimo iam adulto, paulo ante noſtram aetatem, innotuit.

*Quatuor capita*, in quae *diuidi* fluuius dicitur *inde*, hoc eſt, ex ipſo Paradiſo, dicere Tigrin eſſe et Euphratem; ita vt ex his duo cenſeantur, quos habent ambo alueos, longe priuſquam coniunctis aquis immeent in Paradiſum; (quem propterea ſcriptores iſti in Babylonia collocant:) alia vero duo, aluei illi ſint, per quos mari iidem amnes illabuntur, poſtquam iterum ſe diffiderunt extra Paradiſum; et horum vni Phiſon, alteri Gehon nomen tribuere; ſiue iſte occidentalis ſit, alter orientalis, vt Caluino, ac deinde Scaligero placuit, aliiſque: ſiue e conuerſo Gehon orientalis dicatur, occidentalis Phiſon: eſt hoc dicere, Sequanam proxime antequam Pariſios ſubeat, accepto iam amne Matrona, *inde diuidi in quatuor capita* fluuiorum;

rum; quorum duo ſint Sequana et Matrona leucis ſupra Pariſios duabus in vnum amnem illum confluentes; duo alia, aluei duo, quos idem fluuius efficit, ſiue ad Pontem Mariae qui dicitur, ſiue ad Pontem nouum: quantumuis nullum aliud quam Sequanae nomen vtrique huic alueo vel fuerit aliquando, vel etiamnum ſit. Quod eſt profecto, ſi quid vmquam fuit, dictu abſonum. Nemo enim aut confluentes amnes duos, vbi confluunt, ibi capita fluuiorum eſſe ſi dixerit; aut brachia, in quae ſe rurſum findit amnis vnus, capita duorum amnium nuncupauerit; inueniet apud cordatos fidem.

Quod ſi Paradiſus ad alueum ſitus eſt, quem Tigris et Euphrates ſimul efficit, vt iſti volunt, hoc eſt, inter eum locum, vbi hi duo fluuii conſociantur; eumque, vbi ipſorum fluenta, antequam in ſinum Perſicum ſe euoluant, iterum ſeparantur; quorſum hic, amabo, mentio fit a Moſe quatuor capitum; ſi nihil ea ſunt aliud, quam amnis vnus e duobus exiſtens iam a multis ſupra leucis, et idem vnus poſt multa paſſuum millia rurſum ſe findens? Nulla profecto cauſa fuit commemorandi ſiue confluentem illum, ſiue hanc fiſſuram. Satis omnino fuiſſet dici, fluuium quo Paradiſus rigaretur, Euphratem et Tigrim eſſe, vbi vnum efficiunt alueum, priuſquam mare ſubeant. Cetera eſſent plane ſuperflua ac redundantia, nec digna proinde ſacro Scriptore. At ſi ſunt reipſa flumina quatuor diuerſa, magna cauſa aliqua fuiſſe poteſt exiſtimari, quamobrem et nomina eorum indicarentur et ſitus. Phiſonem vero tam eſſe diſtinctum flumen a Gehone, quam ab vtroque differt Iordanis, ſatis aperte docet ſacer Scriptor libri Eccleſiaſtici, cap. XXIV, 35. cum e quinque fluminibus primo

loco Phisonem, postremo Gehonem appellat. Nec potuit igitur Moses, nec voluit, vnius fluminis alueos duos pro duobus fluminibus ponere. Praesertim cum neque ab ipso Ptolemaeo, libro V. cap. XX. alio nomine quam Tigris, siue ostium eius orientale, (quod Plinio septemtrionale est,) siue occidentale, appelletur: neque etiamnum aliud nomen habeat vterque alueus seiunctim, quam quod habet idem ipse plenus et integer, antequam findatur, efficiatque in ostio insulam. Nam vtrobique *Schat el Arab*, hoc est, fluuius Arabum nuncupatur.

Praeterea olim, hoc est, saltem Mosis aetate, extra geminum illum Tigris alueum, Euphratem se peculiari ostio effudisse in mare, testis est Plinius, libro VI. sect. XXXII. vt dicturi sumus inferius. Ergo propior fuit Euphrates terrae Hevilath, quae Phisone amne circumcingi dicitur, quam alueus ille vterque, quem recentiores quidam pro Phisone et Gehone obtrudunt. Non possunt igitur ambo isti aluei esse Phison et Gehon; aut ex quatuor capitibus quae hic a Mose memorantur, capita duo ibi esse.

Quantumuis denique hoc loco se torqueant qui a nobis diffident, numquam efficient, vt hoc loco *capita*, quae sunt Hebraïce ראשים *raschim*, et in Graecis exemplaribus ἀρχαὶ, suadeant alio sensu ab aliquo probato scriptore sumi, quam quo ab Horatio vox *caput* accipitur, libro 1. serm. satyra X. vbi *Rheni luteum CAPVT* appellat: et a Virgilio, libro IV. Georg. versu 319. *sacrum CAPVT amnis;* aut quo denique Plinius, libro XXXI. sect. XIX. *CAPVT AMNIS* Danubii dixit. Vnde etiam Seuerianus Gabalensis, Homil. v. in Hexaëm. et Michaël Glycas in Annal. parte 1. pag. 75. ἀρχὰς istas

iſtas πηγὰς eſſe dixerunt: ὁ ἐξερχόμενος ἐκ τȣ̃ παραδείσȣ ποταμὸς, inquit iſte, vulgari errore fluuium a Moſe dici diuiſum arbitratus, εἰς τέσσαρας ἀρχὰς μερίζεται, τȣτέςι πηγὰς, ἀφ᾽ ὧν οἱ τέσσαρες ποταμοί. *Fluuius qui de Paradiſo egreditur, in quatuor capita diuiditur, id eſt, in totidem fontes, ex quibus flumina quatuor oriuntur.* Neque enim certe aliud *capita*, niſi fontes et initia fluuiorum ſunt. Nec litteris modo imbutus quiſque, ſed et quilibet e vulgo ſic ſentit et loquitur. Inde et cognomen nobilis in Armorica familiae, *A Capite Fontium* dictae Latine, Gallice *Cheffontaines*, Aremoricae *Penfuntuniou.*

*In quatuor capita.* Hebraïce, והיה *ve-haïa, et erat*, inquit aliquis. At rectius multo Pagninus, *et eſt.* Nam omnia deinceps per verba praeſentis temporis hic exprimuntur; quoniam res Moſes deſcribit, vt erant illae tunc, cum haec litteris conſignaret. Ille autem Hebraïſmus, illa verbi geminatio, *diuiditur, et eſt in quatuor capita*, omnino eleganter diuidi et perduci vſque in eas regiones Paradiſi amoenitatem exprimit. Gallice iſtam verſiculi decimi partem, in quo tota huius loci difficultas eſt, recte conuerteris: *Pour arroſer le jardin de delices, lequel eſt (aujourd'hui) partagé vers quatre ſources.*

§. 5.

Explicatio verſus vndecimi et duodecimi: 11. *Nomen vni Phiſon: ipſe eſt qui circuit omnem terram Hevilath, vbi naſcitur aurum: 12. Et aurum terrae illius optimum eſt: ibi inuenitur bdellium, et lapis onychinus.*

Eo ordine fluuii quatuor hic appellantur, quem ſitus eorumdem poſtulat: ducto nimirum initio ab iis duobus, qui ſunt verſus meridiem; deinde appellatis duobus illis qui ſunt ad Aquilonem. Ac

primo quidem loco nominatur is qui eſt in Auſtrum remotiſſimus; deinde is qui in eodem tractu eſt propior Iudaeae. Poſtea tranſit ad eum qui eſt remotiſſimus in Boream et in exortum Solis aeſtivum ad oram ſinus Perſici; et inde ad citimum venit, ſeu proximum Palaeſtinae, qui eſt Euphrates. Scriptor ſacer libri Eccleſiaſtici, in his amnibus appellandis non ſitus ſiue loci, ſed dignitatis ordinem quemdam ſeruare videtur, dum Phiſonem primo loco nominat, deinde Tigrim; mox Euphratem, quem Tigris et rigua ea aetate abſorberent; poſtea Iordanem: poſtremo loco velut minimum omnium, Gehonem. Eccli. XXIV. 35. *Qui implet quaſi Phiſon ſapientiam, et ſicut Tigris in diebus nouorum. Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum; qui multiplicat quaſi Iordanis in tempore meſſis. Qui mittit diſciplinam ſicut lucem, et aſſiſtens quaſi Gehon in die vindemiae.* Procedit oratio a die nouorum, ad tempus meſſis, et inde ad diem vindemiae. At non exigua certe eſſe haec flumina, Phiſon et Gehon, Siracides his verbis ſignificat: qui alioqui dicendus eſſet, vt adnotat Bellarminus, inepte comparaſſe ſummam affluentiam diuinae ſapientiae exiguis amnibus; et eoſdem amnes exiguos coniunxiſſe cum celebratiſſimis fluminibus, Tigri et Euphrate.

*Phiſon.* Illud eſt quod *flumen Achana* a Plinio appellatur, libro VI. ſect. XXXII. in deſcriptione Arabiae. Nam hunc ſcriptorem vnum idcirco hic ſequimur, quoniam ei cum ſacris litteris in hac parte mirifice conuenit, et iiſdem in hac quaeſtione explanandis egregiam lucem affert. Eſt enimuero accuratiſſima illa deſcriptio Arabiae, quam Plinius exhibet: accepta nimirum, vt ipſe teſtatur, tum ex Dionyſio terrarum orbis ſitus diligentiſſimo ſcri-

ſcriptore, quem ad computanda omnia in Orientem praemiſerat Caeſar Auguſtus, ituro ad Parthicas Arabicasque res maiore eius filio Caio Caeſare: tum ex ſcriptis a Iuba rege voluminibus ad eumdem Caïum Caeſarem de eadem expeditione Arabica. Sic igitur Plinius loco citato; ducto initio ab intima parte ſinus Perſici; factoque inde progreſſu verſus oppoſitam occiduo ſoli oram eiuſdem ſinus Perſici: *Nunc a Charace dicemus oram Antiocho Epiphani primum exquiſitam. Locus vbi Euphratis oſtium fuit.* FLVMEN SALSVM. *Promontorium Chaldone. Voragini ſimilius* pelagus *quam mari, per quinquaginta millia* paſſuum *orae.* FLVMEN ACHANA. *Deſerta centum mill. paſſ. vſque ad inſulam Icharam.* Nullum autem amnem, qui ſe in Rubrum mare, hoc eſt, in Arabicum ſinum effundat, Plinius commemorat; cum in Arabiae tamen deſcriptione praeſertim, nihil eo dici accuratius aut copoſius poſſit. Minores aliquot amnes in mediterraneo poſitos praetermiſiſſe poteſt videri, quod illi diſtraherentur in rigua. Nam Sabaeos idem memorat, ſect. eadem, *ditiſſimos ſiluarum fertilitate odorifera, auri metallis*, AGRORVM RIGVIS. Hos duos amnes, vnus deſcripſit adnotauitque in ſuis tabulis Geographicis ex Plinio delineatis P. Bertius.

Quod ſi quis autem miretur, fluuium *Achana*, vel vt in Mss. noſtro legitur, *Achanum*, a Plinio appellari eum, qui a Moſe Phiſon vocetur: deſinet ille mirari, cum didicerit, Chryſorrhoam pariter Damaſci fluuium a Plinio eum vocari, qui Abana et Pharphar, vel alterutro nomine nuncupatur, IV. Reg. V, 12. Quaecunque ſit autem vocis illius originatio, partem illam Arabiae hic amnis circumfluit, quam odoriferam ac diuitem, et Beatae cognomine inclytam Plinius appellat, libro V.

 ſect.

sect. XII. vt apertius constabit ex his quae dicturi sumus inferius. De situ Arabiae totius, cuius in parte septemtrionali sunt fluuii illi duo de quibus est in praesenti quaestio, notanda sunt obiter verba eiusdem scriptoris, libro VI. sect. XXXII. vbi eamdem caeli partem spectare, et similis esse Italiae magnitudine Arabia dicitur. *Ipsa vero*, inquit, *peninsula Arabia inter duo maria, Rubrum Persicumque, procurrens, quodam naturae artificio ad similitudinem atque magnitudinem Italiae mari circumfusa, in eamdem etiam caeli partem nulla differentia spectat.*

*Qui circuit.* Sic versu 13. *qui circumit.* Quod quidem verbum dici non potest nisi de eo amne, qui regionem aliquam suo ambitu veluti quodam sinu complectatur. Id vero de gemino Tigris ostio dici certe non potest. Quam enim alterutrum terram amplectitur, hanc neque proprie circuit, et insula ea est, neque Aethiopia autem est, neque Hevilath.

*Omnem terram Hevilath.* Geminus in Genesi vir nomine Hevila se offert, et suum vterque ei, quam primum insedit, nomen regioni dedit. Alter, filius Chus: Gen. X, 7. *Filii Chus:* SABA *et* HEVILA *et* SABATHA *et* REGMA, *et Sabatacha, Filii Regma: Sabo et Dadan.* Alter filius Iectan, fratris Phaleg, Gen. X, 29. Hunc habitasse apparet, ex Gen. X, 30. et XI, 2. (sed ante linguarum confusionem) ad exortum Solis aequinoctialem, respectu Terrae sanctae: illum autem, cum fuerit filius Chus, et frater Saba, in ea parte Arabiae Felicis, quae intimum fere recessum Persici sinus attingit: infra Chus, hoc est, infra regionem de patris nomine appellatam, ab aliis Aethiopiam: magis ipso nimirum recedente in Austrum vel in exortum Solis hibernum. Et haec regio nunc a Mose

Mose ſpectatur, quae a filio Chus nomen habet, non altera, quae a filio Iectan fortaſſis cognominata eſt: tum quia in iſta nullus amnis eſt, aut nullus certe dignus memoratu, ſiquidem neglectus a Plinio eſt: tum quia quam Moſes nominat, ea vicina eſt, vt diximus, Aethiopiae, cui Chus Hevilae pater nomen dedit. Alterius, ſiue prioris Hevilae, mentio eſt, Gen. XXV, 18. vbi de Iſmaële ſcriptum eſt: *Habitauit autem ab Hevila vſque Sur, quae reſpicit Aegyptum introëuntibus Aſſyrios*, ſiue in itinere Aſſur. Et 1. Reg. XV, 7. *Percuſſitque Saül Amalec ab Hevila, donec venias ad* deſertum *Sur quae eſt e regione Aegypti.* Nam haec Hevila ſita fuiſſe videtur latere meridionali Maris mortui, ſiue lacus Aſphaltitae. Sed verius arbitramur, ab Heuila filio Iectan nulli datum eſſe regioni nomen, et hanc aliunde appellationem eam accepiſſe: quod ille non alibi quam in terra orientali, vbi Meſſa eſt, cum patre habitaſſe videatur, vſque ad profectionem in terram Sennaar.

*Vbi naſcitur aurum.* De auro Arabiae teſtis eſt vnus inſtar omnium David, Pſal. LXXI, 10, 15. *Reges Arabum et SABA dona adducent . . . . Et dabitur ei de AVRO ARABIAE.* Vide et Ezech. XXVII, 21, 22. Vulgatum Interpretem veluti divino afflatum numine credas praeſagiſſe animo fore, vt Phiſonem aliqui in Tigri quaererent. Quos vt ab eo errore auocaret, ſcripſit de ſententia Moſis, *Vbi naſcitur aurum;* ne de Tigris litore cogitarent, vbi aurum non gigni in confeſſo eſt.

12. *Ibi inuenitur bdellium.* De bdellio Plinius, libro XII. ſect. XIX. *Bdellium . . . . naſcitur et in Arabia, Indiaque, et Media, et Babylone.* Gummi genus eſt, quod in officinis hodie, vt plerique exiſtimant, *l'Anime* nuncupatur.

*Et lapis.* Hebraïce, אבן *heben.* Quae vox proprie lapidem, aut lapideum quidlibet, non gemmam, designat.

*Onychinus.* Plinius, libro XXXVI. sect. XII. *Onychem etiam tum in ARABIAE MONTIBVS, nec vsquam aliubi, nasci putauere nostri veteres.* Et paulo post, crateras, vnguentis adseruandis aptos ex eo lapide commendat, priscis temporibus *ex Arabia tantum aduehi solitos.* Cum autem bdellii et onychini lapidis mentio hic fit, et *aurum terrae illius optimum* esse praedicatur, non tam illius terrae, quam ipsiusmet Palaestinae, ea commendatio est, quae sita ibi esse dicitur, vnde negotiatio expedita nec longi itineris in ditissimas prouincias fit. Alioquin enim quorsum Arabiae et Aethiopiae tanta praedicatio a Mose fieret, et hoc praesertim loco?

## § 6.

Explicatio versus tertii decimi: *Et nomen fluuii secundi: ipse est qui circuit omnem terram Aethiopiae.*

Prius est istud e duobus superius a Plinio memoratis fluminibus, *flumen Salsum.* Quod nomen non adiectiuum est, a salsitudine deriuatum; sed proprium ac barbarae originationis; aeque atque ille, qui est in Carmania, vicina Persidi regione, amnis *Salsos*, apud eumdem, libro VI. sect. XXVIII. Vnde a nobis, nihil tunc certe de Paradiso terrestri cogitantibus, cum hunc Plinii locum primo ederemus, maiuscula priore littera scriptum est nomen illud, *Salsum.*

Phisonis nomen occidentali alueo Tigris amnis, Gehonis orientali, tribuit cum aliis nonnullis, ex mera coniectatione, Kircherus, in descriptione turris Babel, pag. 13. Sed eam opinionem iamdudum Bellarminus refellit, libro de Gratia primi hominis,

hominis, cap. XII. et Nicolaus Abramus, libro de fluuiis et loco Paradisi, pag. 44. vbi hanc *inanem et futilem* sententiam vocat.

Gehonem vero Nilum esse nemo, opinor, in sacris libris paulum modo versatus suspicabitur. Nilum enim aut Nili alueum potius, flumen Aegypti ibi appellatum video, Isai. VII, 18. et alibi: flumen Aethiopiae, nusquam. Quin etiam Mosis aetate non fuit Nilus Hebraeis cognitus, nisi ex parte exigua: alueum nimirum vnum dumtaxat illi nouere; siue ostium Taniticum appellatum. Quoniam tunc et Tanis regia Pharaonis, et Taniticum Nili ostium, nondum Pelusiaco vel exorto, vel facto, vltimum versus orientem fuit: vti ex Psalmo LXXVII, 12, 43. haud obscure colligitur: quando quidem patrata a Mose prodigia, edita fuisse perhibentur, *in campo Taneos:* et ex Isaï. XIX, 11, 13. vbi *principes Taneos, consiliarii Pharaonis* vocantur. Neque ipsum proinde Aegypti regnum, vltra regiones, quae orientale Nili seu Tanitici ostii litus spectarent vsque ad Mare rubrum, et locum vbi se Nilus findit in Delta, saltem sub Mose, pertinuit. Nam id nobis quidem apertissime constare videtur, ex eo quod narrant sacrae litterae, Exod. X, 18. 19. *Egressusque Moyses de conspectu Pharaonis; orauit Dominum. Qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum, et arreptam locustam proiecit in Mare rubrum: non remansit ne vna quidem IN CVNCTIS FINIBVS AEGYPTI.* Nam ex ista narratione colligimus, cunctos fines Aegypti inter ostium Nili maxime orientale et Mare rubrum fuisse circumscriptos, et eosdem satis angustos; alioquin e finibus Aegypti, si Delta et quod magis occidentale est, vt Alexandria, ad Agyptum pertinuisset, non omnes locustae in Mare rubrum, sed

in ipsa septem ostia Nili coniectae vi venti fuissent ex parte maxima.

Deinde quoniam vnicus ille Nili alueus esset tunc notus Hebraeis, et idem limes Aegyptiacae sub Pharaone ditionis; idcirco nullo nomine proprio Nilus in Pentateucho, sed tantummodo communi appellatione, ac numero singulari flumen nuncupatur, vel amnis. Quo nomine singularis numeri vnicum Taniticum, vt diximus, proximum tunc Palaestinae alueum, Moses designauit. Neque ipso etiam consequente aeuo, cum a Syene et Memphi, et loco vbi Alexandria est, atque Pelusio, fluuius ille Iudaeis innotuit, vllum ei propterea peculiare nomen libri sacri dederunt: sed quot fuere ostia, totidem appellauere *flumina Aegypti*, vt Isaï. VII, 24. Ezech. XXIX, 3, 4, 10. XXX, 12. et XXXII, 2. Neque in Aegypto etiam ei fluvio Nili nomen fuit, ipsa Homeri aetate, annis amplius quingentis post Mosem: sed Aegyptus et ipse appellatur: quod etiam Plinius adnotauit. Nec denique Nili nomen ante duodecim reges, e quibus vnus Psammetichus fuit, sub Manasse rege Iuda, videtur inuentum.

Aegypti partem illam dumtaxat, quam adsignauimus, notam fuisse Israelitis Mosis aetate, nemo mirabitur, qui quidem meminerit, ipsis Salomonis temporibus, vltra Saba, quod mare Persicum contingit, inter Phisonem ac Gehonem amnes, regiones remotiores fuisse iisdem incognitas, teste ipsomet Christo Domino, qui Luc. XI, 31. reginam Saba venisse perhibet *a finibus terrae*.

Denique peranguſtos fuisse fines Aegypti Mosis temporibus, nec alios, quam quos definiuimus, suadet nomen *prouinciae*, quo ditionem illam designant filii Iacob, Gen. XLII, 30. *Locutus est nobis dominus*

*dominus terrae dure, et putauit nos exploratores esse PROVINCIAE.* Ex quo haud temere coniicimus, Dynaſtias Thebaeorum regum, Diopolitarum, Memphitarum, Thinitarum, et Elephantinorum, a ſcriptoribus otioſis fuiſſe confictas. Certe (quod nunc potiſſimum quaeritur) inter *capita quatuor*, ſeu flumina hic a Moſe deſcripta, Nilum adnumerari non poſſe, ex dictis perſpicuum eſt.

Cum autem Aethiopiam ex his quae mox dicenda ſunt, partem Arabiae eſſe, conſtare neceſſe ſit; quis eſt, qui, quin fluuius ibi repertus ipſe ſit Gehon, deinde ambigat? Sunt duo in eo tractu qui quaeruntur fluuii, a Plinio commemorati, vt vidimus. Ibi ſunt, vbi eſſe Phiſonem et Gehonem oportet; hoc eſt, non longius a Terra ſancta, quam Tigris et Euphrates; iidemque tam noti Iſraeliticae genti, annis etiam ipſis paene ſupremis Antiochi Epiphanis, quo tempore ſcriptus eſt liber Eccleſiaſtici, quam iſti duo notiſſimi omnibus celebratiſſimique amnes. Haec ſunt igitur *flumina Aethiopiae*, de quibus Iſaï. XVIII, 1. *Vae terrae cymbalo alarum, quae eſt trans FLVMINA AETHIOPIAE.* Et Sophon. III, 10. *Vltra FLVMINA AETHIOPIAE. Inde ſupplices mei, filii diſperſorum meorum deferent munus mihi.* Vtrobique enim Aethiopia eſt כוש *Chus*, de qua mox dicemus.

Quod autem hic Aethiopiae, idem *flumen Arabiae* a Plinio appellatur, libro XXXII. ſect. IV. viſumque Iubae regi narrat, et quadringentorum circiter pedum latitudinis fuiſſe haud procul mari indicat, his verbis: *Iuba in his voluminibus, quae ſcripſit ad C. Caeſarem Auguſti filium, de Arabia, tradit cetos* (τὸ κῆτος) *ſexcentorum pedum longitudinis, et trecentorum ſexaginta latitudinis in FLVMEN ARABIAE intraſſe.* Ecquod enim aliud *flumen Arabiae*

*Arabiae* visum Iubae regi, quam flumen Aethiopiae Arabicae potest esse? Nam quid Aethiopiae nomine intelligi in sacris libris oporteat, videamus. Id enim cum constiterit, de situ Gehon et Phison nullus supererit ambigendi locus.

*Qui circumit omnem terram Aethiopiae.* In Hebraeo, *omnem terram* כוש *Chus.* Vtroque, *Chus* et *Aethiopiae* nomine, in sacris libris Veteris Testamenti pars Arabiae designatur, quae Persico sinu alluitur, ab ortu aequinoctiali opposita intimo fere recessui sinus Arabici, ipsique terrae Madian. Habac. III, 7. *Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiae, turbabuntur pelles terrae Madian.* Vbi Aethiopia Hebraïce est, כושן: *tentoria* vero, σκηνώματα, Arabes Scenitas designant, vti appellantur a Plinio, libro V. sect. XII. sunt enim σκηναὶ *tentoria* e pellibus. Haec Aethiopia est iuxta Saba, quae pars est Arabiae Felicis, Isai. XLIII, 3. *Dedi propitiationem tuam Aegyptum, Aethiopiam et Saba pro te.* Sunt autem Sabaei, inquit Plinius, *Arabum propter thura clarissimi*, iidemque *ad vtraque maria*, hoc est, ad Arabicum sinum Persicumque, *porrectis gentibus.* Praeterea, 2. Paralip. XXI, 16. *Suscitavit Dominus contra Ioram spiritum Philisthinorum, et Arabum*, qui confines sunt Aethiopibus. Sic vbicumque כוש *Chus*, vel Aethiopia, in libris Veteris Testamenti occurrit, Aethiopia haec Arabica est.

Hinc Mosis vxor *Aethiopissa* כשית *Chusith* nuncupatur, Num. XII, 1. Alteram enim hanc vxorem, diuersam a Sephora Madianitide fuisse, non Vulgatus tantum Interpres, sed et Hebraïca oratio, quae est eo loco paulo fusior, aperte demonstrat his verbis: *Locutaque est Maria et Aaron contra Moysen, propter vxorem Aethiopissam, quam ceperat, quia vxorem Aethiopissam acceperat.* Vbi etiam

etiam in Hebraeo est articulus demonstratiuus ה praefixus nomini, הכשית *Hachusith*: quemadmodum in Graeco, τῆς Αἰθιοπίσσης: qui nimirum articulus alteram hanc a Sephora fuisse coniugem Mosis etiam ipse suadet. Denique Faustum Manichaeum ita sentientem Augustinus, libro XXII. cap. IV. ne verbo quidem vno refellit; quamuis nihil in eo, quod quidem vel tenui reprehensione dignum sit, praetermittat. Aethiopia igitur, siue כוש, cuius sacri libri meminere, hoc situ collocanda est, qui a nobis designatur: e regione quidem Madian illius ciuitatis, quae est orientali latere maris Rubri; sed longo terrarum spatio disiuncta ab altera cognomine Madian regione, quae est in terra Moab.

Egregie sane peritos in Hebraea lingua, et in nominibus ex ea deriuandis, oportet eos esse, qui *Chus* esse Susianum putant: cum ex כוש *chus*, deduci שושן *Susan* certe non possit, quod nomen est Susorum, vnde Susiana, apud Estherem, Nehemiam, Danielem. Iosephus ipse, lib. I. Antiq. cap. VII. *vt Aegyptios*, inquit, *Misraïm etiamnum vocamus; sic Aethiopes, quibus Chus praefuit, nunc quoque tam a seipsis, quam ab Asianis omnibus Chusaei* Χουσαῖοι *nominantur.* Non igitur Chusaei Susiani sunt, de Iosephi ipsius sententia; qui Susianae nomen, quod est multis saeculis eius aetate vetustius, ac proinde tunc notissimum omnibus, negat Chusaeis conuenire, cum eosdem alio quam Chusaeorum nomine negat agnosci. Nedum vero nomen Cossaeorum huc pertinet, qui sunt Susianis magis orientales, atque adeo remotiores a terra Chus, siue Aethiopia. Horum omnium situm describit Plinius, libro VI. sect. XXXI. *Susianen ab Elymaïde disterminat amnis Eulaeus. Susianis ab oriente proximi*

*proximi sunt Cossaei.* Et mox: *Infra Eulaeum Elymaïs est, in ora iuncta Persidi, a flumine Oroati ad Characem . . . . . Pars eius maxime inuia, Characene vocatur ab oppido, Arabiae claudente regna.* Sed de Phisone et Gehone satis, ac de ipsa Aethiopia, quam Gehon, teste Mose, circumit.

§. 7.

Explicatio versus quartidecimi: *Nomen vero fluminis tertii, Tigris: ipse vadit contra Assyrios. Fluuius autem quartus, ipse est Euphrates.*

*Tigris.* De eo amne Plinius, libro VI. sect. XXXI. *Oritur in regione Armeniae maioris, FONTE conspicuo in planitie ... Ipsius (nomen) qua tardior fluit, Diglito: vnde concitatur, a celeritate Tigris incipit vocari. Ita appellant Medi sagittam.* Docet ille his verbis aperte contrariam his nominibus duobus significationem subesse: et alteram quidem appellationem a tarditate repeti, alteram a celeritate: illam Armenicae linguae esse, Medicae alteram. Nam Hebraïce חדקל *Hiddekel* siue *Chiddekel* appellatur. Vbi caue illos audias scrutatores etymologiarum, qui Tigris nomen ex Hebraeo *Chiddekel* volunt deriuari: primum quidem, excidente (vt aïunt) littera ח siue *ch:* quam tamen excidere in suis nominibus deriuatis lingua ea non patitur. Deinde mutato ד siue *d* in *T:* ק siue *K* in *g:* denique ל siue *l* in *r.* Hac profecto arte quidlibet efficias ex quolibet. At Plinius longe certior auctor quam Strabo, conceptis verbis docet, Tigrin Medicae originis esse; neque idem esse Diglito et Tigrim. Nec vero *Diglito* ex *Chiddekel* oriri dixerim; cum sit *Chiddekel* nomen Babylonicum, *Diglito* Armeniacum; vt merito coniicimus, eo quod id nomen non habet amnis extra Armeniam, vbi oritur.

*Ipse*

*Ipse vadit.* Hoc eſt, a ſuo ipſo fonte, ſiue capite, curſum ſuum ſic dirigit, vt orientalis Aſſyriis ſit. Docet hoc etiam verbo Scriptor ſacer, ſpectari a ſe haec flumina, vt ipſe praemonuit, cuiuſmodi in ſuis *capitibus*, hoc eſt, circa initia curſus ſui ſunt.

*Ipſe vadit contra Aſſyrios.* Hebraïce קדמת אשור *Kidemath Aſſour:* hoc eſt, ad orientem Aſſyriorum, ſiue Meſopotamiae. Nam, teſte Plinio, libro VI. ſect. XXX. *Meſopotamia tota ASSYRIORVM fuit, vicatim diſperſa, praeter Babylona, et Ninum.* Itaque Aſſyrii ad occidentem Tigris fluuii fuere: et ipſa primaria ciuitas Aſſyriorum *Ninus, fuit* intra Meſopotamiam, *impoſita Tigri, ad ſolis occaſum ſpectans*, teſte eodem Plinio, libro VI. ſect. XVI. Vulgato Interprete neminem aut locorum, aut ſacrae traditionis, aut Hebraici ſermonis peritiorem experti ſumus; qui ſuam cuique voci conuenientem ſignificationem pro argumenti ratione admodum appoſite tribuit. Neque enim *verſus Aſſyriam*, quod pſeudo-Hebraïzantes hoc loco reponunt, idem valet atque contra Aſſyrios: quo verbo fluere Tigris dicitur ad orientem Aſſyriorum; ita vt et caput eorum Ninum, et vniuerſam ditionem, qualis tunc fuit, dextrorſum habeat, *ſiue* ad occaſum ſolis. Itaque *contra Aſſyrios* idem hic valet atque *ad orientem* Meſopotamiae: cum tota ditio Aſſyriorum, aetate ſaltem illa, qua Moſes ſcribebat, Meſopotamia fuerit; neque illa ſolummodo, ſed et longe poſtea conſequente aetate; quandoquidem Aſſyrios aliquid vltra Tigrim obtinuiſſe ſacrae Litterae nuſquam prodant. Similis huic locutio occurrit, tum alibi paſſim, tum in primis Gen. XII, 8. vbi de Abram ſermo eſt. *Et inde tranſgrediens ad montem, qui erat CONTRA orientem Bethel,*

*tetendit*

*tetendit ibi tabernaculum ſuum, ab occidente habens Bethel.* Sic Tigris erat ſeu vadebat orientalis Aſſyriis, ſiue (quod idem eſt,) habens ab occidente Aſſyrios.

Confirmat hanc noſtram de Aſſyriae veteris ſitu ſententiam, egregium Belaami vaticinium, Num. XXIV. 23, 24. *Aſſumptaque parabola iterum locutus eſt: Heu, quis victurus eſt, quando iſta faciet Deus? Venient in trieribus de Italia, ſuperabunt Aſſyrios, vaſtabuntque Hebraeos, et ad extremum etiam ipſi peribunt.* Vaticinatio enim haec eſt de clade quam illaturi eſſent Romani Iudaeis ſub Veſpaſiano, cum prius deuiciſſent Syriae et Meſopotamiae reges, Seleuci poſteros: ipſo Romanorum Imperio poſtea ruituro. Reges Syriae Balaam appellat Aſſyrios, quoniam Meſopotamiae imperaturi erant, quae tunc Aſſyria vocabatur: quemadmodum Hebraeos appellat, de nomine ſibi tunc noto, qui reipſa tunc erant dicendi Iudaei, cum a Veſpaſiano vaſtarentur.

*Euphrates.* De fonte Euphratis haec pauca Plinius, libro V. ſect. XX. *Oritur in praefectura Armeniae maioris Caranitide, ſub radicibus montis.* Proprio ſe olim alueo oſtioque effundebat in mare. Teſtis idem Plinius, libro VI. ſect. XXXII. *Locus, vbi Euphratis oſtium fuit.* Verum poſtea deriuatus in Tigrim eſt, et in agros vicinos. Idem, ſect. XXXI. *Sed longo tempore Euphratem praecluſere Orcheni, et accolae agros rigantes: nec niſi Paſitigri defertur in mare.* Id nomen eſt amni Tigri circa Cteſiphontem. Inſcitiam Hebraei ſermonis in Ioſepho, qui nomen Euphratis ex פרח deriuet, quod eſt *florere, germinare,* alii ante nos animaduerterunt.

§. 8.

## §. 8.

### *De montibus Armeniae.*

Gen. VIII, 4. *requieuisse arca* dicitur *super montes Armeniae.* Haec sunt iuga Antilibani, qua in ortum recedunt, et a Iudaea et Iordanis initiis Syriam disterminant. Docet enim hoc verbo Interpres Mosis Latinus, pro sua insigni peritia, regionem eam, quae Syria a Graecis post confusionem linguarum appellata est, prius Armeniam, quasi Arameniam vocitatam fuisse, ab Aram filio Sem: et *montes Armeniae* dictos esse, iuga illa, quae diximus, orientalia Antilibani. De his montibus et de Aram vicino cognomine oppido, locutus est etiam Balaam, Num. XXIII, 7. *De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis.*

Id vero perquam probabile ex eo fit, quod haud procul certe ab eo loco requieuit Arca, vbi *facta* postea dicitur *habitatio eorum*, hoc est, filiorum Sem, *de Messa pergentibus vsque Sephar montem Orientalem*, Gen X, 30. Habet autem Messa manifeste nomen a *Mes* filio Aram, Semi nepote. Ergo nec locus, vbi requieuit Arca, debuit procul ab ea regione distare, cui nomen dedit et Aram, et qui ab Aram seiungi non debuit Mes filius eius. Nam prima haec regio est, quam Moses commemorat post locum indicatum, vbi requieuit Arca, quasi ei loco proximam: ac proinde ad radices Antilibani, qua respicit austrum et ortum. Sephar enim *mons orientalis* dicitur, haud dubie comparate ad Iudaeam et Paradisum terrestrem: quemadmodum tota ea regio *Orientalis plaga Eden* appellatur, Gen. IV, 16. Nusquam enim in libris sacris *oriens* aut *plaga orientalis* de alia dicitur regione, quam de ea, quae orientalis Iudaeae et Galilaeae est, et

a Iordane in ſolitudinem et Babyloniam vſque protenditur. Neque certe veriſimile eſt, ſacrum Scriptorem, poſtquam de eo loco egit, in quo conquieuit Arca, praeteritum fuiſſe ſilentio iter filiorum Noë, quod longiſſimum profecto fuiſſet a montibus Armeniae maioris; dicturumque ſtatim poſtea, factam habitationem eſſe filiorum Sem iuxta Sephar montem, ad exortum Solis ex aduerſo Iudaeae, nulla mentione facta illius itineris, per leucas ducentas aut eo amplius. Nec ſimile veri eſt, iter illud ſuſcepturum fuiſſe Noë, qua erat aetate, per montes altiſſimos, aliaſque viarum illarum difficultates maximas, vt in terram Sennaar penetraret. Nec demum apparet in narratione diluuii vlla tempeſtas aut vis ventorum, quae Arcam a loco vbi fabricata eſt ad leucas amplius ducentas disiecerit: a media ſcilicet Iudaea Trans-Iordanica, aut (vt aliis haud recte viſum eſt) a Babylonia, ad montes maioris Armeniae.

Deinde cum dicantur filii Noë, Gen. XI, 2. *profecti de oriente*, vt abirent in terram Sennaar; non potuit profecto Moſes velle Armeniam maiorem intelligi: nam haec prorſus examuſſim comparate tum ad Terram ſanctam, tum ad terram Sennaar, Aquilonaris eſt. Itaque ſi Armeniam maiorem Moſes intelligeret, diceret haud dubie: Cum proficiſcerentur de Aquilone. Sic enim gentes ſuperpoſitas terrae Babyloniae, ſiue terrae Sennaar, Ieremias appellat, *cognationes Aquilonis*, cap. XXV. 9. Nec ſunt certe audiendi, ſed paene cum ſtomacho reiiciendi ii, qui vt hypotheſi ſuae ſeruiant, Hebraeum מקדם *mikkedem*, poſſe verti *verſus orientem*, vel *ab antiquo*, hoc eſt, emendari Latinum Interpretem cenſent oportere.

Deni-

Denique Gen. VIII, 11. *columba venit* ad Noë *portans ramum oliuae virentibus foliis in ore ſuo.* Et Gen. XI, 20. *Coepitque Noë vir agricola exercere terram, et plantauit vineam;* in ſolo vtique, quod prius noſſet eſſe vitiferum. Non igitur in Armenia maiore; tum quia ſoli ingenium, quale eſſet ibi, neſciret; ſi procul illud fuit a loco, vbi primi homines habitarunt: tum quia, vt Strabo quidem refert, libro XI. pag. 527, 528. ἐν αὐτῇ δὲ Ἀρμενίᾳ πολλὰ μὲν ὄρη, πολλὰ δὲ ὀροπέδια, ἐν οἷς οὐδ' ἄμπελος φύεται ῥᾳδίως. πολλοὶ δὲ αὐλῶνες, οἱ μὲν μέσως, οἱ δὲ καὶ σφόδρα εὐδαίμονες· καθάπερ τὸ Ἀραξηνὸν πεδίον, δι' οὗ ὁ Ἀράξης ποταμὸς ῥέων εἰς τὰ ἄκρα τῆς Ἀλβανίας, εἰς τὴν Κασπίαν ἐμπίπτει θάλασσαν. *In ipſa autem Armenia multi ſunt montes, multae ſunt montanae planities; in quibus NE VITIS QVIDEM FACILE naſcitur. Multae etiam conualles; aliae mediocriter, aliae admodum vberes: de quarum numero ſunt Araxeni campi, per quos Araxes labens ad extrema Albaniae in Caſpium mare ſe effundit.* Et D. de Tournefort, ſcriptor diligens et accuratus, in libro inſcripto, *Voyage du Levant,* tomo 2. pag. 335. et 336. poſtquam Armeniam a feracitate plurimum commendauit, deeſſe ibi oleas ait: *Il n'y manque que des OLIVIERS; et je ne ſai ou la colombe qui ſortit de l'Arche, fut chercher un rameau d'olivier, ſuppoſé que l'Arche ſe ſoit arreſtée ſur le mont Ararat, ou ſur quelque autre montagne d'Armenie. Car on ne voit pas de ces ſortes d'arbres aux environs: ou il faut que l'eſpece s'en ſoit perduë: cependant les oliviers ſont des arbres immortels.* Non potuit igitur vineam ibi plantare Noë, et inebriari; aut ramum oleae virentibus foliis columba ibi tam cito inuenire. At Iudaea vitibus et oleis, et regio circumiacens, abundauit. *Montes Armeniae* igitur,

 de

de quibus hic sermo est, non sunt in Armenia maiore quaerendi, sed in Iudaea aquilonari, qua orientalis Antilibani iuga Syriamque contingit.

Itaque nulli dubitamus, quin ex altero emendatiore exemplari Hebraeo, quam quod nunc superest, Latinus Interpres Pentateuchum, et hunc praesertim versum rescripserit; cum in eo ipso versu, qualis nunc Hebraïce legitur, mendum alterum iamdudum ab eruditis deprehensum fuerit: nempe dies decima septima, pro vicesima septima: בשבעה עשר יום pro בשבעה — עשרים יום. An enim vbi mendum vnum in confesso est, scelus est ibidem et alterum suspicari? An non simili potuit errore vel fraude fieri: vt pro ארמן, אררט scriberetur? praesertim ab his, qui fortassis perturbatis locorum nominibus sperarent fore, vt abiecta spe Paradisi terrestris inueniendi secundum natiuum verborum sensum, allegorice intelligendum eum esse legentes putarent: iidemque maiorem Armeniam Assyriace אררט *Ararat*, sed multo postea, appellatam fuisse, ex Latino ipso Interprete didicissent, IV. Reg. XIX, 37. Certe Mariana noster, in Ezech. XLIV, 15. *Saepe codices Hebraeos ex nostris esse castigandos*, haud temere adnotauit. Nec videmus certe, cur appellari non potuerint ea Antilibani orientalia iuga, montes Armam vel Armeniim, contracte vt ירדן *Iarden* Iordanis, non pro יאור — דן sed pro יאור — ערן: et deriuato nomine ארמן ab ארם: vt קרבן a קרב: quemadmodum in eodem omnino tractu prope Iordanem, mons Hermon et Hermoniim fuit: חרמונים deriuato vocabulo ab חרם: praesertim cum ibi haud dubie Syria incipiat quae nomen Hebraeum habet ab Aram filio Sem, vt dictum est.

Sequun-

Sequuntur in Tractatu integro, vnde haec decerpſimus, expoſitiones de ſerpente, de homine facto ad imaginem Dei, de voce Dei deambulantis in Paradiſo, de reditu primorum parentum cum Deo in gratiam, de loco ſepulturae Adam, aliaeque: ſed quamuis paratae, alibi tamen quam inter Plinianas obſeruationes, edendae. Faxit Deus Opt. Max. vt ſicut adiuuante eo terreſtrem Paradiſum nos tandem inueniſſe credimus; ſic eodem miſerante ob Chriſti Dei et Seruatoris noſtri merita, ad caeleſtem nobis aditus aliquando ingreſſuſque pateat.

# HARDVINI
# INDEX AVCTORVM,
## QVI VEL
## IN INDICE LIBRI PRIMI,
## VEL
## A PLINIO IN IPSA NATVRALI HISTORIA
## APPELLANTVR

A.

Accivs, siue, vt alii malunt, Attivs: Vtramque scripturam approbant inscriptiones veteres apud Gruterum. Praenomen ei Lucius fuit. Floruit Olymp. CLX. anno V. C. DCXV. belli Numantini temporibus. Tragoediarum scriptor haud ignobilis. Pacuuio seni, ipse 50, annis iunior, sua scripta Tarenti recitauit. Laudatur Accius in Pragmaticis a Gellio lib. 20. cap. 3. pag. 1110. quod opus illud ipsum est, quod a Plinio Praxidicum appellatur, lib. 18. sect. 55. Scripsit et annales carmine, quorum Macrobius meminit, lib. 1. Saturn. cap. 7. pag. 221. Horum librum XXVII. citat Festus, verbo *Metelli*.

Accivs Plavtvs. Vide, Plavtvs.

Acta

Acta Triumphorum. Videntur esse eae Tabulae Consulares et Triumphales, quarum fragmenta exstant apud Onuphrium Panuinium. Auctorem illarum sunt qui Verrium Flaccum putent, de quo nos inferius: etsi ille Tiberii principatu obiit.

Acta Populi Rom. *Libro* VIII. sect. 61. Acta Senatus laudat Suetonius in Augusto, cap. 5. Acta publica, in Caligula, cap. 8.

Acta Temporum Augusti. *Libro* 7. sect. XI.

Adimantus. Ἀδείμαντος Straboni, lib. 13. pag. 589. Patria Lampsacenus.

Aelius Stilo. Hominem doctum, et Varronis magistrum appellat hunc Gellius, lib. 16. cap. 8. pag. 883. et Sosipater, lib. 1. pag. 64. Eum Cicero adolescens audiuit. Praenomen ei Lucius fuit: cognomen duplex, teste Suetonio, lib. de Illustr. Gramm. cap. 3. pag. 119. Nam et *Praeconinus*, quod pater eius praeconium fecerat, hoc est, praeco fuerat, vocabatur: et *Stilo* siue *Stylo*, quod orationes nobilissimo cuique scribere solebat. Meminit vtriusque cognominis Plinius, lib. 33. sect. 6. Passim a Festo citatur.

Aelius. In indice libri 14. et 15. et lib. 14. sect. 15. tres Iurisconsulti simul a Plinio memorantur, Scaevola, Aelius, Atteïus Capito: quorum meminit Pomponius, Dig. 1. tit. de origine iuris. Sextus Aelius hic vocatur. Scripsit Commentarios Iuris ciuilis, de quibus Cicero, lib. 1. de Orat. pag. 332. Enniano praeconio celebratur: *Egregie cordatus homo Catus Aeliu' Sextus.* Consul fuit cum T. Quintio Flaminino, anno V. C. DLVI. Laudatur a Plinio, lib. 9. sect. 59.

Aemilius Macer. Veronensis poëta appellatur ab Hieronymo in Chron. Olymp. 191. an. 1.

cum obiisse ait. Fuisse grandiorem aeuo, quam Ouidium, ex ipso Ouidio discimus, lib. 4. Trist. eleg. 10. v. 43. *Saepe suas volucres legit mihi grandior aeuo, Quaeque nocet serpens, quae iuuet herba, Macer.* Vnde et quae scripserit, intelligimus. Opus de volucribus, ὀρνιθογονία appellabatur. Meminit Diomedes lib. 1. pag. 371. qui ὀρνιθογονίας librum secundum laudat. Meminit et Nonius, verbo *Picumnus*: vbi Theogonia perperam in quibusdam libris pro ornithogonia scribitur. Theriaca Nicandri exemplo scripsisse, versus alter indicat. Cuius operis librum quintum citat Sosipater, lib. 1. pag. 61. Sed praeter ista scripsit Annales, quorum liber sextus decimus laudatur a Prisciano, lib. 10. pag. 895. Qui Aemilii Macri nomine circumfertur libellus, de virtutibus herbarum, fetus est omnino suppostititius: cum et Plinium, et Galenum, et Oribasium, ac multo etiam recentiores laudet.

Aeschines. In indice lib 28. Medicus: eiusdem libri sect. 10. Atheniensis dicitur.

Aeschrion. In indice lib. 8. de agricultura scripsisse dicitur. Inter probatissimos rei rusticae scriptores, quorum ignota sit patria, hunc reponunt Varro et Columella, cap. 1. operis sui. Ad eum Hipparchus libros tres Enarrationum ad Arati Phaenomena inscripsit. Αἰσχρίων ἐν ἑβδόμῳ τῆς Ἐφεσίδος laudatur a Tzetze in Lycophr. pag. 101.

Aeschylus. Tragoediis suis, quarum hodieque supersunt aliquae, notissimus. Atheniensis fuit. Floruit Olymp. LXXXI. circa Marathoniae pugnae tempora.

Agatharchides. Cnidius a patria cognomento dictus. De eo multa Photius in Biblioth. cod. 213. pag. 548. Olympiade circiter CL. floruit.

Histo-

Hiſtoriae Aſiaticae ab eo libris X. conſcriptae, meminere Photius, et Diodorus Sicul. lib. 3. pag. 149. Egit etiam de rebus Europaeis, libris omnino XLIX. teſte eodem Photio, et Athenaeo, lib. 4. pag. 168. et lib. 7. pag. 297. Item de collectione admirabilium ventorum, et de Troglodytis libros quinque: librum ſingularem de mari Rubro: aliaque a Photio recenſita. Eſt et alius Agatharchides Samius, cuius librum IV. περὶ λίθων de lapidibus pretioſis laudat Plutarchus, lib. de fluminibus, pag. 1153. Librum ſecundum rerum Perſicar. idem Plut. in Parallelis, 305. Quartum Stobaeus, ſerm. 48. pag. 171.

AGATHOCLES. Babylonius fuit: aetatis incertae. Res Cyzicenorum litteris mandauit: vnde et Cyzicenus ipſe eſt appellatus ab Athenaeo, lib. 12. pag. 515. Meminit illius et Feſtus, verbo *Roma*, aliique. Sed eſt praeter hunc Agathoclem, et alius

AGATHOCLES CHIUS, rei ruſticae ſcriptor, de quo apud Varronem, et Columellam honorifica mentio, lib. 1. de re ruſt. cap. 1. A Plinio laudatus lib. 8. alibique paſſim. Citatur et Ἀγαθοκλῆς ἐν τῷ περὶ διαίτης, a Schol. Nicandri in Theriac. pag. 29. Eſt et Agathocles Mileſius, qui librum ſcripſit de fluminibus, teſte Plut. lib. 1. de flum. pag. 1161.

AGLOSTHENES, contracte ſic appellatus a Polluce, lib. 9. cap. 6. pag. 437. Ἀγλωσθένης pro Ἀγλαοσθένης: in Plinianis libris hactenus corrupte Aglosthenes et Aedoſthenes dictus. Hiſtoriam rerum Naxicarum conſcripſit, vt auctor eſt Hyginus in poët. Aſtron. lib. 2. cap. de Arcto minore, fol. 58. et cap. de Aquila, pag. 67. Incertae aetatis ſcriptor.

AGRIOPAS. Olympionicas ſcripſiſſe dicitur: tum in indice lib. 8. tum ſect. 34. eiuſdem libri. In codicibus Mss. quos vidi, tum in indice, tum libri octaui ſect. proxime appellata, Acopas modo, modo Copas ſcribitur: atque ita retinent vetuſtae editiones omnes uſque ad Gelenium, qui ſuorum codicum fide Agriopam ſe dicit reſcripſiſſe. Erit igitur Doricum nomen, Ἀγριώπας, vt Γοργώπας, pro Ἀγριωπὸς, Γοργωπός.

AGRIPPA. Cui praenomen Marcus Vipſanius fuit. Auguſti Caeſaris amicus et gener. Orbem terrarum in tabula ſpectandum propoſuiſſe dicitur a Plinio, lib. 3. ſect. 3. quam ipſe ſecutum ſe profitetur.

AGRIPPINA CLAVDII. Caeſaris illa Germanici et Agrippinae Marco Agrippa natae filia, Auguſti proneptis, Cn. Domitii primum, et Paſſieni, tum Claudii Imp. coniux: mater Neronis. Meminit illius commentariorum de vita ſua, Tacitus lib. 4. Annal. pag. 118. et Plinius lib. 7. ſect. 6.

ALCAEUS. Qui Alcaïco carmini nomen dedit: cuius minaces Camoenas appellat Horatius, lib. 4 ode 9. verſu 7.

ALEXANDER MAGNVS. Huius Ephemerides ſiue Diarium citat Plutarchus in eius vita, pag. 706. Epiſtolas idem, pag. 688. Libros de herbis, vetus interpres libri Phyſico medici, qui Kiranidum Kirani Perſarum regis falſo inſcribitur, pag. 2. Circumfertur eiuſdem epiſtola ad Ariſtotelem, de mirabilibus Indiae.

ALEXANDER POLYHISTOR. Vide, CORNELIVS ALEXANDER.

ALFIVS FLAVIVS. Ceſtii auditor, M. Senecae aequalis, Tiberii temporibus floruit, vt liquet ex Controuerſia 14. pag. 127. De bello Carthaginienſi

giniensi scripsisse, auctor est Festus verbo *Mamertini*, pag. 8.

AMOMETVS. De Attacoris Indiae populis editum ab eo volumen Plinius testatur, lib. 6. sect. 20. Eumdem a Memphi ad Isidis fontem nauigasse, Antigonus Carystius, hist. mirabil. cap. 164. Meminit eiusdem Aelianus, lib. 17. de animal. cap. 6. et Sotion in Excerptis de fluminibus et fontibus, pag. 140.

AMPHILOCHVS Athenaeus a Varrone et Columella, cap. 1. operis sui, inter probatissimos rusticae rei scriptores, nominatur. Edidisse de auena et cytiso volumen, auctor est Plinius, lib. 18. sect. 43.

ANACREON Teïus poëta dictus, ex vrbe Ioniae Teo. Floruit Olymp. LXII. vt scribit Euseb. in Chron. Scripta eius omnia, si odaria quaedam exceperis, quae exstant hodieque, iniuria temporum perierunt. Laudat Anacreontem ἐν τῷ περὶ Ῥιζοτομικῆς, in libro de re herbaria, Nicandri scholiastes in Theriacis, pag. 28.

ANAXILAVS. De eo Hieronymus in Chron. pag. 154. *Anaxilaus*, inquit, *Larissaeus, Pythagoricus, et magus, ab Augusto, Vrbe Italiaque pellitur.* Medicus insignis fuit, qui ludicra quaedam faceret, non maleficis artibus, sed arcanis quibusdam viis, quae causae ignaros rei nouitate stupidos detineret. Refert ex iis quaedam Plinius, lib. 28. sect. 49. et lib. 35. sect. 50. Anaxilai παίγνια siue ludicra, (sic enim inscripsisse librum is videtur) citantur ab Epiphanio, lib. 1. aduers. haeres. haer. 43. pag. 232. Item ab Irenaeo aduersus Marcum, lib. 1. cap. 8. pag. 68.

ANAXIMANDER. Patria Milesius, Thaletis discipulus, Xenophonti aequalis fuit. Hunc Strabo

primum

primum exſtitiſſe ait, lib. 1. pag. 7. qui orbis ſitum in tabula deſcripſerit: Idem teſtatur et Agathemerus, lib. 1. Geogr. cap. 1. pag. 1. Obiiſſe Olymp. LVIII. auctor eſt Apollodorus in Chronicis, apud Laërt. pag. 33. in Anaximandro. Plura de eo diximus, lib. 2. ſect. 78.

ANAXIMENES. Lampſacum ei patria fuit: Magiſter, Diogenes Cynicus. Rhetoricorum librorum qui Ariſtoteli vulgo tribuuntur, auctorem hunc Anaximenem eruditi aïunt. Scripſit et de rebus ab Alexandro geſtis, cui in expeditionibus comes fuit. Laudatur in indice libri 12. quo in libro eae arbores deſcribuntur, quas in orbe Indico, vt Plinii verbis vtar, mirata eſt Alexandri M. victoria.

ANAXIPOLIS THASIVS. Varroni et Columellae laudatus initio operis ſui, cap. 1. inter ſcriptores rei ruſticae.

ANDREAS MEDICUS. Meminere illius Celſus in praefat. lib. 5. Dioſcorides in praefat. Galenus in Explic. vocum Hippocr. tomo 2. pag. 92. vbi Ἀνδρέας ὁ τȣ̃ Χρύσαρος vocatur: et ſcholiaſtes Nicandri in Theriac. pag. 32. qui librum eius laudat, quem Νάρθηκα inſcripſerat. Eius libri περὶ δακετῶν, de iis quae morſu venenata ſunt, et alterius, *De iis quae falſo creduntur*, mentio apud Athen. lib. 8. pag. 312.

ANDROTION. Ἀνδροτίων Theophraſto, lib. 2. hiſt. plant. cap. 8. et Athenaeo, lib. 3. pag. 75. Varroni et Columellae initio operis ſui laudatus inter ſcriptores rei ruſticae, quorum patriam non comperiſſent. Androtionis Georgicon citat Athenaeus, lib. 3. 75. et 82. quod opus De agricultura appellatur in indice, lib. 8. A Pauſania rurſum, lib. 6. pag. 357. et ab Harpocr. in Ἀμφίπολις, pag.

pag. 20. Ἀττίδος, hoc eſt, de rebus Atticis commentarios ſcripſiſſe dicitur.

Annales. Pontificum Maximorum Annales Tullius vocat, lib. 1. de Legibus, pag. 295. De his idem, lib. 2. de Orat. pag. 355. *Erat enim hiſtoria nihil niſi Annalium confectio: cuius rei, memoriaeque publicae retinendae cauſa, ab initio rerum Romanarum vſque ad P. Mucium Pontificem Max. res omnes ſingulorum annorum mandabat litteris Pontifex Max. efferebatque in album, et proponebat tabulam domi, poteſtas vt eſſet populo cognoſcendi: iique etiamnunc Annales Maximi nominantur.*

Annivs Fetialis. Laudatur a Plinio, lib. 34. ſect. 13. Hiſtoriam ſeu Annales rerum Romanarum condidiſſe is videtur.

Antaevs. Medici huius mentio eſt in Indice libri 12. et libro 28. ſect. 2.

Antias. Vide, Valerivs Antias.

Anticlides. Ἀντικλείδης Harpocrationi in Καλαύρεια, pag. 161. Librum περὶ νόστων, hoc eſt, de reuerſione Graecorum ab expeditione Troiana, ſiue Argonautarum a Colchide, laudat Athenaeus, lib. XI. pag. 465. et Euſeb. lib. 4. Praep. pag. 157. Opus libris vt minimum ſedecim comprehenſum. Suidas item, pag. 902. et Ariſtoph. Schol. in Nub. pag. 132. Δηλιακὰ item, ſiue de rebus Deliacis ſcripſiſſe auctor eſt Schol. Apollonii, lib. 1. ad v. 1207. Aetas incerta. Laudatur a Plutarcho in Alexandro, pag. 691. inter ſcriptores de rebus ab eo geſtis.

Antigenes. Et hic a Plutarcho loco proxime citato inter ſcriptores rerum Alexandri M. nominatur.

Antigonvs Cymaevs. Patria ei Cyme Aeolidis fuit: vnde cognomen. A Varrone et Columella,

mella, lib. 1. de re ruſt. cap. 1. inter ſcriptores rei ruſticae adnumeratus. Eſt et alter eiuſdem nominis.

ANTIGONVS, quem de toreutice, hoc eſt, de caelatoria arte, ſcripſiſſe dicitur in Indice lib. 33. Caryſtius ille eſt, cuius exſtant hiſtoriarum Mirabilium collectanea. Hunc περὶ πινάκων, hoc eſt, de tabulis pictorum ſcripſiſſe Laërtius in Chryſippo, pag. 209. de pictura Plinius, idem lib. 35. ſect. 36. de arte ſua, hoc eſt, de ſtatuaria, idem lib. 34. ſect. 19. de hiſtoria Italica Feſtus, verbo *Romam*: de aliis denique alii fortaſſis tradiderunt.

ANTIPATER. Lucius Caelius Antipater dictus eſt: certus Romanae hiſtoriae auctor, inquit Valer. Max. lib. 1. cap. 7. pag. 54. Lucii Craſſi Magiſter, inquit Cicero in Bruto, pag. 545. ſcripſit hiſtoriam ad L. Aelium Stilonem, Varronis magiſtrum: quam tanti feciſſe M. Brutus dicitur, vt ex ea epitomen fecerit. Auctor Cicero, lib. 13. epiſt. 8. ad Attic. pag. 399.

ANTIΠΑΤΡΟΣ ἐν τῷ περὶ ζώων laudatur a Schol. Apollonii, ad lib. 2. v. 89. qui ab illo diuerſus eſt; eſt enim ille ANTIPATER, qui inter externos ſcriptores laudatur in indice libri 8. qui totus eſt de animalium hiſtoria: Panaetii, de quo ſaepe Tullius, magiſter: Tiberio Graccho aequalis. Patria Rhodius.

ANTISTIVS, Labeo cognominatus. Scripſit Commentaria iuris Pontificii, quae Feſtus citat. Proconſulem Narbonenſis Prouinciae fuiſſe, auctor eſt Plinius, lib. 35. ſect. 7. Oblatum ab Auguſto Conſulatum aſpernatus eſt quo ſtudiis plurimum operam daret, vt ſcribit Pompon. lib. 1. Digeſt. tit. 2. orig. iuris, §. 47. vbi eum quadringenta volumina (alii *quadraginta* legunt ex Gellio, lib. 13.

cap.

cap. 10. pag. 671.) reliquisse testatur. Libros eius XV. de discipulis Etruscis, aliosque, citant Fulgentius, lib. de prisco sermone, n. 4. Huius arbitrio legendum Senatum Augustus permiserat, inquit Dio; lib. 54. pag. 531.

ANTISTHENES. Non ille quidem Laërtio notus, aliisue scriptoribus: sed ab iis omnibus qui eodem censentur nomine, plane diuersus: quem de pyramidibus Aegypti scripsisse Plinius est auctor, lib. 36. sect. 17. de cuius aetate dicemus in Butorida.

ANTONIVS CASTOR. Vir Graecus, sed quod Romanos diligeret, ciuitate donatus, et Philoromaeus appellatus. Deiotari Galatarum Regis, pro quo orationem habuit ad Caesarem Tullius, filiam duxit. Scripsit de Nilo, de temporum ignoratione, τὰ χρονικὰ ἀγνοήματα, vti ex Apollodoro discimus, lib. 2. de Diis, pag. 75. Romana etiam instituta cum Pythagoricis contulit, teste Plutarcho in quaest. Rom. pag. 266. Et de plantis edidisse volumina aliquot, ex Plinio ipso coniicimus, lib. 20. sect. 66.

APELLES. Qui in Indice lib. 31. et 32. Apelles laudatur, Medicus is est, Thasius a patria cognominatus: cuius meminit et Galenus, lib. 2. de antidotis, cap. 8. pag. 910. et lib. 5. κατὰ γένη, cap. 14. pag. 799. Hunc Gesnerus in Bibliotheca cum Apelle pictore male confundit, quando hunc Thasium facit: quem errorem secutus est et Reinesius, lib. 2. Var. lect. cap. 6.

APELLES alter Cous a patria dictus, pictor fama insignis: cuius vita, scripta, picturae, sect. 36. libri 35. a Plinio prolixe narrantur.

APION. Graecis Ἀπίων. Cognomen huic multiplex fuit: Πλειστονίκης, a crebris victoriis, vti ex

ex Plinio liquet, lib. 37. sect. 19. Gellio, lib. 5. cap. 14. pag. 342. et Clemente Alex. lib. 1. Strom. pag. 320. quanquam Suidae Ἀπίων ὁ Πλειστονίκου dicitur, forte mendose: a parente, Posidonii F. ab arte, Grammaticus: Alexandrinus, a patria, quod ius illius ciuitatis haberet, quanquam ipse Oasi, Aegypti ciuitate, natus. Denique ab ingenti eruditionis fama, hunc cymbalum mundi Caesar Tiberius appellauit, vt scriptum est in praefatione ad Titum. Librum edidit aduersus Iudaeos, quem Iosephus libris aduersus eum scriptis confutat. Scripsit et Aegyptiacorum libros quinque, vti prodidere Gellius et Clemens locis cit. Tatianus, orat. contra Gentes, pag. 185. et alii. Librum item de Apicii luxu, apud Athen. lib. 7. pag. 294. De metallica disciplina, in indice libri 33. De lingua Romana, περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου, Athen. lib. 15. pag. 680.

APOLLODORVS. Quem eo nomine laudat in opere Geographico, Index libri quarti, is aetatis incertae scriptor est: cui Artemita cognomen fuit, a patria. Nam Mesopotamenus fuit. Huius opus de rebus Parthicis laudatur a Strabone passim, vt lib. 2. pag. 118. et lib. XI. pag. 509. et ab Athen. lib. 15. pag. 682. Alterum eiusdem opus de insulis et vrbibus Tzetzes citat Chiliad. 3. hist. 100. Item ἐν νεῶν καταλόγῳ laudatur ab Athenaeo, lib. 3. pag. 82. et ab Apollonii Schol. ad lib. 3. v. 1089. qui meminit et libri de rebus Ponticis ab eo conscripti, ad lib. 2. v. 159.

APOLLODORVS LEMNIVS, rei rusticae scriptor, cuius et Varro meminit, lib. 1. cap. 1. Fuit et eo nomine tertius

APOLLODORVS, quem de bestiis venenatis scripsisse, non solus auctor est Index libri vndecimi: sed

ſed et Athenaeus, lib. 15. 681. Aelian. lib. 8. hiſt. animal. cap. 7. et Schol. Nicandri in Theriac. pag. 33. et 39. vbi librum eius περὶ θηρίων laudant. An idem cum iſto, nec-ne ſit Apollodorus ille quem de odoribus ſcripſiſſe idem index ait libri 12. Athenaeus, de coronis et vnguentis, περὶ μύρων καὶ ϛεφάνων, lib. 15. pag. 675. haud ſatis conſtat. Diverſi certe ab iſtis, qui reliqui ſunt

APOLLODORI duo, TARENTINVS, et CITIENSIS, a patria cognominati: hic Citio Cypri, ille Tarento Italiae ciuitate. Aetatis vterque incertae, ſed famae inſignis: Dioſcoridi paſſim, ac reliquo veterum Medicorum choro celebrati. Citienſis, vt opinor, fuit, quem Plinius refert, lib. 14. ſect. 9. volumine quodam perſcripſiſſe Ptolemaeo regi, quae vina biberet. Apollonium pariter Citienſem medicum appellat Strabo, lib. 14. pag. 683. et Caelius Aurel. lib. 1. Chron. cap. 4.

APOLLONIDES. Huius aetas incerta. Europae περίπλουν ſcripſit, quem laudat Apollonii Schol. ad lib. 4. v. 983. Meminit et huius Strabo, lib. 2. pag. 309.

APOLLONIVS PERGAMENVS. Inter rei ruſticae ſcriptores Varroni et Columellae memoratus, lib. 1. cap. 1. Hunc eſſe Apollonium arbitror, quem περὶ βοτανῶν, de herbis edidiſſe volumen auctor eſt Scholiaſtes vetus Nicandri, pag. 27. De facile parabilibus medicamentis, τῶν εὐπορίϛων φαρμάκων, Galenus, lib. XI. de facult. ſimpl. medic. cap. 1. pag. 314. et cap. 8. pag. 350.

APOLLONIVS qui Μύρωσιν (ſic enim emendavimus, in Indice libri 28 cum prius legeretur, *qui Myrſin*) hoc eſt, qui partem illam τῆς κοσμητικῆς attigit, quae fucos et pigmenta docet. Hic Herophileae ſectae Medicus fuit, Μῦς cognominatus,

vt auctor est Celsus in praefat. lib. 5. et Strabo, lib. 14. pag. 645. De coronis et vnguentis, *περὶ ςεφάνων καὶ μύρων* librum scripsit, vnde Myronides est appellatus, apud Athen. lib. 15. pag. 691. Ex eius libro *De vnguentis* Plinius multa transcribit, lib. 13. sect. 2. vt ibi diximus in Notis. Is est fortassis, quem a patria Memphitem appellat Caelius Aurel. lib. 3. cap. 8. fol. 274.

APOLLONIVS PITANAEVS, in indice lib. 29. a Pitane Laconici agri oppido cognomen accepit. An ille sit Apollonius, quem *ἐν πρώτῳ τῶν ὑπομνημάτων*, lib. I. Commentariorum, citat Apollonii Schol. ad lib. I. v. 430. haud satis compertum.

APOLLOPHANES Medicus: et idem fortasse vates, cuius Comoedias laudat Athenaeus, lib. 4. pag. 114. et lib. XI. pag. 485.

AQVILA, cui Iulius praenomen fuit. Scripsit hic de cultura vitium librum singularem teste Columella, inquit Simlerus in epitome Gesneri: sed Iulium Atticum, credo, voluit dicere: nam de Iulio Aquila ne *μῦ* quidem apud Columellam. De Etrusca disciplina scripsisse dicitur in indice libri XI.

ARATVS. Solensis e Cilicia fuit, natus Olymp. circiter CXXIV. scripsit Phaenomena et Astrologica: In medicina quoque quae ad anatomen et compositionem theriacorum attinent *ὀςεολογίαν* de ossibus: *ἰατρικὰς δυνάμεις*, de medicis facultatibus: *διοσημείας*, de ostentis: *ἀνθρωπογονίαν*; de hominum generatione: aliaque, quae commemorat auctor ipsius vitae, quam Petauius edidit, pag. 268. et 410. in Uranologio. Arati *Κάνονα* laudat Achilles Tatius in Phaenomen. cap. 19. pag. 138.

ARCHELAVS REX, Cappadociae nimirum, vt auctor est Plinius, lib. 37. sect. XI. et 25. vbi quae

ex

ex Archelao refert de gemmis, ex eo libro deprompta esse certum est, quem περὶ λίθων, *de lapidibus*, scriptum ab eo ait Plut. lib. de flumin. pag. 1153.

ARCHELAVS de quo in indice libri 28. quem scholiastes Nicandri ad Theriaca, pag. 38. laudat ἐν τοῖς διφυέσι, hoc est, in libro de iis quae sunt ancipitis naturae: quo ex libro refert ea quae ad muraenarum coïtum cum serpentibus attinent. Scripsit et epigrammata ad Ptolemaeum regem, de mira animalium natura; vt auctor est Antigonus Carystius, histor. mirab. pag. 23. vbi hunc fuisse patria Aegyptium docet: atque ab eo proinde diversum quem Χερρονησίτην fuisse Athenaeus ait, lib. 9. pag. 409. vbi eum laudat in Ἰδιοφυέσσι, hoc est, in eo opere, quo agit de rebus quae singulis in locis propria gignuntur.

ARCHIBIVS. Scripsit ad Antiochum regem, teste Plinio, lib. 18. sect. 70. Laudatur a Galeno, lib. 5. κατὰ γένη, cap. 14. pag. 798.

ARCHIDEMVS Medicus. Huius exstant capita aliquot de Mulomedicina, inter Veterinariae Medicinae scriptores Basileae editos anno 1537.

ARCHIMACHVS. Conscripsit hic rerum Euboïcarum libros, quorum tertium citat Athenaeus, lib. 3. pag. 465. Ἀρχέμαχος ὁ Εὐβοεὺς appellatur. Aetatis incertae.

ARCHIMEDES, Syracusius, Arithmetices, Geometriae, atque Astronomiae peritia insignis: de quo alii satis multa.

ARCHYTAS Tarentinus, inter scriptores rei rusticae Varroni et Columellae adnumeratus, lib. 1. cap. 1. Idem de educatione puerorum scripsisse dicitur a Philostrato, lib. 6. de vita Apoll. cap. 14. pag. 306.

ARISTAGORAS. Scripſit Aegyptiaca, quorum Stephanus meminit in Τάκομψος, et alibi ſaepe. Eo in opere egit de pyramidibus, ex quo multa Plinius recitat, lib. 36. ſect. 17. quo ex capite colligimus fuiſſe Duridis Samii aequalem: atque adeo floruiſſe rege Aegypti Philadelpho, Olymp. circiter CXLIV.

ARISTANDER, Varroni et Columellae, lib. 1. de re ruſt. cap. 1. Ariſtandrus Athenienſis dictus, inter ſcriptores rei ruſticae. Scripſit et de portentis, auctore Plinio, lib. 17. ſect. 38.

ARISTARCHUS Sicyonius. In Indice, lib. 5. De rebus Geographicis ſcripſiſſe videtur. Eumdem eſſe ſuſpicor, quem Pauſanias, lib. 5. pag. 325. rerum Olympicarum ſcriptorem appellat.

ARISTEAS Caſtrobii filius, Proconneſius poëta, inquit Herodotus, lib. 4. pag. 229. ſcripſit Ἀριμάσπεια carmina: Θεογονίαν verſibus fere mille: Vixit temporibus Cyri et Croeſi: Vide Suidam, pag. 426. Vidiſſe ſe Ariſteae libros teſtatur Gellius, lib. 9. cap. 4. pag. 461. De eo plura ad Plinii librum 7. ſect. 2.

ARISTIDES patria Mileſius fuit. Scripſit libros rerum Sicularum, Italicarum, ac Perſicarum, quos laudat Plutarchus in Parallelis, pag. 305. et alibi paſſim. Scripſit et Mileſiacos, laſciuum opus, vt ait idem Plut. in Craſſo, pag. 564. Ariſtidem laudat Pindari ſcholiaſtes, pag. 216. ἐν τῷ περὶ Κνίδȣ συγγράμματι. Aetatis incertae.

ARISTOCREON. Terrarum, vel Africae certe ſitum deſcripſiſſe videtur: cum laudetur a Plinio in opere Geographico, lib. 5. ſect. 10. et lib. 6. ſect. 35.

ARISTOCRITVS. Commentarium edidiſſe de Mileto, ſcribit Apollonii ſcholiaſtes ad lib. 1. v. 185.

ARISTO-

ARISTOGENES. Gnidius a solo natali, a diuturna commoratione idem Thasius Suidae appellatus, pag. 408. Chrysippi philosophi seruus, et idem Regis Antigoni Gonatae medicus. Floruit Olympiade CXXX. Scripsit multa de rebus medicis: in his, Auxiliorum naturalium epitomen, φυσικῶν βοηθημάτων, πρὸς Ἀντίγονον. De facultate medicamentorum, περὶ δυνάμεως. De venenatis animalibus, περὶ δακετῶν, et alia, de quibus Suidas loc. cit.

ARISTOGITON, Graecis Ἀριστογείτων Medicus. In indice lib. 27. et sect. 14. eiusdem libri, Plinio memoratus.

ARISTOMACHVS, patria Solensis Meliturgica scripsisse dicitur in indice lib. XI. et sect. 9. eiusdem libri: cuius operis et Columella meminit, lib. 9. cap. 13. De conditura vini, in indice libri XV.

ARISTOMACHVS alter Atheniensis, de quo in indice lib. 13. et sect. 47. eiusdem libri: De plantis scripsisse videtur.

ARISTOPHANES MILESIVS. Ita vno consensu libri omnes editi, et manu exarati: quorum auctoritate stare si quis voluerit, ex iis Varronem emendabit, apud quem non Milesius ille, sed Mallotes, ex Mallo nimirum Ciliciae oppido, appellatur, lib. 1. cap. 1. vbi eosdem de agricultura scriptores recenset, quos Plinius laudat in indice lib. 8. Aristophanem hunc ipsum ἐν τοῖς Γεωργικοῖς citat Theocriti scholiastes, ad Idyll. 1. v. 48.

ARISTOPHANES ille priscae Comoediae poëta notissimus, vt ait Plin. lib. 21. sect. 16.

ARISTOTELES, Stagirites ille, Platonis magisterio, institutione Alexandri, scholae Peripateticae celebritate insignis. De quo satis multa alii.

Arruntius; sic enim in inscriptionibus antiquis scribitur, et apud Dionem, lib. 58. pag. 638. Λούκιος Ἀῤῥούντιος. De eo Seneca, ep. 114. pag. 484. *Arruntius*, inquit, *vir rarae frugalitatis; qui historias belli Punici scripsit, fuit Sallustianus, et in illud genus nitens*, *etc.* Vixit Augusti principatu, cuius iudicio dignus ipse Arruntius principatu fuit.

Artemidorus Ephesius. Vixit is Olymp. CLXIX. vt Marcianus Heracleotes testatur in Periplo, pag. 97. Terras descripsit, et maris περίπλουν libris vndecim, vt idem Marcianus docet, pag. 31. qui eos redegit in epitomen. Ipse scripsisse dicitur ἐπιτομὴν τῶν γεωγραφουμένων, a scholiaste Apollonii ad lib. 3. Argon. v. 858. Artemidorum Ephesium libro 8. Γεωγραφουμένων laudat Diod. Sic. lib. 3. Biblioth. pag. 149.

Artemon Medicus. In indice lib. 28. et sect. 2. eiusdem libri.

Asarubas, qui forte Asdrubas, vel Asdrubal vocandus, laudatur a Plinio, lib. 37. sect. XI. Plinio ipsi coaeuus, vt ipse testatur, loco proxime notato.

Asclepiades Medicus, quem nonnulli crasso errore cum Asclepiade Myrleano confundunt, qui Ptolemaei Evergetis aetate vixit. Hic quem Plinius laudat, lib. 7. 14. 20. 22. 23. 24. 26. et 29. Prusiaeus ex Bithynia fuit, Philophysicus cognominatus, Pompeii M. temporibus, teste Strabone, lib. 12. pag. 566. et Plinio ipso, lib. 25. sect. 3. Fuit is primum Rhetor, sed a Rhetorica postea ad Medicinam transiit, teste Plinio, lib. 26. sect. 7. vbi plura de eo. Hinc *eloquens Medicus* dicitur Ciceroni, lib. 1. de Orat. pag. 283. qui se eo medico et amico vsum esse gloriatur. Librum scripsit de tuenda sanitate, cuius Celsus meminit, lib. 1. cap. 3. pag. 4. *Multarum rerum*, inquit idem Celsus, lib.

lib. 4. cap. 4. *quas ipsi quoque secuti sumus, auctor bonus.* De dando vino volumen, quod a Plinio laudatur, lib. 23. sect. 19. Eiusdem libros de hydrope laudat Caelius Aurel. lib. 3. cap. 8. et alios alibi passim. Huius denique ad Mithridatem scripta volumina de medicis rebus, laudat Plinius, lib. 25. sect. 3.

ASCLEPIADES qui Τραγῳδέμενα scripsit. Hunc Tragilensem fuisse, ex Tragilo Thraciae oppido, prope Cherronesum et Macedoniam, ac libris sex scripsisse τὰ τραγῳδέμενα, *ea quae in tragoediis decantantur*, auctor est Stephanus, verbo Τράγιλος. Meminere praeterea Asclepiadae ἐν τοῖς τραγῳδεμένοις, Athenaeus, lib. 10. pag. 456. Harpocration in Δυσαύλης, pag. 90. Hesychius in Ῥήσαρχος, pag. 814. et Schol. Apollonii, ad lib. 2. v. 328.

ASCLEPIODORVS. Est in indice libri 35. qui totus est de picturae laude. Hunc igitur suspicor fuisse pictorem illum in symmetria admirabilem, quem Plinius laudat sect. 36. libri illius. De sua arte scripserit is fortassis aliquid, quod et alii fecerunt.

ASCONIVS PEDIANVS, a Pedia gente, in quam qui primus est adoptatus, ita vocatus est. In vet. inscript. apud Gruter. pag. 987. PEDIANVS: etsi Suidas et alii Graeci aliquando Παιδιανὸς scribant. Fuit is Virgilio familiaris, a quo audierat se fixisse crucem Grammaticis illo versiculo: *Tres pateat caeli spatium non amplius ulnas.* Huius exstant Commentarii in Orationes Ciceronis. Serius quam oportuit eius obitum ponit Hieronym. in Chron. dum ad an. Vespasiani VII. sic loquitur: *Q. Asconius Pedianus scriptor historicus clarus habetur, qui* LXXIII. *aetatis suae anno captus luminibus,* XII. *postea*

*annis in summo omnium honore consenescit.* Obierit igitur is anno Domitiani septimo, annos tamen natus, cum obiit, tantum LXXXV. qui familiaris Virgilio fuit, ante annos centum et quinque mortuo. Neque vero idcirco necesse est diuersum putare illum Asconium Hieronymi, ab eo cuius exstant Commentarii in Ciceronem, vt voluit Scaliger in Eusebii Chron. pag. 184. Quis enim scriptorem historicum clarum existimet, de quo ceteri scriptores silent? silent autem profecto, si diuersus a Critico, quem vnum omnes nouerunt.

ASINIVS POLLIO. Huius ad Ciceronem exstat epistola, lib. 10. ad famil. Huic Maro Eclogam inscripsit. Edidit ipse historiarum Romanarum libros XVII. teste Suida in Ἀσίννιος, pag. 456. *Non minima pars Romani stili* appellatur a Valerio Max. lib. 8. cap. 13. Ad eum Horatius: *Insigne moestis praesidium reis, Et consulenti Pollio curiae.*

ASTYNOMVS. Laudat hunc Stephanus, in verbo Κύπρος. Geographica scripsisse videtur.

ATTALVS. In indice libri 8. sic habent libri fere omnes editi, *Hierone rege, Attalo rege, Philometore item.* Atque importunum illud glossema *Rege*, quod insertum est post Attali nomen, incautum ita fefellit Fuluium Vrsinum, in notis ad Varronem, pag. 12. vt existimarit duos hic diuersos laudari a Plinio reges ac scriptores. Verum ex Varrone, lib. 1. cap. 1. intelligimus vnius eiusdemque geminum illud nomen esse atque adeo legendum ἁπλῶς *Hierone rege, Attalo Philometore item.* Fuit enim Attalus Pergami rex, Eumenis F. amicus populi Rom. quem moriens reliquit heredem: Philometor idem cognominatus ob pietatem aduersus matrem, vti ex Strabone liquet, lib. 13. pag. 624. Plutarchus item scribens in Demetrio, pag.

pag. 897. Ἄτταλος ὁ Φιλομήτωρ ἐκήπευε τὰς φαρμακώδεις βοτάνας, eius in re herbaria curanda diligentiam extollit. Ex his corrigendus eſt Columella, apud quem, lib. 1. cap. 1. pariter legitur, *Attalus et Philometor*, perperam. Haud diuerſum ab eo puto Attalum eſſe eum, quem Medicum appellat index libri 32. et 33. cum hunc ipſum Pergamenorum regem, omnis generis medicamentorum perquam ſtudioſum fuiſſe Galenus affirmet, lib. 1. κατὰ γένη, cap. 13. pag 657. et lib. 1. de antidotis, cap. 1. pag. 865. De medicinis ex animalibus ſcripſiſſe, lib. 10. de facult. ſimp. medic. cap 1. pag. 275.

ATTEIVS CAPITO, cui Lucius praenomen fuit. Hunc Auguſti aeuo Conſulem fuiſſe cum Vibio Poſtumo, et Pomponius, lib. 1. Digeſt. tit. 2. orig. Iuris, §. 24. et vetus teſtatur inſcriptio, anno V. C. DCCLVIII. Sed ſuffectos Conſules oportet fuiſſe, non ordinarios. Maximae auctoritatis Iuriſconſultus vocatur a Pomponio. Coniectanea illius, ac libri de iure Pontificio, a Gellio laudantur, lib. 4. cap. 6. pag. 286. Commentarius de iudiciis publicis ab eodem, lib. 10. cap. 6. pag. 515. Liber primus Sacrificiorum, a Macrobio, lib. 3. Saturn. cap. 10. pag. 408.

ATTEIVS PHILOLOGVS. De eo Suetonius, lib. de illuſtr. Gram. cap. 10. pag. 121. *Attëius Philologus, libertinus, Athenis natus: Hunc Capito Attëius Iuriſconſultus, inter Grammaticos Rhetorem, inter Rhetores Grammaticum fuiſſe ait . . . . Philologi appellationem aſſumpſiſſe videtur, quia ſicut Eratoſthenes, qui primus hoc cognomen ſibi vindicauit, multiplici variaque doctrina cenſebatur. Coluit familiariſſime C. Salluſtium, et eo defuncto Aſinium Pollionem.* Citatur a Feſto, verbo *Naucum*. Eius liber gloſſematorum, ab eodem, verbo *Ocrem*, Tertius πινάκων,

a Sosipatro, lib. 1. pag. 108. Pudentis Grammatici discipulum se fuisse ipse profitetur in inscriptione vetere apud Gruter. pag. 653.

ATTICVS IVLIVS. Hunc sui temporis scriptorem, et Corn. Celso aequalem vocat Columella: eumdemque ait, lib. 1. cap. 1. pag. 13. de vna specie culturae pertinentis ad vites singularem librum edidisse.

ATTICVS POMPONIVS. Huic Titus praenomen fuit: idem post adoptionem, Q. Caecilius Pomponianus Atticus vocatus. Ciceronis familiaritate notissimus. Scripsit de virorum illustrium imaginibus, teste Plinio, lib. 33. sect. 2. Citantur eius Annales ab Asconio Pediano in orat. Cicer. in Pison. pag. 6.

AVGVSTVS CAESAR. Scripsisse eum de vita sua libros XIII. auctor est Suetonius in Augusto: vnde decerptum illud quod Plinius refert, lib. 2. sect. 23. etsi id quidem non aperte Plinius significat: sed ex Baebii Macri verbis agnoscitur apud Seruium in 1. Georg. eadem ex eo opere narrantis. Hosce commentarios rerum suarum ad Agrippam et Maecenatem inscripsit, teste Plutarcho in Cicer. pag. 887. et in Antonio, pag. 947. Scripsit et Breuiarium totius imperii, de quo idem Suetonius, cap. vlt. Notitiam imperii posterior aetas vocasset. Ex eius commentariis compositionem medicam exscribit et laudat Plinius Valer. lib. 1. de re med. cap. 18. Librum epistolarum D. Augusti, quas ad Caïum nepotem suum scripsit, laudant Quintilianus, lib. 1. cap. 6. pag. 60. Gellius, lib. 15. cap. 7. pag. 807. Plin. lib. 18. sect. 38.

B BAE-

B

BAETON, Βαίτων Athenaeo, lib. 10. pag. 442. dimenſor itinerum Alexandri, cui comes fuit, in eo libro quem inſcripſit, Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρε πορείας, Stationes expeditionis Alexandri.

BACCHIVS MILESIVS, Varroni et Columellae laudatus inter ſcriptores rei ruſticae, lib. 1. cap. 1. Item fortaſſis, ac Herophileus ille medicus, quem Hippocratis libros Epidemiorum, et obſcuriora loca Commentariis illuſtraſſe auctor eſt Galenus, Comm. 1. in lib. 6. Hippocr. Epidem. tomo 9. p. 354.

BASILIS. Inter eos qui Aethiopiae menſuram litteris conſignarunt, hic annumeratur a Plinio, lib. 6. ſect. 35. Ab Agatharchide, lib. de Rubro mari, cap. 31. apud Photium in Bibl. pag. 1360. cod. 250. inter eos qui Orientis loca deſcripſerunt, Βάσιλις, καὶ Ἑκαταῖος, etc. Denique ex eiuſdem libro ſecundo rerum Indicarum nonnulla refert Athenaeus, lib. 9. pag. 390.

BASSVS CALPVRNIVS, ſic enim in vetuſtis omnibus Inſcript. legitur apud Gruter. non vti vulgo CALPHVRNIVS. Laudatur in indice libri 16. et ſequentium.

BASSVS IVLIVS. Vixit hic Auguſti temporibus: ac licet homo Latinus, Graece tamen de re medica ſcripſit, teſte Dioſcoride in Praefat. in qua Βάσσος ὁ Ἰέλιος, non ὁ Τύλιος vel Τυλαῖος, vti et apud Epiph. lib. 1. adu. haereſ. num. 3. vbi eius Baſſi meminit, inter inſignes medicos, legi oportere viderunt ante nos eruditi. Iulius Baſſus a Scribonio laudatur in Compoſ. 29.

BEROSVS. Non Moſis ille temporibus, vt quidam ſtatuunt, ſed Alexandri M. aequalis, vt docet Euſebius, lib. 10. Praepar. pag. 493. Scripſit Babylonica, ſiue Chaldaïca, hoc eſt, de patria ſua libris

libris tribus, teste Tatiano, orat. contra Graecos, pag. 184. quos libros dicauit Antiocho τῷ Θεῷ, qui Soteri successit, teste eodem Eusebio. *Astrologia enituit, atque ob diuinas praedictiones Athenienses ei publice in gymnasio statuam inaurata lingua statuere*, inquit Plinius, lib. 7. sect. 37. *Berosus, qui Belum interpretatus est*, inquit Seneca, lib. 3. Natur. quaest. cap. 29. pag. 876.

BION SOLENSIS, a Solis Ciliciae oppido, natali solo, nomen habet. Laudatur in indice libri 5. et 8. Aethiopica conscripsit, et est quintus eiusdem nominis apud Laërtium in Bione, lib. pag. CXI. Historicum vocat Plutarchus in Theseo, pag 12. Fortassis ab eo diuersus est et natali solo et disciplina, quem patria non appellata, περὶ δυνάμεων, hoc est, de virtute et vsu herbarum scripsisse ait index libri 28.

BOCCHVS CORNELIVS. Laudat hunc inter auctores haud poenitendos, Solinus, cap. 1. pag. 9. Aetas incerta.

BOEVS, qui hactenus in Plinianis libris *Boëtus, Boëtius*; *et Boëthus* perperam est appellatus. Nam ex Athenaeo, lib. 9. pag. 369. et Antonino Liberali, in Metamorphosi, fab. 5. veram eius nominis scripturam didicimus, cum ab iis Βοῖος ἐν ὀρνιθογονίᾳ non semel laudatur. Citatur a Plinio, lib. 10. sect. 3. vbi de aquilis agit, et in indice eiusdem libri, qui totus in auibus describendis versatur.

BOTRYS MEDICVS. Atheniensis hic fuit, vt est in indice libri 4. Βότρυος compositiones medicas laudat Galenus, lib. 3. κατὰ τόπους, cap. 1. pag. 403.

BRVTI EPISTOLAE laudantur a Plinio, lib. 33. sect. 12. Ab Ovidio, lib. 1. de Ponto, Eleg. 1. v. 23.
— *Antoni scripta leguntur: Doctus et in promptu*

*scrinia*

*ſcrinia Brutus habet.* A Diomede, lib. 1. pag. 383. et a Priſciano, lib. 9. pag. 863. Anteferre has ſolitus olim Platonis ipſius Demoſtheniſque ſcriptis, Marcianus quidam traditur, apud Photium, in Biblioth. cod. CLVIII.

BUTORIDES. Habet hic locum, lib. 36. Plinianae hiſtoriae, ſect. 17. inter ſcriptores duodecim, qui de pyramidibus Aegypti litteris aliquid mandarunt: quibus in recenſendis, cum rationem temporum ſeruare Plinius videatur, licet exiſtimare Butoridem, Antiſthenem, Demetrium, Demotelem, nec Ptolemaeo Lathuro antiquiores eſſe, cuius principatu floruit Alexander Polyhiſtor qui hos antecedit: nec rurſum Tiberio Caeſare iuniores, cuius aetate Apion vixit, qui poſtremo loco recenſetur. Graecis Βουτορίδης et Βουτορίδας hic appellatur.

BYTHVS DYRRACHENVS. Salmaſius, pag. 27. Exercit. in Solin. mallet legi Bithum, quale nomen eſt gladiatoris apud Horat. Verum hanc ſcripturam eſſe ſinceram docet inſcriptio vetus Albae reperta, quam Reineſius recitat, epiſt. 41. pag. 352. CHIAE. TI. CLAVDIVS. BYTHVS. BENE. MERIT. TRIBVIT. Laudatur in indice libri XXVIII. et ſect. 23. eiuſdem libri.

## C

CAECILIVS MEDICVS. Inter externos ſcriptores poſitus in indice libri 28. idem inter Latinos adſcitus, caſune, an iure aliquo haud ſcio; Achaeus certe, quantum coniicio, fuit; Καίκλιον pro Καικίλιον contracte Athenaeus vocat, lib. 1. pag. 13. ac libros Halieuticῶn ſcripſiſſe refert: Commentarios, Plinius ipſe, libro XXIX. ſect. XXVII.

CAECINA,

CAECINA, ſic in vetuſtis Inſcriptionibus legitur, non vti vulgo ſcribunt, *Cecinna.* De Etruſca diſciplina, vt dicitur in indice, lib. 2. volumen edidit: ex quo nonnulla de fulguribus recitat Seneca, lib. 2. Natur. quaeſt. cap. 56. pag. 858. cum hoc elogio: *Facundus vir*, inquit, *qui habuiſſet aliquod in eloquentia nomen, niſi illum Ciceronis vmbra preſſiſſet.*

CAELIVS. Vide ANTIPATER CAELIVS.

CAEPIO. Tiberii principatu vixit. Scripſit de floribus et coronamentis.

CAESAR DICTATOR, in indice libri 18. Graece is dicitur, vt Tarrutius fecit, Aſtrologicum ſtudium illuſtraſſe. Ideo, credo, Graece maluit quam Latine, quod in eo Aſtrologiae ſtudio familiariter vteretur Soſigene, homine Aegyptio Graece perito, non item Latine. Macrobius, lib. 1. Saturn. cap. 16. pag. 269. *Iulius Caeſar*, inquit, *ſiderum motus, de quibus non indoctos libros reliquit, ab Aegyptiis diſciplinis hauſit.* Ex hoc opere Caeſaris, permulta de ortu ſiderum et occaſu Plinius refert, lib. 18. An commentarii de bello Gallico, qui ſub eius nomine vulgo circumferuntur, illius ſint, an Iulii Celſi, lis eſt inter criticos. Priſcianus tamen Caeſari adiudicat, lib. 7. pag. 770.

CAESENNIVS. In indice libri 19. dicitur κηπȣρικὰ ſcripſiſſe, hoc eſt, de re hortenſi. At qui illius meminiſſet praeterea, reperi adhuc neminem. Animus aliquando fuit Caeſennium in Caeſellium mutare, cuius Commentarii Lectionum Antiquarum citantur a Gellio, lib. 2. cap. 16. pag. 147. et lib. 3. cap. 16. pag. 256. ſed religio deinde fuit contra omnium codicum, quos vidi, fidem ire.

CALIPPVS, Graece Κάλιππος, Cyzicenus a patria cognominatus apud Cenſorinum, cap. 18. Aſtro-

Aſtronomus antiquiſſimus, cuius apud Geminum mentio in Elementis Aſtronomiae, cap. 6. et Ptolemaeum, lib. de Apparentiis pag. 93. apud Petavium in Vranalogio: vbi Calippi obſeruationes in Helleſponto factae narrantur.

CALLICRATES. In indice libri 5. Geographica ſcripſiſſe videtur.

CALLIDEMVS. In indice libri 4. Laudatur a Solino, cap. XI. pag. 30.

CALLIMACHVS. Patria Cyrenaeus: Vixit ad Ptolemaei Evergetae tempora: ſcripſit κτίσεις, ſive origines inſularum et vrbium: de rebus in Peloponneſo et Italia admirandis: de piſcibus: de ventis: de auibus περὶ ὀρνέων, cuius operis meminit et Iſaac Tzetzes in Lycophr. pag. 82. et Schol. Apollonii ad lib. 1. v. 1040. de orbis terrarum fluminibus, aliaque multa quae ex Suida peti poſſunt, pag. 1360. Edidit praeterea hymnos, qui hodieque exſtant. De Aſiae fluminibus ediſſe volumen, auctor eſt Schol. Apollonii ad lib. 1. v. 1165.

CALLIPHANES. In indice, lib. 3. et 7. ac lib. 7. ſect. 2. ſcripſit τὰ γεωγραφέμενα.

CALLISTHENES. Patria hic Olynthius fuit, teſte Aeliano, lib. 16. hiſt. animal. cap. 3. Ariſtolis auditor idem et conſobrinus, teſte Laërtio in Theophraſto, pag. 123. Scripſit libros decem rerum a Graecis geſtarum, teſte Diodoro Siculo, lib. 14. pag. 325. et Athenaeo, lib. 10. pag. 452. De radicum herbarumque viribus, vt auctor eſt Epiphanius, lib. 1. adv. haer. num. 3. Eiuſdem Macedonica laudat Stobaeus, ſerm. 48. pag. 171. et Plutarchus in Parallelis, pag. 307. Thracica, idem pag. 313. Metamorphoſes, idem pag. 306. et Stobaeus loc. cit. pag. 172. Perſica, Suidas tomo 2. pag. 717. in Σαρδανάπαλος: Strabo, lib.

lib. 17. pag. 813. libros de rebus geſtis Alexandri. Denique Calliſthenes ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ Περίπλου laudatur ab Apollonii Schol. ad lib. 1. verſ. 1040.

CALLISTRATVS. Laudatur a Plinio ſect. 12. et 25. lib. 37. quibus ex locis apparet ſcripſiſſe Calliſtratum περὶ λίθων, de lapidibus pretioſis, ſive de gemmis.

CALPVRNIVS. Vide BASSVS CALPVRNIVS.

CALVINVS DOMITIVS. In indice libri XI.

CALVVS LICINIVS. Catullo hic familiaris fuit, vt ex huius ad illum hendecaſyllabis liquet: cum Tullio de facundiae principatu decertauit, vt teſtis eſt Seneca, lib. 3. controv. 19. pag. 150. Huius in Iulii Caeſaris famam exaratos verſus recitat Suetonius in Iulio, cap. 49. pag. 9. Eiuſdem poëma laudat Chariſius, lib. 1. pag. 120. orationes, lib. 2. pag. 203.

CASSIVS HEMINA. Laudat hunc Solinus, cap. 2. pag. 13. Nonius, cap. 2. num. 163. *Cymbaliſſare*, inquit, *eſt cymbala quatere. Caſſius Hemina, lib. 3. Mulier cantabat tibiis Phrygiis, et altera cymbaliſſabat.* Eiuſdem librum Annalium primum citat Gellius, lib. 17. cap. 21. pag. 982. ſecundum, Macrobius, lib. 1. Satur. cap. 16. pag. 266. Quartum, idem Nonius, cap. 2. num. 495. verbo *Litteroſus.* Vixit ludis ſaecularibus quartis, C. Corn. Lentulo, L. Mummio Achaïco Coſſ. anno V. C. DCVII. teſte quidem Cenſorino, cap. 17. Quare Simlerus hallucinatur, qui eum ſcripſiſſe ad Tiberium putat, quem imperare ſcimus coepiſſe anno DCCLXVIII. Caſſium Heminam ſcilicet cum Caſſio Severo confundit.

CASSIVS PARMENSIS, idem SEVERVS cognominatus: vnus e Caeſaris percuſſoribus, qui omnium poſtremus patricidii poenas luit, vt a Velleio

proditum, lib. 2. Scripſit ad Antonium epiſtolam, quam Plinius laudat, lib. 31. ſect. 8. De eo Horat. lib. 1. epiſt. 4. *Scribere, quod Caſſi Parmenſis opuſcula vincat.* Huius exſtat epigramma de Orpheo, inter poëmatia vetera a Pithoeo edita, Pariſ. 1590. lib. 4. pag. 185.

CASSIVS SEVERVS LONGVLANVS, a natali ſolo, Italiae oppido, ſic appellatus, vt a Caſſio Severo Parmenſi diſtingueretur. Floruit extremis Auguſti temporibus, et Tiberii principatu: inſignis orator a Plinio vocatus, lib. 7. ſect. 10. et a Quintil. lib. 10. cap. 1. pag. 753. vbi eximie eius ingenii forma, et acerbitas depingitur. Hactenus in Plinianis editionibus legebatur diuiſim, *Caſſio Severo, Longulano:* unde Simlerus in epitome Geſneri, vt ſcriptorum, credo, numerus creſceret, Longulanum putauit proprium eſſe ſcriptoris nomen. Huius Caſſii Severi libellum ſcriptum ad Maecenatem citat Chariſius, lib. 1. pag 79. et Priſcianus, lib. 7. pag. 759. Ad Tiberium librum ſecundum, Diomedes, lib. 1. pag. 370.

CASTOR. Vide ANTONIVS CASTOR.

CASTRITIVS. Falſo Simlerus aliique exiſtimant, laudari a Plinio T. Caſtritium Rhetorem, de quo mentio frequens apud Gellium, qui ſe eo vſum eſſe magiſtro teſtatur, lib. 13. cap. 21. pag. 699. Hadriani Imp. aetate. Huius patrem potius fuiſſe oportet eum, quem ſcripſiſſe κηπȣρικὰ, hoc eſt, de re hortenſi, Plinius ait in indice libri 19.

CATO CENSORIVS. Laudat hunc breuiter, at eximie Quintilian. lib. 12. cap. XI. pag. 914. De eo multa diximus, lib. 7. ſect. 28. Scripſit de re militari, vt in notis ad praefat. diximus, pag. 26. not. f. Epiſtolam ad filium, cuius meminit Priſcianus, lib. 7. pag. 762. Originum libros, quo-

rum ſeptem a Grammaticis citantur. Agricolationem latine loqui primus inſtituit, inquit Columella, lib. 1. de re ruſt. cap. 1. Exſtat hodieque hic eius liber, de re ruſtica.

CELSVS. Vide CORN. CELSVS.

CHAEREAS ATHENAEVS. Varroni et Columellae laudatus inter probatiſſimos rei ruſticae ſcriptores, lib. 1. cap. 1.

CHAERISTVS vel CHAERISTEVS, Athenienſis, qui Columellae *Chreſtus*, Varroni rectius *Chaeriſteus*: ab vtroque annumeratus inter ſcriptores de agricultura.

CHARES MITYLENAEVS, quem Characem pro Charete ſcripſerunt hactenus Plinii editores in indice libri 12. Hunc de geſtis Alexandri ſcripſiſſe auctor eſt Plutarch. in eius vita, pag. 696. Cuius hiſtoriae librum decimum laudat Athenaeus lib. 12. pag. 538. Χάρης a Graecis dicitur. De eo plura Suidas. Characem quidem non diffiteor hiſtoriarum Graecarum condidiſſe libros XL. in quibus, vt idem Suidas ait, Auguſti Caeſaris facta narrantur, et Neronis, et ſucceſſorum: Verum is, et Plinio iunior, vt apparet, et Lampſacenus idem, non Mitylenaeus fuit.

CHRYSERMVS. Medicus hic fuit, cuius placita laudantur a Plinio, lib. 22. ſect. 32. ab hiſtorico cognomine, patria Corinthio, de quo Plutarchus, libro de fluuiis, pag. 1150. et Stobaeus ſerm. 157. pag. 551. fortaſſe diuerſus.

CHRYSIPPVS PHILOSOPHVS, qui natus Solis, Ciliciae oppido, Cleanthis auditor fuit. Vitam illius ſcripſit Laërtius, lib. 7. pag. 207. Edita ab illo aiunt volumina DCCVII. Vixit Ptolemaei Evergetae, et Philopatoris aetate: Obiit Olymp. CXLIII. vt Suidas refert. Libros eius περὶ φύσεως laudat Plutar-

Plutarchus, lib. de Stoïcor. repugnant. pag. 1045. aliaque opera.

CHRYSIPPUS MEDICUS, Erasistrati magister, vt Plinius ait, lib. 29. sect. 3. Galenus, lib. de venae sectione contra Erasistr. cap. 2. et Erasistratus ipse apud Laërt. lib. 7. in Chrysippo, pag. 109. Vixit igitur is Alexandri M. et Ptolemaei Lagidae temporibus: patria Cnidius fuit. Venae sectionem improbabat. De brassica scripsisse scimus ex Plinio, Laërtioque. Sed et opus integrum *περὶ λαχάνων de oleribus*, ab eo editum auctor est scholiastes Nicandri ad Theriac. pag. 39. Chrysippum alium ab eo diuersum, Medicum pariter, sed Rhodium, laudat scholiastes Theocriti ad Idyll. 16. vers. 128.

CICERO, Marcus Tullius, ille Romanae facundiae parens. Scripsisse librum de Admirandis a Plinio dicitur, libro XXXI. sect. VIII. et XXXVIII. De consiliis suis, a Boetio, libro de Musica, cap. 1.

CLAVDIVS CAESAR. Scriptas ab eo historias, auctor est Seneca in Ἀποκολοκυντώσει, pag. 932. Suetonius in Claudio, cap. 41. et 42. historiam ait scribere illum aggressum in adolescentia, T. Liuio hortante, Sulpicio Flauio etiam adiuuante: initium duxisse a Caesaris caede: reliquisse de hoc argumento XLIII. volumina: octo, de vita sua: epistolarum, vnum: *Τυῤῥηνικὰ* item et *Καρχηδονιακά*, etc.

CLEEMPORVS Medicus, in indice praetermissus: laudatur autem, lib. 22. sect. 44. et lib. 24. sect. 101.

CLEOBVLVS. In indice libri 4. laudatur: quamobrem scripsisse *Γεωγραφούμενα* potest videri. Diuersus certe ab iis quos eodem nomine fuisse appellatos prodidere Laërtius et Stobaeus.

CLEOPHANTVS. Vini rationem ab eo illuſtratam ait Plinius, lib. 26. ſect. 8. De eo Celſus, lib. 3. cap. 14. agens de tertiana febri: *Quidam ex antiquioribus medicis Cleophantus*, inquit, *in hoc genere morborum, multo ante acceſſionem caput aegri multa calida aqua perfundebat, deinde vinum dabat: Quod, quamuis pleraque eius viri praecepta ſecutus eſt Aſclepiades, recte tamen praeteriit: eſt enim anceps.* Aſclepiadem igitur anteceſſit aetate: Pruſiaeum intelligo, qui Mithridatis et Pompeii M. temporibus floruit. Idem a frigida aegris danda Δοσίψυχρος cognominari voluit, vt dictum eſt, lib. 26. ſect. 8. Cleophanti antidotus laudatur a Galeno, lib. 2. de antidotis, cap. 1. pag. 898.

CLITARCHVS. Comes hic fuit expeditionum Alexandri M. cuius res geſtas libris pluribus conſignauit, teſte Athenaeo, lib. 4. pag. 148. et lib. 12. pag. 530. Item Apollonii Schol. ad lib. 3. v. 906. Citat eumdem et Aelianus, lib. 17. hiſt. anim. cap. 2. Curtius, non ſemel. Dinonis hiſtorici filius a Plinio vocatur, lib. 10. ſect. 70. Verum de eo parum honorifice Quintilianus, lib. 10. cap. 1. pag. 843. *Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur.*

COERANVS. Ita hoc nomen ſcribitur in codd. R. 1. 2. et Colb. 2. Graecis Κοίρανος. Graeci ipſe generis fuit, teſte Tacito, lib. 14. Annal. pag. 288. qui eum ſapientiae doctorem appellat, Muſonio aequalem. Vixit Neronis temporibus.

COLVMELLA. L. Iunius Moderatus Columella dictus eſt, cuius exſtant hodieque libri de re ruſtica duodecim, ac de arboribus liber ſingularis. Gaditanum fuiſſe ex ipſo ſcimus, lib. 5. cap. 5. et lib. 7. cap. 2. Floruit Imp. Claudii temporibus. Edidit ille praeterea librum luſtrationum, ſacrificiorumque priſcorum pro frugibus, cuius operis ipſe memi-

meminit, lib. 3. cap. 22. Libros quoque aduerſus Aſtrologos et Chaldaeos, lib. XI. cap. 1.

COMMIADES, quem de conditura vini, in indice libri 15. laudatur, ac lib. 14. ſect. 24. de apparatu vini ſcripſiſſe Plinius ait. Codex Thuaneus, et Colb. vterque, Commiadem ſcribunt, et ante eos Priſcianus, lib. 6. pag. 705. vbi ex Pliniano indice quaedam ſcriptorum nomina colligens; *Plinius*, inquit, *in XV. naturalis hiſtoriae*, *Commiade.*

CORBVLO DOMITIVS, Claudii ac Neronis principatu vixit, vir Conſularis, domi militiaeque clarus. Quibus ortus parentibus fuerit, Plinius docet, lib. 7. ſect. 4. Deſcripſiſſe regionum illarum ſitum et oppida, in quibus militauit, ex variis Plinii locis intelligitur. Multa de eo Tacitus, lib. 13. Annal.

CORDVS CREMVTIVS, cui Aulus praenomen, res ab Auguſto geſtas conſcripſit, hiſtoriamque bellorum ciuilium, teſte Sueton. in Auguſto, cap. 35. et in Tiberio, cap. 61. Mortem eius deſcribit Seneca pleniſſime in Conſolat. ad Marciam, cap. 62.

CORNELIVS ALEXANDER POLYHISOR a multiplici doctrina nominatus. Patria hunc Mileſium Suidas: Stephanus aliique, Cotyaëi, quae ciuitas Phrygiae minoris eſt, natum dicunt. Cornelius a Lentulo dictus, cuius ſeruus primum, deinde libertus ac magiſter exſtitit. Idem Aſclepiadae filius, Crateris diſcipulus fuit. Vixit Syllanis temporibus. Scripſit collectionem rerum Mirabilium libris ſex, vt auctor eſt Photius, cod. 188. pag. 468. *Θαυμασίων συναγωγήν.* Librum de rebus Indicis laudat Clemens Alex. lib. 3. Strom. pag. 451. De Illyrico, Valer. Max. lib. 8. cap. 13. Librum tertium rerum Italicarum, Plutarchus in Parallelis, pag. 315. Opus de venenatis animalibus, *περὶ*

θηριακῶν, ſcholiaſtes Nicandri ad Theriac. in fine, pag. 42. Librum primum de rebus Creticis, ſchol. Apollonii, ad lib. 4. v. 1492. De Caricis idem, ad lib. 1. v. 925. De Europa, Libya, Aegypto, etc. alii. De Iudaeis Aſſyriae, Euſeb. lib. 9. de Praepar. pag. 418.

CORNELIVS BOCCHVS. Vide BOCCHVS CORNELIVS.

CORNELIVS CELSVS. Floruit Tiberii temporibus. Octo libris de re Medica ſcriptis, Latini Hippocratis nomen eſt adeptus. Laudat hunc eximie Columella, lib. 2. cap. 2. pag. 42. Et Quintil. lib. 12. cap. XI. pag. 915. *Cornelius Celſus*, inquit, *mediocri vir ingenio, non ſolum de his omnibus conſcripſit artibus* (hiſtoria ſcilicet, et eloquentia:) *ſed amplius etiam rei militaris, et ruſticae etiam, et medicinae praecepta reliquit: dignus vel ipſo propoſito, vt eum ſciſſe omnia illa credamus.*

CORNELIVS NEPOS. Floruit Ciceronis temporibus, Auguſti principatu obiit. Scripſit de viris illuſtribus: quem forte Exemplorum librum inſcripſit: nam huius operis liber quintus laudatur a Gellio, lib. 7. cap. 18. pag. 441. Chronicorum item primus ab eodem, lib. 17. cap. 21. pag. 982.

CORNELIVS VALERIANVS.

CORVINVS MESSALA, cui Valerius praenomen fuit, ex nobili Meſſalarum familia, *orator nitidus et candidus*, vt Quintiliani verbis vtar, lib. 10. cap. 1. pag. 752. *et quodammodo prae ſe ferens in dicendo nobilitatem ſuam.* Vt biennio toto ante obitum memoria omni defecerit, diximus libro 7. ſect. 24. Obiit extremis Auguſti temporibus.

COTTA MESSALINVS, Meſſalae oratoris, quo de proxime ante egimus, filius, a Plinio dicitur, lib.

lib. 10. sect. 27. Vide quae de illo ibi diximus.

CRATES GRAMMATICVS, ab arte quam exercuit, idem a patria, Mallo Ciliciae oppido MALLOTES appellatus, Μαλλώτης. *Primus, quantum opinamur,* inquit Sueton. lib. de illustr. Grammat. cap. 2. pag. 119. *Studium Grammaticae in Vrbem intulit Crates Mallotes, Aristarchi aequalis, qui missus ad Senatum ab Attalo Rege, inter secundum ac tertium bellum Punicum, sub ipsam Ennii mortem, etc.* Laudat eum et Sextus Empir. aduers. Math. cap. 2. pag. 10. Librum eius quintum de lingua Attica, Athenaeus, lib. XI. pag. 497.

CRATES PERGAMENVS, a patria sic cognominatus, laudatur a Plinio, libro septimo, sect. 2. Aeliano, lib. 17. hist. anim. cap. 9. Κράτης ὁ ἐκ τοῦ Μυσίου Περγάμου.

CRATEVAS, a Dioscoride in praef. ὁ Ῥιζοτόμος cognominatus, quam vocem explicabimus in Metrodoro. A Plinio item lib. 25. sect. 4 Ab Epiphanio, lib. 1. aduersus haer. n. 3. Scripsit de plantis, quod opus Ῥιζοτομικὸν appellavit. Scholiastes Nicandri in Theriac. pag. 32. Κρατεύας ἐν Ῥιζοτομικῷ. Huius operis fragmenta quaedam Graece edidit in opere de simplicibus Italico sermone a se conscripto Aloysius Anguillara, pag. 27. et alibi. Alium eiusdem nominis medicum multo vetustiorem, hoc est, Hippocratis aeuo, fuisse scio. Hic Pompeii aetate vixit, quippe qui multas Mithridati, vt auctor est Plinius loc. cit. herbas adscripserit.

CREMVTIVS. Vide CORDVS CREMVTIVS.

CRITODEMVS Astrologus. Huius Apotelesmatica exstare in Bibliotheca Caesarea Viennae, cod. 141. auctor est P. Lambecius, lib. 7. pag. 284.

CRITON. Hunc in Imperatorum aedibus medicum fuisse, libros quatuor τῶν κοσμητικῶν hoc est, eorum quae ad ornatum corporis attinent, scripsisse, refert Galenus, lib. 1. κατὰ τόπες, cap. 3. pag. 141. et 342.

CTESIAS. Patria Gnidius, medicus Artaxerxis: cuius historici fidem laudat Aristoteles, lib 8. hist. animal. cap. 28. Plutarchus in Artaxerxe, aliique eleuant. Excerpta Persicarum Indicarumque rerum, quas ille scripsit, exstant apud Photium plurima, in Bibl. LXXII. Indicas scripserat libro singulari: Persicas, voluminibus tribus et viginti. Librum primum τῶν περιόδων laudat Scholiastes Apollonii, ad lib. 2. v. 1017. Asiae Periplum Harpocration, verbo Σκιάποδες. Librum primum de fluminibus, Plutarchus, lib. de flum. pag. 1160. Librum de tributis Asiae Athenaeus, lib. 10. pag. 442.

CVRIO PATER. Actiones Curionis patris, quibus Caesaris famam perstrinxit, Suetonius commememorat in Iulio Caesare, cap. 49. pag. 9. Curionis filii Cicero meminit, lib. 2. ad Att. epist. 22. pag. 72.

## D

DALION Medicus. Idem fortassis, qui primus in Aethiopiam vltra Meroën subuectus dicitur, lib. 6. sect. 35. ac de rebus Aethiopicis multa prodidisse. Herbarium Plinius appellat lib. 20. sect. 73.

DAMASTES. Δαμάστης Sigeensis ex Sigeo Troadis promontorio dictus, Herodoto σύγχρονος. Auienus de eo: *Quin et Damastes nobilis natus Sige.* Sua ex Hecataeo descripsisse, ac Periplum edidisse, auctor est Agathemerus, lib. 1. cap. 1. pag. 2. τὰ ἐκ τῦ Ἑκαταίυ μεταγράψας, περίπλυν ἔγραψεν. Suidas, pag. 639. et Valer. Max. lib. 8. cap. 13. huius

huius operis meminerunt: Auctoris, lib. 1. pag. 47. et lib. 14. p. 684. et Plut. in Camillo, pag. 138.

Damion. Medicus, de bulbis egiſſe dicitur libro 20. ſect. 40. Idem fortaſſis, qui ab aliis appellatur

Damon Cyrenaeus, quem de Philoſophis ſcripſiſſe ſcimus ex Laërtio in Thalete, pag. 10. quem medicum Plinius Valerianus appellat, lib. 3. cap. 20. vbi Plinii noſtri locum proxime a nobis laudatum tranſcribit. Eius librum quartum Ἀττίδος, ſiue tribuum Atticae, laudat Athen. lib. 3. pag. 96.

Demetrivs Physicvs, Phalerevs idem cognominatus, Theophraſti auditor, Alexandrinae Bibliothecae praefectus, Ptolemaei Lagidae et Philadelphi temporibus. Seriem eius operum Laërtius exhibet in eius vita, lib. 5. pag. 133. et Suidas, pag. 677. De quaternario numero ſcriptum ab eo quiddam Plinius ait, lib. 28. ſect. 17. De ſtatuis ei dicatis ab Athenienſibus, vide quae diximus, lib. 34. ſect. 12. Hunc potius a Plinio Demetrium hic deſignari autumo, quam Scepſium, aliumve quempiam ex iis XX. qui eiuſdem nominis fuiſſe dicuntur apud Laërtium.

Demetrivs alter, cuius eſt mentio, ſect. 17. libri 36. is mihi videtur eſſe Byzantius hiſtoricus; qui, vti Laërtius teſtatur, de Ptolemaei et Antiochi rebus geſtis ſcripſit, ac de Libyae ſtatu.

Democedes Medicvs, ſic enim emendauimus, cum prius *Democlides* legeretur. Crotoniates hic medicus fuit, qui in Aegina inſula medicinam exercuit, Polycratem Samiorum tyrannum curauit: a Dario deinde in Perſidem eſt accerſitus. Scripſit librum de Medicina. Narrant iſta de eo Suidas, pag. 479. Tzetzes Chiliad. 3. hiſt. 97. v. 544. Dio, lib. 38. pag. 71. et ante eos Herodotus, lib. 3.

pag. 310. Ab his Δημοκήδης vocatur. Nec ſum neſcius, Δημοκλείδεα quemdam ab Athenaeo laudari, lib. 4. pag. 174. ſed quem hiſtoricum potius quam medicum eſſe appareat.

DEMOCLES, Suidae Δημοκλῆς, ea prodidiſſe eum, quae Plinius de Sipylo euerſa narrat, lib. 2. ſect. 93. diſcimus ex Strabone, lib. 1. pag. 58.

DEMOCRATES. Vide SERVILIVS DEMOCRATES.

DEMOCRITVS Abderites a patria appellatus, quae vrbs eſt Thraciae. Floruit circa Olymp. LXXX. Hippocrati aequalis. Scripta ab eo Laërtius enumerat, lib. 9. pag. 249. Coſmographica, Geographica, hiſtorica, agricolationem attigit. De Chamaeleone ſcripſiſſe Plinius ait, lib. 28. ſect. 29. quod opus tamen a Laërtio praetermiſſum. Eius liber qui inſcribitur περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν laudatur a Gellio, lib. 4. cap. 3. pag. 390. Is quem Γεωργικῶν appellauit, a Fulgentio, lib. 2. Mythol. cap. de Peleo, pag. 145. liber φυσιολογεμένων. De opere, quod Χειροκμήτων erat inſcriptum, diximus, lib. 24. ſect. 102. Plurima Doli Mendeſii commentaria, ὑπομνήματα, quibus continebantur curationes medicae diuerſae, ſub ementito Democriti nomine apparuiſſe conqueritur Columella, lib. 7. de re ruſt. cap. 5. pag. 262. Sed ibi legendum, *Boli.* Sic enim Suidas in littera B. Βῶλος Δημοκρίτειος φιλόσοφος, ἱστορίαν καὶ τέχνην ἰατρικήν· ἔχει δὲ ἰάσεις φυσικάς, etc. Et poſtea, Βῶλος Μενδήσιος appellatur. Suidas genuinos Democriti partus duos agnoſcit, pag. 680. quorum alter inſcriptus eſſet, Μέγας διάκοσμος, alter περὶ φύσεως κόσμου. De Democriti peregrinationibus, Plinium ipſum vide, lib. 25. ſect. 5.

DEMODAMAS. Mileſius a patria cognominatus apud Stephanum, verbo Ἄντισσα. Citatur a

Plinio,

Plinio, lib. 6. ſect. 18. vbi perperam *Demonax* ſcribitur. Hunc ſe maxime ſequi in itineribus Alexandri deſcribendis Plinius profitetur. Librum de Halicarnaſſo edidiſſe dicitur ab Athenaeo, lib. 15. pag. 682. a quo Halicarnaſſeus vocatur.

DEMOSTRATVS. Senatorem Romanum vocat Aelianus, lib. 15. cap. 19. a quo paſſim alibi laudatur. Δαμοςράτȣ, (nam et ſic quoque ea vox effertur) ἁλιευτικῶν, ſiue librorum de piſcatione, meminit praeter Aelianum Soſipater apud Photium in Bibl. cod. 161. pag. 339. et Suidas, pag. 640. qui libros ait fuiſſe omnino XX. hoc de argumento. Additque ſcripſiſſe item de diuinatione per aquam, περὶ τῆς ἐνύδρȣ μαντικῆς, aliaque plurima ad hiſtoriam ſpectantia. Oratorem vocat Plutarchus in Alcibiade, pag. 200.

DEMOTELES. Inter eos qui de pyramidibus Aegypti ſcripſerunt, numeratur, lib. 36. ſect. 17. et 19. Tertullianus libro de ſpectaculis, cap. 8. auctor eſt, de obeliſcis quidpiam prodidiſſe literis Hermatelem neſcio quem: quam quidem vocem deprauatam eſſe coniicio, illumque hunc ipſum eſſe, quo de Plinius hoc loco agit: atque adeo *Demotelem* ibi reſcribendum.

DIAGORAS MEDICVS. Scripſit de rebus hortenſibus, ſeu περὶ φυτῶν, de plantis. Laudat hunc Dioſcorides, lib. 4. cap. 63.

DICAEARCHVS, Meſſenius e Sicilia fuit, Ariſtotelis auditor, teſte Schol. Ariſtoph. in Pace, pag. 716. et Suida, pag. 730. a quo etiam accipimus, id quod Plinius tradit, lib. 2. ſect. 65. ſcripſiſſe eum dimenſiones montium Peloponneſi: libros deinde tres de populis et ciuitatibus Graeciae: cuius operis meminit etiam Athenaeus, lib. 13. pag. 557. et Cicero, lib. 2. ad Attic. epiſt. 2. pag. 45.

et

et lib. 6. ep. 2. pag. 171. Ipſius Geographiam exſtare Ms. in Bibliotheca Fuggerorum, ait P. Labbeus, in Noua Bibl. librorum Mss. pag. 169. Sed quae forte haud alia eſt quam illa eius Ἀπογραφὴ τῆς Ἑλλάδος πρὸς Θεόφραστον, quae edita eſt Auguſtae Vindel. an. 1600. Dicaearchi Παναθηναϊκὸν laudat Schol. Ariſtoph. in Veſpis 467. Τριπολιτικὸν, Athenaeus, lib. 4. pag. 140.

DIEVCHES MEDICVS, Διεύχης Galeno, Comment. 2. in lib. Hippocr. de natura hom. tom. 3. pag. 137. et in prooem. lib. 6. de facult. ſimp. medic. pag. 144. Scripſit de braſſica, et Θεραπευτικά. Laudatur et ab Athenaeo Διεύχης ἰατρὸς, lib. 1. pag. 5. Ex Dieuchis Commentariis de parandis alimentis, multa refert Oribaſius, lib. 4. pag. 50. et alibi paſſim.

DINO Clitarchi pater, Περσικῆς πραγματείας hiſtoricus, cuius hiſtoriae liber quintus ab Athenaeo laudatur, lib. 13. pag. 609. et a Laertio, in prooemio, pag. 2.

DIOCLES MEDICVS, idem Diocles Caryſtius, a patria, Euboeae oppido Caryſto, appellatus, lib. 26. ſect. 6. Medicorumque ſecundus poſt Hippocratem, aetate ac fama. Heſychio in Συγκομιστὸς, pag. 873. Διοκλῆς ὁ ἰατρός. Citatur liber eius de re herbaria a ſcholiaſte Nicandri, in Theriac. pag. 30. Διοκλῆς ἐν τῷ Ῥιζοτομικῷ. Ab Oribaſio, lib. 4. cap. 3. pag. 48. liber de alimentorum praeparatione. A Galeno, lib. 3. de locis affectis, cap. 10. pag. 441. tom. 7. et a Caelio Aurel. lib. 1. Chron. cap. 4. liber de paſſionibus, et curationibus. Ab Athenaeo, lib. 3. pag. 110. liber primus, De tuenda valetudine: lib. 7. pag. 320. Ὑγιεινῶν, ſiue Salubrium liber primus ad Pliſtarchum. Et lib. 15. pag. 681. περὶ θανασίμων φαρμάκων, de medicamentis

mentis letalibus. Ab Erotiano in Onomastico vocum Hippocr. tomo 3. operum Galeni, pag. 110. liber κατὰ τὸ ἰητρεῖον, de officina medendi: ab aliis denique alii. Exstat Dioclis Carystii epistola ad Antigonum Regem, de morborum praesagiis, et extemporaneis remediis per hortensia, latine reddita ab Antonio Mizaldo Medico, Paris. apud Feder. Morellum, 1573. Dioclis fragmentum insigne exstat apud Galenum, lib. 2. de Facult. simp. medic. cap. 5. pag. 34. et 35. ex eo opere, cui Archidami nomen inscripserat. Inter priscos maximosque medicos fuisse Dioclem, Celsus ait, libro VI. cap. V.

DIODORVS PRIENAEVS. Hunc sibi in primis vindicasse agricolationis prudentiam, ait Columella, lib. 1. cap. 1. Varroni pariter et Columellae inter scriptores rei rusticae annumeratur. Diodori Periegetae, eiusque operis *De monumentis*, περὶ μνημάτων meminit Plutarchus in Themist. pag. 128.

DIODORVS SYRACVSANVS. Citatur in Indice libri III. et V. In toto opere nusquam apparet. Is cuius Bibliothecam historicam habemus, nullibi se Syracusanum vocat: immo libro 1. pag. 5. Agyrium sibi solum natale dicit fuisse: ἡμεῖς γὰρ ἐξ Ἀγυρίου τῆς Σικελίας ὄντες.

DIODOTVS PETRONIVS. Dioscorides Diodotum seiunxit a Petronio, diuersosque scriptores existimauit: Plinius e contrario dedita opera haec duo nomina, lib. 20. sect. 32. et lib. 25. sect. 64. coniunctim legit, nec nisi vnicum scriptorem his duobus nominibus repraesentari putat. Dioscoridem secutus est sane Epiphanius, lib. 1. aduersus haer. n. 3. sed transcriptoris tantum munere ibi perfunctus, non critici vel iudicis: Πετρώνιος, inquit, Νίγερ, καὶ Διόδοτος, et quae sequuntur, cum

Diosco-

Dioſcoride. Vt vt eſt, Ἀνθολογέμενα, hoc eſt, florilegia ſcripſiſſe Diodotus a Plinio dicitur, lib. 20. ſect. 32. Ἐμπειρικά, ſect. 48.

DIOGNETVS, Itinerum Alexandri dimenſor appellatus a Plinio, lib. 6. ſect. 21. cum Baetone, quo de antea egimus.

DION COLOPHONIVS. Varro et Columella, lib. 1. cap. 1. inter ſcriptores de re ruſtica huius meminere.

DIONYSIVS, de quo in Indice lib. 4. Non ille Periegetes eſt, qui ab opere nomen accepit, idemque a patria, quae Alexandria (Suſianae, non Aegypti,) Alexandrinus dictus eſt, is enim Auguſti principatu floruit, id quod tum ex eius carmine, tum ex Plinii teſtimonio, lib. 6. ſect. 31. compertiſſimum eſt. Quem vero Plinius teſtem hic aduocat, Alexandri M. expeditionum comes et ſcriptor fuit. Situs vireſque gentium ſub Ptolemaeo Philadelpho literis conſignauit, teſte eodem Plinio, lib. 6. ſect. 12.

DIONYSIVS MEDICVS, quem in partes aduocat Index libri 12. et 22. Patria huic in Aſia Miletum fuit, vnde Mileſius Galeno cognominatus, lib. 4. κατὰ τόπες, cap. 7. pag. 437. et Apollonii ſcholiaſtae ad lib. 4. verſ. 223. Dionyſii medici meminit etiam Caelius Aurel. lib. 2. cap. 13. Idem libros Ἀργοναυτικῶν ſcripſit, teſte eodem Apollonii ſcholiaſte, ad lib. 4. v. 1153.

DIONYSIVS QVI MAGONEM TRANSTVLIT, Caſſius Dionyſius vocabatur, idem a patria Aticenſis cognominatus. Magonis libros quos Graeca lingua libris XX. tranſtulit Sextilio Praetori miſit. Ita Varro et Columella, lib. 1. cap. 1. de re ruſt. Librum primum Ῥιζοτομικῶν Dionyſii Vticenſis Stephanus citat in Ἰτύκη. Nicandri etiam ſcholiaſtes

ad

ad Theriaca, pag. 25. Διονύσιον laudat ἐν τοῖς Ῥιζοτομικοῖς.

DIONYSIVS SALLVSTIVS. Vide SALLVSTIVS.

DIOPHANES, *ex Dionysio epitomen fecit*, in Indice lib. 8. Nempe Magonis libros, quos Dionysius Vticensis transtulerat, libris XX. in sex libros ipse contraxit, ac Deïotaro regi dicauit. Horum sex librorum rursum epitomen aliam libris quatuor confecit Asinius Pollio, teste Suida, verbo Πωλίων tomo 2. pag. 579. Meminere huius Diophanis Varro et Columella, lib. 1. de re rust. cap. 1. Ille Nicaeensem ab vrbis natali solo, iste Bithynum a regione in qua Nicaea est, cognominat. Diophanes in Geoponicis, lib. 10. cap. 29. et alias saepe citatur: et inter Veterinariae medicinae scriptores.

DIOTIMVS THEBANVS. Ille fortassis cuius librum quintum et LX. παντοδαπῶν ἀναγνωσμάτων omnigenarum lectionum laudat Stephanus, verbo Πασσαργάδαι. Vel Διότιμος ὁ γυμναστής, quem Theophrastus ait scripsisse de sudoribus, opusc. de sudor. pag. 153.

DIYLLVS, perperam hactenus in Plinianis libris *Duillius* appellatus. Atheniensis fuit, Δίυλλος Harpocrationi, verbo Ἀριστίων, pag. 47. Librum eius historiarum nonum laudat Athenaeus, lib. 4. pag. 155. et lib. 13. pag. 593. Historiam contexuit vsque ad Philippi Macedonis obitum. Diodor. Sicul. lib. 16. pag 418. rerum Graecarum et Sicularum scriptos ab eo libros XXVII. refert.

DOMITIVS CAESAR, siue DOMITIVS NERO, cuius carmen in Poppaeam laudat Plinius, lib. 37. sect. 12. et quem disertissime scribere carmina solitum ait Seneca, lib. 1. Natur. quaest. cap. 5. pag. 836.

DOMI-

DOMITIVS CALVINVS. Cn. Domitii Caluini mentio apud Festum, in fragm. pag. 4.

DOMITIVS CORBVLO. Vide CORBVLO.

DOROTHEVS ATHENIENSIS. Laudatur a Phlegonte, Mirabil. cap. 26. Dorotheus medicus, cuius etiam scripta commendantur in primis. Incerta aetas: Nec multo id certius, num idem ille sit cuius librum sextum historiarum Alexandri laudat Athenaeus, lib. 7. pag. 276. Primum rerum Sicularum, Stobaeus serm. 148. pag. 511. Quartum Italicarum, Eusebius, lib. 4. Praepar. pag. 157.

DOSSENVS MVNDVS, Poeta Comicus, Atellanarum scriptor haud ignobilis, cuius meminit Horatius, lib. 2. epist. 1. v. 173. *Quantus sit Dossenus edacibus in parasitis.* Inscriptum Dosseni monumento titulum recitat Seneca, epist. 89. pag. 392.

DOSIADES. Laudat eum Plinius, lib. 4. sect. 20. dum de Creta agit. Et librum Dosiadae quartum de rebus Creticis citat Athenaeus, lib. 4. pag. 143. et lib. 6. pag. 264. Δωσιάδας, etc. Δωσίδας Eusebio, lib. 4. Praepar. pag. 157.

DOSITHEVS Astrologus, auctor octaëteridis, quae Eudoxo tribuitur, teste Censorino, cap. 18. Meminere huius praeter Plinium, lib. 18. sect. 74. et Censorinum, Geminus et Ptolemaeus, in Vranologio Petauii. Vide ne hunc Dositheum Astrologum, cum historico confundas, cuius Plutarchus meminit.

DVRIS SAMIVS, qui se ex Alcibiadis genere ortum ferebat, teste Plut. in Alcib. pag. 209. Philadelphi tempore floruit. Scripsit Macedonica libris XV. ex scholiaste Aristoph. in Nub. pag. 150. et Apollonii schol. ad lib. 4. v. 264. Libros vt minimum decem de historia Agathoclis, quorum meminit Athenaeus, lib. 12. pag. 541. qui aliarum histo-

historiarum librum XXII. citat, lib. 12. pag. 546. De pyramidibus Aegypti, ex Plinio, lib. 36. sect. 17. De Euripide et Sophocle librum, ex Athen. lib. 4. pag. 184. Homo in historia diligens a Tullio vocatur, lib. 6. ad Attic. ep. 1. pag. 167. Apud Suidam tomo 2. pag. 8. verbo Λάμια, laudatur Δῶρις ἐν δευτέρῳ Λιβυκῶν, (lege Δῦρις) libro 2. rerum Libycarum. Et pag. 726. verbo Σελίνε στέφανος, Δῦρις ἐν τῷ περὶ ἀγώνων, opere inscripto, De certaminibus. Apud Athenaeum, lib. 15. pag. 696. scripsisse dicitur de Samiorum, hoc est, de patriae suae finibus. Apud Laert. in Thalete, περὶ ζωγραφίας, de pictura liber: de toreutice siue caelatura, in Indice superiore, libro XXXIV.

## E

ECVLEO, cui Decius praenomen fuisse dicitur, lib. 35. cap. 10. In libris hactenus editis, vt ante monuimus, deformata haec vox in Indice fuerat, atque in Deculonem conuersa. Historiam quampiam de rebus gestis a Tiberio, vel certe de picturis volumen aliquod videtur condidisse. Tamen vt ne quid dissimulem suspecta valde mihi haec vox est, quam nusquam offendi in Romanis familiis. Atque inclinat quidem animus, vt scriptum fuisse suspicer, *D. Aculeo*, hoc est, *Decimus Aculeo*: Aculeonum enim nota Romae familia, ex qua C. Aculeo, quem Cicero propinquum suum vocat, lib. 2. de Orat. pag. 342. Notum et praenomen Decimi, quod cum vnica litera D. in libris manu exaratis, aliisque soleat effingi, in Decii nomen saepenumero librarii transformarunt.

ELEPHANTIS. Poëtria fuit, de qua in Priapeiis mentio, carm. 3. Et apud Martialem, lib. 12. epigr.

epigr. 42. *Nec molles Elephantidos libelli.* De κοσμητικοῖς, hoc eſt, de rebus iis quae ad corporis ornatum ſpectant, mandaſſe litteris aliquid dicitur a Galeno in libris κατὰ τόπους. De libris Elephantidis, vt impuriſſimis, Suetonius in Tiberio, cap. 43.

EMPEDOCLES Agrigentinus, Pythagorae diſcipulus, vixit Olymp. circiter LXXXIV. vt auctor eſt Laërtius in eius vita, lib. 8. pag. 231. Carmen edidit de animalium proprietate, Aeliano teſte, lib. 16. hiſt. anim. cap. 29. Scripſit τὰ φυσικὰ, quorum librum tertium citat Tzetzes Chiliad. 7. verſu 523. et Suidas, pag. 890. De rebus etiam Perſicis: de re medica, aliaque, quae Laërtius refert. Virum medicinae peritum Celſus appellat, in praef. lib. 1. pag. 1. Empedoclis errantium inerrantiumque ſtellarum Sphaeram libro vno comprehenſam ſeruari Mss. in Bibl. Strozziana, ait Labbeus in Bibl. Nova librorum Mss. pag. 170.

ENNIVS poëta, Annalium libros XVIII. carmine ſcripſerat, quos paſſim Chariſius et Priſcianus laudant.

EPHIPPVS. Cumanus hic ortu fuit, Iſocratis auditor. Hiſtoriarum libros ſcripſit XXX. Rerum admirabilium libros XV. aliaque, quae videre licet apud Suidam, pag. 1110.

EPHORVS, Cuma Aeolidis ciuitate oriundus, Iſocratis auditor: de quo Cicero, lib. de claris orat. pag. 575. *Iſocratem*, inquit, *in accerrimo ingenio Theopompi, et leniſſimo Ephori dixiſſe traditum eſt, alteri ſe calcaria adhibere, alteri frenos.* Seneca minus paulo honorifice, lib. 7. Natur. quaeſt. cap. 14. pag. 923. *Ephorus*, inquit, *non religioſiſſimae fidei, ſaepe decipit.* Scripſiſſe hiſtoriam vel ipſum, vel filium eius libris XXX. auctor eſt Athenaeus, lib.

lib. 6. pag. 232. De origine vrbium, Polybius apud Strab. lib. 10. pag. 465. Uterque miris eum effert laudibus. De rebus inuentis, περὶ τῶν εὑρημάτων, idem Strabo, lib. 13. pag. 622. et Athen. lib. 8. p. 352. et lib. 4. pag. 182. De ciuitatibus Thraciae librum quartum laudat Harpocration, verbo Αἶνος. pag. XI. De Nili incremento, Apollonii Schol. ad lib. 4. v. 269. At de Ephori ipsius furtis, libros duos scripsisse Lysimachum, auctor est Porphyrius apud Euseb. lib. 1. Praepar. pag. 467.

EPICHARMVS, Siculus vates dictus Horatio, lib. 2. ep. 1. v. 58. Syracusanus fuit: Pythagorae auditor. Plurimos de physiologia ac medicina libros scripsit, quos Laërtius in eius vita enumerat, lib. 8. pag. 232. De brassica scripsisse Plinius monet, lib. 20. sect. 34. *Diligentissime conscripsit pecudum medicinas*, inquit Columella, lib. 7. cap. 3.

EPIDIVS, cui praenomen Caïus, ludum docendi aperiens, Rhetoricen docuit praeter ceteros M. Antonium, et Augustum, vt ait Sueton. lib. de claris Rhetor. cap. 4. Epidia gens Romae notissima: ex qua Marullus Epidius Trib. pl. cuius meminit Suetonius in Iulio, cap. 79. Vide etiam Dionem, lib. 44. pag. 244.

EPIGENES RHODIVS a Varrone et Columella, lib. 1. cap. 1. inter scriptores rei rusticae annumeratur. Laudatur a Censorino, cap. 17. Plinius, lib. 7. sect. 57. grauem in primis auctorem vocat: in Indice lib. 2. Gnomonicum, ab ea Astrologiae parte, quam Gnomonicen vocant, quae rationem vmbrarum docet ad dignoscendas horas, solisque motus. Apud Chaldaeos studuisse se gloriabatur, inquit Seneca, lib. 7. Natur. quaest. cap. 3. pag. 930.

ERASISTRATVS, ex Iulide urbe Ceae insulae, Iuliates et Ceïus appellatus, teste Suida, pag. 1032. Aristotelis Stagiritae ex filia nepos: Chrysippi medici, vel vt plerisque placuit, Theophrasti discipulus: quem male Samium ait fuisse Iulianus in Misopog. pag. 72. Veterum medicorum nobilissimum appellat Macrob. lib. 7. Satur. cap. 15. pag. 632. Vide Plin. lib. 29. sect. 3. Huius librum 2. salutarium praeceptorum laudat Caelius Aurel. lib. 2. Chron. cap. 7. Librum de hydrope, lib. 3. cap. 8. De podagra quoque, lib. 5. cap. 2. Denique περὶ δυνάμεων καὶ θανασίμων, de medicaminibus et venenis, Dioscorides, lib. 5. cap. 18. Ab eo Erasistrateorum medicorum schola nomen accepit, quam ab Hicesio Smyrnae excitatam Strabo prodidit, libro 12. pag. 570. Horum sectam Galenus damnavit, pluribus aduersus Erasistratum, eiusque assectas, scriptis voluminibus tomo operum decimo.

ERATOSTENES, patria Cyrenaeus, a Ptolemaeo Evergete I. accersitus, Athenis in Aegyptum venit, vbi Alexandrinae Bibliothecae perfectus fuit, bibliothecam ipse librorum paene scripsit: quorum hi praecipui: Geographia, cuius librum tertium laudat Apollonii Schol. ad lib. 4. v. 259. Eo in opere Timosthenis de portubus librum exscripsit, vt auctor est Marcianus in Periplo, pag. 97. Μέτρον τῆς γῆς περιφερείας; quod hodieque exstat, et ex quo Eratosthenem orbis terrarum mensorem Censorinus vocat, cap. 15. Γαλατικὰ, siue de rebus Gallograeciae, 40. voluminibus, quae citantur saepius a Stephano. Χρονογραφικὰ, quorum meminere Dionys. Halic. lib. 1. pag. 60. et Harpocration in Εὔηνος, pag. 130. De ventis, ex Achille Tatio in Phaenom. pag. 158. De situ stellarum, ex Suida, pag. 1032. qui liber nunc editus,

tus, Κατασερισμοὶ inscribitur. Alia denique plurima quorum series praefixa est editioni eiusdem opusculorum, Oxonii 1672. Appellari solitum aiunt Βῆτα τῶν φιλοσοφέντων, vel vt Marcianus Heracl. pag. 95. Βῆτα τε Μεσεῖε, quod secundas in quauis philosophia partes obtineret, vix in vlla primas. Is tamen a Plinio, libro 2. sect. CXII. *in omnium quidem litterarum subtilitate*, et in circuitu terrae describendo, *vtique praeter ceteros solers* fuisse dicitur: quamquam in eo coarguendo mirum fuisse Hipparchum idem paulo post adiicit.

ERINNA. De ea diximus, libro XXXIV. sect. XIX. num. 3.

EVAGON THASIVS, Varroni et Columellae laudatus, lib. 1. cap. 1. inter scriptores rei rusticae.

EVANTHES, patria Milesius, auctore Laërtio in Thalete, pag. 7. Heroïcorum versuum poëta dictus Athenaeo, lib. 7. pag. 296. *inter auctores Graeciae non spretus*, inquit Plinius, lib. 8. sect. 34. Εὐάνθης ἱϛορεῖ ἐν τοῖς μυθικοῖς, inquit Apollonii Schol. ad lib. 1. v. 1065.

EVCLIDES Mathematicus insignis, Perga oriundus, Pamphyliae ciuitate*), aetate Ptolemaei Lagidae floruit. Scripsit Elementorum libros XIII. Phaenomena, aliaque plurima ad Geometriam Musicamque pertinentia.

*) Euclides, qua patria, incertum, claruit temporibus Ptolemaei Lagi. Harduinus videtur Apollonium in animo habuisse, cum de Euclide scripsit, eum Perga oriundum ciuitate Pamphyliae. Euclidem plerique Alexandrinum faciunt, sed nullo diserto veteris alicuius scriptoris testimonio. Si Gregorium Abulphraium audias, Tyrius fuit: si scriptorem Bibliothecae veteris Siculae Anno 1700 a Messanensi quodam editae (vide memorias Triuultianas Anni 1702 mense

Augusto p. 151.) Gelous, oriundus a Gela ciuitate Siciliae. Nimirum quia Laërtius II, 106 auctor est, Megareum Euclidem a quibusdam pro Geloo habitum fuisse. *Fabric. Biblioth. Graec. Vol. II, p. 367.*

Evctemon inter Astronomos veteres a Gemino et Ptolemaeo, quos Petauius in Vranologio edidit, recensetur. Rursum a Ptolemaeo, lib. 3. Almag. 2. pag. 59. solstitiorum obseruator cum Metone, ante Alexandri M. tempora, laudatur Euctemon.

Evdicvs historicus.

Evdoxvs, *Platonis auditor, in astrologia iudicio doctissimorum hominum facile princeps*, inquit Tullius, lib. 2. de Diuin. pag. 246. patria Cnidius fuit. Huius scripta Laërtius enumerat, lib. 8. pag. 235. Γῆς περίοδον et περίπλουν laudat Agathemerus, lib. 1. pag. 2. et Sextus Empir. lib. 1. Pyrrhon. hypot. cap. 14. pag. 30. Librum eius operis sextum laudat Athenaeus, lib. 7. pag. 288. Scripsit et Phaenomena libris duobus, ex quibus Aratum hausisse plurima, auctor est Hipparchus in Comment. ad Arat. pag. 173. in Uranologio Petauii: vbi alium Eudoxi librum, quem ἔνοπτρον inscripsit, laudat idem Hipparchus, pag. 177.

Evenor, Εὐήνωρ medicus Athenaeo, lib. 2. pag. 46. vbi cisterninam aquam ceteris anteponit. Curationum libros scripsit, quorum quintus laudatur a Caelio Aureliano, lib. 3. Chron. cap. 8.

Evhemervs *scriptor Graecus, quem Ennius in Latinum vertit eloquium*, inquit August. lib. 7. de Ciuit. Dei, cap. 26. post Tullium, lib. 1. de Nat. Deor. pag. 49. Messanensis e Sicilia, Ptolemaei Lagidae temporibus vixit. Laudatur et a Columella, lib. 9. cap. 2. pag. 318.

Evma-

EVMACHVS. Laudatur a Phlegonte Eumachus ἐν περιηγήσει, seu orbis terrarum descriptione, cap. 18. Rerum mirabil. pag. 86. Eumachus Neapolitanus libro secundo historiae Hannibalis, apud Athen. lib. 13. pag. 577.

EVPHRANOR, fictor idem et pictor egregius, volumina composuit de Symmetria et coloribus, teste Plinio, lib. 35. sect. 40. n. 23. Vide praeterea, lib. 34. sect. 19. num. 16.

EVPHRONIVS ATHENAEVS, inter rei rusticae scriptores a Varrone et Columella reponitur, lib. I. cap. 1. de re rust.

EVPHRONIVS MEDICVS. Εὐφρόνιος ἐν ὑπομνήμασιν, in Commentariis, laudatur ab Athenaeo, lib. XI. pag. 495.

EVRIPIDES Poëta Tragicus, Atheniensis, Platonis σύγχρονος, de quo alii satis multa. Inter eos numeratur qui de Nili incremento scripserunt, ab Apollonii Schol. ad lib. 4. v. 269. Priscianus, lib. 6. pag. 707. ex Indice superiore, scriptorum nomina quaedam colligens, *Plinius*, inquit, *in XXXVII. naturalis historiae*, *Neuripede:* corriges *Euripide*, cum et in Indice, et ipso libro 37. sect. XI. *Euripides poëta* planissime scribatur.

## F

FABIANVS PAPIRIVS, *naturae rerum peritissimus*, inquit Plin. lib. 36. sect. 24. *Vir egregius et vita et scientia*, *et quod post illa est*, *eloquentia quoque*, inquit Seneca, epist. 40. pag. 243. quo adolescente floruit Fabianus, Tiberii principatu. Hunc idem cum Cicerone, Asinio Pollione, et Livio confert, epist. 100. pag. 445. Charisius, lib. 1. pag. 81. et 119. et Diomedes, libro 1. pag. 372.

Fabiani libros de animalibus, et Causarum naturalium saepe in partes vocant.

FABIVS PICTOR, cui praenomen Quinto fuit, scriptorum Romanorum antiquissimus vocatur a Livio, lib. 1. pag. 16. in historia scribenda secutus Dioclem Peparethium, inquit Plutarchus in Romulo, pag. 19. Graeco sermone scripsit, vt auctor est Dionys. Halic. 1. pag. 5. Vixit temporibus belli Hannibalici, vt Livius docet, lib. 22. pag. 210. Fabii Maximi qui Hannibalem fregit, propinquus, συγγενὴς a Plutarcho dicitur in Fabio, pag. 184. Huius liber primus Rerum naturalium citatur a Nonio, cap. 12. num. 3. verbo *Picumnus*. Iuris Pontificii primus, a Macrobio, lib. 3. Satur. cap. 2. pag. 386. Eiusdem operis, vt videtur, liber XVI. a Nonio, cap. 15. pag. 791. De eo plura Suidas, et alii: Nos quoque de tota Pictorum familia diximus, lib. 35. sect. 7. Quae ab Annio Viterbiensi, sub Fabii Pictoris nomine sunt edita, suppositia esse consentiunt eruditi.

FABIVS VESTALIS. In Indice libri 9. etc.

FABRICIVS TVSCVS. In Indice libri tertii, et seq.

FENESTELLA, pronomine Lucius, historiarum scriptor et carminum, obiit novissimo Tiberii Caesaris principatu, inquit Plinius, lib. 33. sect. 52. Annales exscripsisse scimus ex Nonio, cap. 1. n. 188. Annalium commentatorem vocat Tertullianus, adversus Valent. cap. 34. pag. 262. Librum de Romanis magistratibus, qui sub eius nomine circumfertur, Andreae Dominici Flocci fetum esse eruditi norunt.

FETIALIS. Vide ANNAEVS FETIALIS.

FIGVLVS. Vide NIGIDIVS FIGVLVS.

FIRMVS.

Ex ea pariter fuiſſe hunc medicum reor. Forte is ipſe Granius Flaccus, proxime laudatus, quem ſcripſiſſe librum de Indigitamentis ad Caeſarem, auctor eſt Cenſorinus, cap. 3. pag. 16.

## H

HANNO. Apud Latinos ſcriptores aſpiratur Hanno, Graeci Ἄννωνα non aſpirant. Dux Carthaginienſium fuit. Periplum Africae Punica conſignauit lingua: cuius meminit Athenaeus, lib. 3. pag. 83. Huius fragmentum hodieque exſtat Graece redditum, excuſum Baſileae 1533. rurſumque cum Geſneri ſcholiis, 1559. etſi neget Salmaſius, pag. 1242. adhuc illud innotuiſſe. De eo multa paſſim Plinius: de eius praeſertim obitu, lib. 8. ſect. 21. De Commentariis ab eo ſcriptis, lib. 5. ſect. 1.

HARPALVS, inſignis Mathematicus, qui Cleoſtrati octoeterida emendauit: quemadmodum vt Harpali rurſum errores corrigeret Meton, enneadecaëterida, ſiue circulum decemnouennalem excogitauit, quem nos Aureum Numerum appellamus. Meminit Harpali Cenſorinus, cap. 12. Feſtus Avienus, ad Arati phaenomena, fol. 65. b.

HECATAEVS Mileſius, vixit Olymp. LXV. vt Suidas ait, qui Herodotum ex eius libris plurimum profeciſſe ſcribit. Eius περιήγησιν citat Rufus Feſtus Avienus in deſcript. orae maritimae, v. 42. eos ſcriptores recenſens quos ſecutus eſt: *Multa rerum iunximus*, inquit, *Ex plurimorum ſumpta commentariis: Hecataeus iſthic quippe erit Mileſius, Hellanicuſque Lesbius*, etc. Citat et Athenaeus, lib. 2. pag. 70. et lib. 10. pag. 447. Stephanus item, verbo Γαῦλος. Hecataei Mileſii opus hiſtoricum laudat Euſebius, lib. 10. de Praepar. pag. 466. Scio apud

apud Aelian. lib. XI. cap. 1. ex Hecataeo Abderita referri ea, quae Plinius de Hyperboreis narrat, lib. 4. sect. 26. Difficile proinde esse statuere, Abderitane potius quam Milesius a Plinio designetur. Abderitae Hecataei librum *περὶ τῶν ὑπερβορέων* laudat Apollonii schol. ad lib. 2. v. 677. Summa fide atque integritate virum, Alexandri expeditionum comitem Iosephus appellat, qui ex libro singulari quem de Iudaea Hecataeus scripserat, multa pro Iudaeis adducit aduersus Apionem: quod et Eusebius facit, lib. 9. Praeparat. pag. 408.

HEGESIAS MARONEVS, a Maronea Thraciae oppido appellatus. A Varrone et Columella, lib. 1. cap. 1. inter scriptores rei rusticae ponitur. A Vitruuio, lib. 8. cap. 4. pag. 166. *magna vigilantia, et infinito studio, locorum proprietates, et aquarum virtutes, scriptis declarasse* dicitur.

HEGESIDEMVS CYTHNIVS. Laudat hunc pariter Solinus, cap. 12. pag. 32.

HELIODORVS. Refert Athenaeus, lib. 6. pag. 229. et lib. 9. pag. 406. excerpta quaedam ex libris Heliodori Atheniensis Periegetae *περὶ ἀκροπόλεως*, de Athenarum arce, quod opus libris XV. constabat. Meminit quoque Harpocration, verbo Προπύλαια, pag. 255. Is ipse est nimirum, qui de Atheniensium anathematis scripsisse dicitur: Ita fortassis librum inscripserit, *περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει*: cuiusmodi inscriptio Polemonis Periegetae operi est praefixa, teste Strabone, lib. 9. pag. 592. Eiusdem liber de spectaculis Italicis laudatur a Stobaeo, serm. 242. pag. 792.

HELLANICVS Mytilenaeus historicus, Herodoto annis 12. vetustior, teste Gellio, lib. 15. cap. 23. pag. 841. Scripsit de vrbium originibus, *κτίσεις ἐθνῶν καὶ πόλεων*, cuius operis varias partes

laudant

laudant Athen. lib. 1. pag. 447. Schol. Pindari, pag. 431. Isaac Tzetzes in Lycophr. pag. 45. et Schol. Apollonii ad lib. 1. v. 916. Hellanicus in Aegyptiacis citatur a Gellio, lib. 1. cap. 2. pag. XI. et Athenaeo, lib. 15. pag. 679. Liber de Gentium nomenclaturis, *ἐν ταῖς ἐθνῶν ὀνομασίαις*, ab eodem Athen. lib. XI. pag. 462. et Schol. Apollonii ad lib. 4. v. 322.

HEMINA. Vide CASSIVS HEMINA.

HERACLIDES PONTICVS, ex Odesso Ponti civitate, Pontici nomen traxit. Huius vitam et scripta Laërtius tradit, lib. 5. pag. 135. Aristotelis auditor fuit. Heraclidis librum de origine vrbium, *κτίσεις*, citat Clemens Alexandr. in Protreptico, pag. 25. *Περὶ νόσων*, de morbis: (forte *περὶ νήσων* legendum:) et aliud opus ab isto diversum *περὶ τὴν ἄπνου*, de femina carente spiritu, Laërtius in Empedocle, lib. 8. pag. 226. et 228. et Galenus tomo 7. lib. 6. de locis affectis, cap. 5. pag. 518. An vero idem sit Heraclides, qui patria non appellata laudatur in Indice libri IV. an alius potius Cretensis, cuius librum de Vrbibus Graeciae laudat Apollonius, cap. 19. Hist. Comment. pag. 22. An ad istum pariter pertineat liber de origine Vrbium citatus a Clemente, haud est ita procliue statuere.

HERACLIDES MEDICVS Erythraeus, ab Erythris haud procul Epheso, Asiae ciuitate: Apollonii qui Mys cognominatus est, in schola socius, cuius meminit Galenus, lib. 4. de differ. puls. cap. 10. pag. 95. tomo 8. vbi eum omnium Chrysermi discipulorum clarissimum vocat, ac librum eius septimum de secta Herophili, cui erat addictus, citat. Addit idem Galenus tomo 9. Comm. 1. in lib. 6. Epidem. Hippocr. pag. 254. interpreta-

tum

tum esse hos ipsos Hippocratis libros: Aphorismos item, immo omnia Hippocratis opera commentariis illustrasse, tomo 12. Comment. 1. in lib. Hippocr. de officina medici, pag. 2. Strabo, lib. 14. pag. 645. sua aetate floruisse eum significat.

HERACLIDES TARENTINVS medicus Empiricus, inquit Celsus, in praef. lib. 1. pag. 1. Librum eius secundum interiorum curationum laudat Caelius Aurelianus, lib. 1. Chron. cap. 1. Chron. cap. 4. Librum περὶ θηρίων, de feris, Galenus tomo 13. lib. 2. de antidotis, cap. 14. pag. 922. Libros de simplicibus, lib. 1. de antidotis. Περὶ σκευασίας καὶ δοκιμασίας φαρμάκων, de praeparatione et probatione medicamentorum, lib. 6. de simplic. medicament. in prooem. pag. 144. etc.

HERMIPPVS Smyrnaeus, cuius diligentiam in conscribenda historia laudat Iosephus, lib. 1. contra Apionem. Callimachi auditor fuit, vnde et Callimachius Athenaeo dicitur, lib. 3. pag. 58. et lib. 5. pag. 213. Scripsit de Magis, vt auctor est Plinius, lib. 30. sect. 2. cuius operis librum primum laudat Laërtius in prooem. pag. 3. De vitis illustrium virorum, de sapientibus, de Pythagora, aliaque quae idem commemorat in Thalete, pag. 8. et 10.

HERODOTVS Halicarnasseus, qui historiam suam, quae omnium manibus teritur, Musas inscripsit.

HEROPHILVS medicus Calchedonius fuit, aequalis Phalaridi, quem morbo laborantem sanauit. Subtilioris sectae conditorem appellat Plinius, lib. 26. sect. 6. Librum eius Curationum primum citat Aurelianus, lib. 2. cap. 13. et lib. 4. cap. 8. librum eum, quem ad Hippocr. prognosticon scripsit. Illustratam ab eo anatomicen Galenus fatetur. Mittebantur ad eum ob eam rem a regibus

faci-

facinorosi e carcere, quos viuos dissecaret, vt auctor est Corn. Celsus in praef. lib. 1. pag. 2. Idcirco Tertullianus de eo, lib. de anima, cap. 10. pag. 270. *Herophilus ille medicus, aut lanius, qui sexcentos exsecuit, vt naturam scrutaretur: qui hominem odiit, vt nosset*, etc.

HESIODVS Cuma Aeolidis oppido oriundus, vnde Ascram Boeotiae translatus, Ascraeus vates dictus est. Scripsit de astrologia, teste Plinio, lib. 18. sect. 57. et Athenaeo, lib. XI. pag. 491. Et vero eius *βίβλον ἀστρικὴν* laudat Tzetzes, Chiliad. 12. hist. 399. v. 169. praeter librum *ἔργων καὶ ἡμερῶν*, quem citat, v. 184. quique omnium manibus teritur. Laudat et Theon, vt diximus, lib. 18. sect. 57. Homero posteriorem fuisse multis argumentis probare nititur Gellius, lib. 3. cap. XI. pag. 240. Tzetzes totis CCCC. annis recentiorem facit loc. cit. V. 109. Aequalem fuisse, ex Arcturi exortu, quem iste describit, eruditi artis illius colligunt, vt ait Petauius in Ration. Temp. lib. 1. cap. 12. Ex Plinio, lib. XIV. sect. 1. vixisse Hesiodum annis fere DCCCCXXX. ante Christum colligitur: ex libro VII. sect. XVI. Homerum annis circiter DCCCCXX. vtrumque Asa rege Iuda regnante.

HICESIVS MEDICVS Erasistrateus, Athenaeo, lib. 3. pag. 87. quem idem ait librum scripsisse *περὶ ὕλης ἰατρικῆς*, de materia medica, lib. 7. pag. 294. De vnguentis, *περὶ μύρων*, lib. 15. pag. 689. De piscibus, lib. 7. passim. Non paruae auctoritatis medicum vocat Plinius, lib. 27. sect. 14. De conditura vini scripsisse dicitur in Indice, lib. 15.

HIERON, Siciliae Rex, quem inter scriptores de agricultura memorant Varro et Columella, lib. 1. cap. 1. cum Attalo Philometore Pergami rege.

Multa

Multa de eo praeclara habet Valerius Max. lib. 8. cap. 13. pag. 405.

HIMILCO Carthaginensium Dux, quem iter suum, seu Περίπλουν litteris Punicis consignasse testis est Festus Avienus his versibus, in descriptione orae maritimae, vers. 412. *Haec olim Himilco Poenus Oceano super Spectasse semet, et probasse rettulit: Haec nos ab imis Punicorum annalibus Prolata longo tempore edidimus tibi.*

HIPPARCHVS Nicaenus e Bithynia, vt Suidas ait, pag. 1264. Astrologorum sua aetate princeps. Floruit Olymp. CLIV. Exstant illius libri tres Enarrationum ad Arati et Eudoxi Phaenomena, Petauio nostro interprete. Scripsit et librum singularem de mense Lunari, vt auctor est Galenus, tomo 8. lib. 3. de diebus decretoriis, cap. 4. pag. 496. Alium item de stellarum inerrantium constitutione, teste eodem Suida.

HIPPOCRATES COVS, qui primus, vt Plinii verbis vtar, medendi praecepta clarissime condidit: de quo Macrobius magnifice, *Hippocrates, qui tam fallere, quam falli nescit*, lib. 1. in Somn. Scip. cap. 6. pag. 39. De eo plura, lib. 7. sect. 37.

HIRTIVS. Thuanaeus codex, et Colb. 2. Q. Hirtium vocant.

HOMERVS. Ille Graecorum poëtarum princeps.

HORATIVS FLACCVS, Lyricorum, inter Latinos.

HORVS Assyriorum rex, qui multa medicamenta excogitauit. Laudat eum Plinius, lib. 30. sect. 51.

HYGINVS, cognomento Polyhistor, inquit Hieronym. in Chron. ad Olymp. 192. an. 4. De eo Suetonius, lib. de illustr. Gramm. cap. 20. pag. 123. *C. Iulius Hyginus, Augusti libertus, natione Hispanus . . . . . praefuit Palatinae Bibliothecae . . . .*

*fami-*

*familiarissimus Ovidio poëtae*, etc. Scripsit de vrbibus Italicis, vt testatur Macrobius, lib. 1. Saturn. cap. 7. pag. 216. Quintum librorum, seu Commentariorum, quos in Virgilium fecit, laudat idem, lib. 6. Saturn. cap. 9. pag. 569. Meminit eiusdem operis Gellius quoque, lib. 10. cap. 18. pag. 545. aliosque alibi libros recenset. Ascon. Pedian. in orat. in Pison. pag. 6. librum priorem *De viris claris*. Secundum, de agricultura, Charisius, lib. 1. pag. 115. Egregium est Columellae de eo elogium, lib. 9. cap. 2. pag. 317. *De alueorum cura*, inquit, *neque diligentius quidquam praecipi potest, quam ab Hyginio iam dictum est, nec ornatius quam Virgilio, nec elegantius quam Celso. Hyginius veterum auctorum placita secretis dispersa monumentis industrie collegit: Virgilius poëticis floribus illuminauit: Celsus vtriusque memorati adhibuit modum.* Scripsisse praeterea de apibus significat idem Columella, lib. 9. cap. 13. pag. 334. Exstat hodieque eius Astronomicum poëticum. At liber de limitibus constituendis alterius Hygini est multo recentioris.

Hylas. Scripsit de auguriis, teste Plinio, lib. 10. sect. 18. Inter externos scriptores censendus, nec Romanos.

## I.

Iacchvs. Inter Grammaticos Iacchus censetur apud Sueton. lib. de illustr. Gramm. cap. 3. pag. 120.

Icetidas Medicvs, de quo Plin. lib. 28. sect. 23. perperam in Indice scriptus *Icacidas*.

Ictivs. Quis ille sit, adhuc incompertum. In Indice edito legitur, *C. Ictio*. In cod. R. 2. et Colb. 2. *Ciccio*. An igitur scribendum *Cincio*, cuius liber quintus de re militari laudatur a Gellio, lib.

lib. 16. cap. 4. pag. 865. An *C. Icco?* Fuit enim Iccus Tarentinus medicus, qui 77. Olympiade vixit, cuius meminit Plato in Protagora, Ἴκκος ὁ Ταραντῖνος ἰατρὸς, etc. Vix certe existimem Itium hic habere locum posse, ad quem est Horatii ode 29. inscripta, cuius est initium huiusmodi: *Iti, beatis nunc Arabum inuides Gazis, etc.* Sic enim scribendum aiunt, non *Icci*, vt vulgo, tum ex vetustis exemplaribus, tum ex nummis Itiae gentis.

IOLLAS Bithynus medicus, de quo Dioscorides in praefat. Ἰόλας ὁ Βιθυνός. Laudatur a Galeno, lib. 1. de antidotis, cap. 1. pag. 867. Scholiastes Nicandri in Theriac. p. 32. Ἰόλαον vocat, ac de herbarum virtutibus scripsisse ait. Caue hunc medicum cum historico Claudio Iulio confundas, cuius Stephanus meminit: quod Salmasius facit, pag. 975. Exercit. in Solin.

ISIDORVS CHARACENVS. Charax, quae vrbs Parthiae est, ortum ei et nomen dedit. Parthiam descripsit eo libro qui hodieque exstat, Σταθμοὶ Παρθικοὶ inscriptus. Augusti principatu claruit.

ISIGONVS NICAEENSIS, a patria sic appellatus a Plinio, lib. 7. sect. 2. Gellioque, lib. 9. cap. 4. pag. 461. a quo inter scriptores haud paruae auctoritatis censetur, quorum libri pleni sunt rerum incredibilium. Huius liber Mss. *De aquis* in Bibliotheca Florentina dicitur asseruari. Liber secundus Ἀπίστων, hoc est, Incredibilium, laudatur a Sotione, in Collectaneis de fluminum fontiumque miraculis, 138.

ISMENIAS. Περὶ λίθων scripsisse videtur. Legato Graecorum Thebano id nomen est apud Aelian. 1. Var. cap. 21.

IVBA REX, Iubae senioris filius, eius qui Numidiae ac Mauritaniae alterius rex fuit: Romam in triumphum ductus a Caesare: qua occasione Romanis institutus disciplinis, factus est, inquit Plinius, lib. 5. sect. 1. studiorum claritate mirabilior etiam, quam regno. Πολυμαθέστατον Athenaeus vocat, lib. 3. pag. 83. quanquam eo loci auctoritatem eius Democritus eleuat his verbis: εἴτι τούτων Ἰόβας ἱστορεῖ, χαιρέτω Λιβυκαῖσι βίβλοις, ἔτι δὲ ταῖς Ἄννωνος πλάναις. Scripsit ad C. Caesarem Augusti F. de expeditione Arabica, teste Plinio, lib. 6. sect. 31. Eiusdem liber primus Libycorum citatur a Plut. in Parall. pag. 311. De rebus Assyriorum scripsisse auctor est Tatianus, orat. contra Graecos, pag. 184. De Euphorbia herba volumen, Plin. lib. 25. sect. 38. et Galenus, lib. 9. κατὰ τόπους, cap. 4. pag. 609. Librum Iubae octauum de pictoribus, περὶ ζωγράφων, laudat Harpocration, verbo Παῤῥάσιος, pag. 236. Περὶ γραφικῆς, de pictura, in Πολύγνωτος, pag. 248. cuius operis librum alterum citat Photius in Bibl. cod. 161. pag. 338. Librum quartum historiae theatricae, Athenaeus, lib. 4. pag 175. Librum decimum septimum Photius in Bibl. cod. CLXI. pag. 341. Antonii et Cleopatrae filiam duxit vxorem, ex qua Ptolemaeum filium tulit, Mauritaniae vtriusque regem.

IVLIVS AQVILA. Vide AQVILA.

IVLIVS ATTICVS. Vide ATTICVS.

IVLIVS BASSVS. Vide BASSVS.

IVLIVS CAESAR DICTATOR. Eius epistolae laudantur a Plinio, lib. XIV. sect. VIII. num. 4. vbi nos plura de iis. Vide supra, CAESAR DICTATOR.

IVLIVS GRAECINVS, *Iulii Attici velut discipulus*, inquit Columella, lib. 1. cap. 1. pag. 13. *duo similia volumina praeceptorum de vineis composita facetius,*

*tius*, *eruditius posteritati tradenda curauit.* Tacitus in vita Iulii Agricolae, cuius Graecinus pater fuit, *Iulius Graecinus*, inquit, *vir Senatorii ordinis*, *studio eloquentiae sapientiaeque notus*, *iisque virtutibus iram C. Caesaris meritus.* Seneca, lib. 2. de benef. cap. 21. *Graecinus Iulius*, inquit, *vir egregius*, *quem C. Caesar* (Caligula) *occidit ob hoc vnum*, *quod melior vir erat*, *quam esse quemquam tyranno expediret.* Celsum in libris suis transcripsisse a Plinio dicitur, lib. 14. sect. 4.

IVNIVS GRACCHANVS, quem Varro, lib. 5. de L. L. pag. 50. Iunium Gracchum vocat, a C. Graccho Trib. pl. nomen accepit, vt ait Plinius, lib. 33. sect. 9. Huius commentarios historicos laudat idem Varro, lib. 5. de L. L. pag. 64. Macrobius, lib. 1. Saturn. cap. 13. pag. 253 aliique. Vlpianus Iunium pariter Gracchanum vocat, lib. 1. De offic. quaest. laudatque librum eius septimum, *De Potestatibus.*

## L

LABEO. Vide ANTISTIVS LABEO.

LABERIVS MIMOGRAPHVS, Eques Rom. ita in scena dicax, vt ne adstanti quidem ipsi Caesari parceret. Praenomen ei Decimus est, apud Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 6. pag. 342. qui quidem fragmentum egregium recitat ex ipsius mimis, cap. 7. pag. 343. atque inter iocos quibus Caesarem petiit, illum in primis; *Necesse est multos timeat, quem multi timent.* De eo Horatius: *Et Laberi mimos*, *et pulcra poëmata miror.* Laberii vitam et fragmenta reperies in collectione veterum poëtarum Latinorum Lugduni edita, 1603. Decimo post C. Iulii Caesaris necem mense Puteolis obiit, inquit Hieron. in Chron. pag. 153.

Laïs obstetrix, de mulierum morbis scripsisse videtur. Geminam hoc nomine scio a veteribus commendari: alteram matrem, filiam alteram, siue naturalem, siue adoptiuam, ambas ob meretriciam artem celebratas: Priorem quidem, Alcibiadis amicam, de qua Athenaeus, lib. 13. pag. 574. Alteram iuniorem, de qua scitum illud Demosthenis dictum Gellius refert, lib. 1. cap. 8. pag. 37. *Ego poenitere tanti non emo.* Num harum altera, num ab ambabus diuersa quaedam laudetur a Plinio, mihi non satis compertum.

Lenaevs Pompeïvs. Hunc Pompeïo Magno, cuius libertus fuit, in omnibus fere expeditionibus comitem fuisse, ac post patroni obitum schola se sustentasse, auctor est Suetonius, lib. de illustr. Gramm. cap. 15. pag. 122. Inter primos fuisse, qui de re medica scripserunt apud Romanos, testatur Plinius, lib. 25. sect. 3.

Licinivs Calvvs. Vide Calvvs Licinivs.

Licinivs Macer. Repetundarum reus aliquando is factus, a Cicerone defensus est, teste Plutarcho in Cicer. pag. 865. et Cic. ipso in epist. ad Attic. Historiarum eius liber primus a Macrobio, lib. 1. Saturn. cap. 10. pag. 230. et cap. 13. pag. 253. laudatur. Inter scriptores annalium haud ignobiles recensetur a Dionys. Halic. lib. 1. pag. 6.

Licinivs Mvcianvs, Graecis Μεκιανός. Hic M. Licinius Crassus Mucianus dictus est, quod P. Mucii Scaeuolae frater, e Mucia gente in Liciniam transierit a Crasso adoptatus. Consors imperii a Vespasiano, ob eximia eius in se merita, appellatus. Ter consul fuit, quo illum elogio ab aliis Mucianis distinguere Plinius solet. *Vir secundis aduersisque iuxta famosus*, inquit Tacitus, lib. 1. Histor. pag. 7.

Livivs

LIVIVS TITVS, hiſtoricus Patauinus. Obiit quarto Tiberii anno.

LIVIVS FILIVS. Laudatur in Indice libri 5. niſi locus mendoſus eſt, ex praepoſtera *Liuii* repetitione, *Liuii filii* conficta vox. Liuii epiſtola ad filium ſcripta, de legendo Demoſthene ac Cicerone, laudatur a Quintiliano, lib. 10. cap. 1. pag. 735.

LVCILIVS poëta, qui primus Latinorum Satyras ſcripſit. De eo diximus ad praefationem, p. 10. Sub Publio Africano, Numantino bello, eques militauerat, inquit Velleïus, lib. 2. num. 9. pag. 8.

LVCRETIVS TITVS, poëta, Varroni fere aequalis, cuius exſtant libri ſex *De rerum Natura*, inſcripti.

LYCEAS Naucratites a patria dictus eſt. Scripſit Aegyptiaca, quae laudantur ab Athenaeo, lib. 13. pag. 560. et lib. 14. pag. 616. Ex his decerpta videntur quae de labyrinthis Aegypti Plinius refert, lib. 36. cap. 13. Lyceam auctorem appellans. Poëtam appellat Lyceam Pauſanias, lib. 2. ſiue Corinth. pag. 118.

LYCVS Hiſtoricus, patria Rheginus, Lycophronis Tragici adoptione pater, de quo Suidas, tomo 2. pag. 67. et 71. Libros hiſtoriarum Libyae ac Siciliae ſcripſit, teſte Porphyrio ſiue Malcho, in vita Pythagorae, pag. 4. vbi quartus huius operis liber citatur.

LYCVS NEAPOLITANVS medicus, ſic enim a patria cognominatur, apud Plin. lib. 20. ſect. 83. Ex eo multa Oribaſius deſcribit, lib. 8. cap. 43. pag. 145. et lib. 9. cap. 25. fol. 161. Hunc ipſum eſſe arbitror, quem ſcripſiſſe commentarios in Hippocratis Aphoriſmos auctor eſt Galenus, tomo 9. libro quem aduerſus Lycum ipſum edidit, pag. 359.

LYSIMACHVS, quem de Agricultura ſcripſiſſe Index libri 4. Varro et Columella, lib. 1. de re ruſt. cap. 1. conſentiunt. Fortaſſis idem hiſtoricus ille Alexandrinus fuit, cuius librum τῶν Θηβαϊκῶν laudat Apollonii Schol. ad lib. 3. v. 1177.

## M

MACER AEMILIVS. Vide AEMILIVS.

MAECENAS, Eques Rom. Auguſto gratiſſimus, cuius res geſtas litteris conſignauit, vti ex Solino diſcimus, cap. 12. pag. 32. Graecis Μαικήνας, in antiquis inſcript. *Maecenas.* Eius Dialogorum librum 10. laudat Priſcianus, lib. 1. pag. 61.

MAGO Carthaginienſis, cuius Cicero meminit, lib. 1. de Orat. pag. 325. Volumina octo et XX. de re ruſtica ſcripſerat, Punico ſermone, quae Dionyſius, vti ſuo loco diximus, in Graecum transtulit. Vide Varronem, lib. 1. cap. 1. de re ruſt. Exſtant illius capita aliquot de mulomedicina, inter veterinariae medicinae ſcriptores. Columella, lib. 1. cap. 1. pag. 13. ruſticationis parentem appellat.

MALLOTES. Vide PHILISTIDES.

MAMILIVS SVRA, e Mamiliorum familia, cuius Feſtus meminit.

MANILIVS, vir Senatorii ordinis, Marii ac Syllae temporibus floruit, Iuriſconſultus hiſtoriae ac litteraturae omnis indagator. M. Manilium vocat Cicero, lib. 1. de orat. pag. 322. et lib. 7. Epiſt. Fam. 10. Ab eo ſemper cum P. Mucio Scaevola, Iuriſconſultiſſimo, nominari coniunctim ſolet. Eum cuius Aſtronomicῶn libros habemus, ab eo longe diuerſum eſſe: neque etiam Auguſti aetate, vt putat Scaliger, ſed Conſtantini M. vixiſſe, eruditi viri opinantur.

MARSVS

MARSVS POETA, cui Domitius praenomen fuit, vt quidem ait Suetonius, lib. de illustr. Gramm. cap. 9. pag. 121. Scripsisse Herculis certamen aduersus Amazonas, auctor est Martialis, lib. 4. Epigr. 28. Fabellarum liber nonus laudatur a Charisio, lib. 1. pag. 55. Virgilio coaevus fuit.

MARSYAS MACEDO, ex oppido percelebri Pella: Antigoni frater, eius qui post Alexandrum regnauit. Scripsit de rebus Atticis libros 12. De Macedonicis, X. Cuius posterioris operis Harpocration meminit, verbo Ἀμφίπολις, pag. 20. Vtriusque Suidas, tomo 2. pag. 100. Laudantur et a Plutarcho, in Demosth. pag. 854.

MASVRIVS SABINVS, Graecis Μασȣ́ριος, vir equestris ordinis, Augustaei aeui Iurisconsultus nobilissimus: de quo Persius, satyra 5. *Excepto, si quid Masuri rubrica notauit.* Libros eius de iure ciuili laudat Gellius, lib. 4. cap. 1. pag. 272. Memorialium librum vndecimum, idem lib. 5. cap. 6. pag. 326. Secundum, Macrobius, lib. 3. Saturn. cap. 6. pag. 397. Libros de triumphis Romanorum, Plinius, lib. 15. sect. 38.

MAXIMVS VALERIVS, libros Exemplorum, siue dictorum factorumque Memorabilium scripsit. Quamquam in priore libro pars capitis primi postrema, a num. 5. ad caput 5. eiusdem libri, cui *De omnibus* titulus est, non ipsius Valerii est, sed eius potius, qui ex Valerio epitomen fecit, quod et praefationes illas exempla singula, quae hoc interuallo continentur, egressusque non habent Maximo perfamiliares: et quod in vetustioribus exemplaribus ea desunt, quae hic inseruntur, quorum loco notatum est *Deesse multa.* Sed qua demum aetate vixerit, Valerius ipse prodit, lib. 2. cap. 6.

num. 8. pag. 106. dum se in Asiam esse profectum dicit cum Sexto Pompeïo Nepote, qui vt Fasti loquuntur, Consulatum eo anno gessit, quo Augustus obiit. Tum vero maxime eiusdem libri, cap. 9. num. 6. pag. 131. vbi a Claudio Nerone ortum ducere Tiberium ait, quem *Principem nostrum salutarem* appellat.

MEDIVS. Inter vetustiores medicos laudantur a Galeno, Medius, et Plistonicus, Μήδειος, καὶ Πλειστόνικος, tomo 3. comment. 2. in libr. Hippocr. de natur. hum. pag. 137.

MEGASTHENES. Vixit is Ptolemaei Lagidae principatu. Eius historiae fidem derogat Strabo, lib. 2. pag. 76. Laudat eum ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἰνδικῶν, Clemens Alexandr. lib. 1. Strom. pag. 305. vbi cum Seleuco Nicatore vixisse tradit.

MEGES chirurgus, de quo, lib. 32. sect. 24. Celsus chirurgicorum peritissimum vocat, lib. 5. cap. 28. et in praefatione libri septimi.

MELA POMPONIVS, natione Hispanus, vixit Claudii Caesaris principatu, vt quidem Vossius existimat post Vadianum. Vide quae diximus, lib. 19. sect. 33. Edidit libros tres de situ orbis, quibus nihil est elegantius. In Geographicis rebus describendis, ab eruditione Strabo, a diligentia Plinius, ab arte Mela commendatur.

MELANTHIVS, pictor, de quo diximus, lib. 35. sect. 32.

MELIOR VMBRICIVS. Vide VMBRICIVS.

MELISSVS. Meminit Suetonius, lib. de illustr. Gramm. cap. 3. pag. 123. Lenaei Melissi: capite vero 21. pag. 123. Caii etiam Melissi, quem Maecenati gratissimum fuisse ait, ac Bibliothecarum in Octauiae porticu ordinandarum curam suscepisse. A patrono suo C. Melissus Maecenas dictus est. Hic enim

enim ille eſt, quem Maecenatem Meliſſum ſcribi oportet apud Plinium, lib. 28. ſect. 17. vt ibi diximus. Librum ſcripſit Facetiarum ſiue Iocorum, teſte eodem Suetonio. Impetrare tamen a me vix poſſum vt credam, alterutrum ex his a Plinio vocari in partes. Illum potius exiſtimauerim ab eo deſignari, quiſquis is fuerit, Meliſſum ſcriptorem, cuius librum *De animalibus* laudat Albertus M. lib. 6. de animal. tract. 1. cap. 6. pag. 196. Eſt et alter *Meliſſus Euboïcus*, inquit Fulgentius, lib. 2. Mythol. pag. 140. cap. de cygno, *qui omnium phyſiologorum ſententias diſputauit.* Alius rurſum apud Laërt. lib. 9. pag. 243. ſed neuter huc pertinet.

MENAECHMVS Sicyonius, Μέναιχμος Suidae, tomo 2. pag. 89. De artificibus, περὶ τεχνιτῶν ſcripſit librum vnum, teſte Athenaeo, lib. 14. pag. 635. De arte ſua, hoc eſt, de toreutice, Plin. lib. 34. ſect. 19. Statuarius fuit. Idem Sicyoniorum hiſtoriam libris ſex complexus eſt, teſte Athenaeo, lib. 3. pag. 271. Idem res geſtas ab Alexandro, vt auctor eſt Suidas loc. cit.

MENANDER COMICVS. Theophraſtum Ariſtotelis diſcipulum, magiſtrum habuit, teſte Laërtio in Theophr. lib. 5. pag. 122. nouae comoediae princeps. Plurimas eius fabulas citat Athenaeus; citant et alii. De eo vide Plin. lib. 7. ſect. 31.

MENANDRI duo, PRIAENEVS, et HERACLEOTES. Prioris, Varro et Columella, lib. 1. cap. 1. inter ſcriptores de agricultura: poſterioris, ſolus Varro meminit. Illi Priene Ioniae ciuitas, iſti Heraclia, quaecumque illa ſit, nomen dedit. Vel illorum alteruter, vel ab vtroque diuerſus ille Menander eſt, qui Βιοχρηστὰ ſcripſit, hoc eſt, vitae vtilia: de quo in Indice, lib. 19.

MENECRATES POETA Ephesius, quem de re rustica carmen scripsisse auctor est Varro, lib. 1. de re rust. cap. 1. Hunc Plinius laudat passim: at in Indice lib. XI. Menecratem potius Syracusium medicum designari puto, de quo Athenaeus lib. 7. 289. et quem optimorum medicamentorum librum inscripsisse auctor est Galenus, tomo 13. lib. 6. κατὰ τόπους, cap. 9. pag. 518.

MESSALA ORATOR. Vide CORVINVS MESSALA.

MESSALA SENEX, idem Messala Censorius Plinio dictus, lib. 7. sect. 10. Augur Messala Gellio, lib. 13. cap. 15. pag. 685. vbi librum de auspiciis ab eo scriptum dicit: vel, vti Festus ait, verbo Marspedis, *De explanatione augurìorum.* De Romanis etiam familiis scripsit, quo ex opere Plinius profecit, lib. 34. sect. 38. et lib. 35. sect. 2. atque adeo, vt mihi quidem videtur, lib. 33. sect. 14.

MESSALINVS COTTA. Vide COTTA MESSALINVS.

METELLVS SCIPIO. Diximus de eo, lib. 8. sect. 74.

METON. Astrologus antiquissimus, qui Athenis, ac per Macedoniam obseruasse dicitur a Ptolemaeo, libro de apparentiis, in Vranologio Petauii. Cum Euctemone, Dositheo, Philippo, Eudoxo, ceterisque Astrologis, a Ptolemaeo fere semper, Geminoque, coniungitur. Athenis Enneadecaëteridem promulgauit, inquit Diodorus Sicul. lib. 12. pag. 94.

METRODORVS. Alterum hic a patria, Scepsii: alterum ab odii Romani nominis, Misoromaei cognomen habuit, teste Plinio, lib. 34. sect. 16. Est porro Scepsis Troadis oppidum. Hunc apud Tullium Antonius, lib. 2. de Orat. pag. 545. adhuc aetate sua vixisse ait. Scripsit de ratione inungendi athle-

athletas, περὶ τῆς ἀλειπτικῆς, teste Athenaeo, lib. 12. pag. 552. Cum in Indice, lib. 3. atque eiusdem libri sect. 20. appelletur, qui liber totus est in rebus Geographicis explicandis, eumdem esse existimo, qui in Indice librorum sequentium, quarti scilicet, et quinti, quamquam patria non designata, laudatur: cum in eodem illi versentur argumento: atque adeo hunc Metrodorum Scepsium περιήγησιν, seu terrarum orbis descriptionem instituisse, ex qua Plinius profecerit: vnde et Periegeticus appellatus est a Placido Lactantio, siue vt alii aiunt, Lutatio, in librum tertium Thebaïdos Statii, v. 478. pag. 105. Laudatur idem ἐν πρώτῳ τῶν περὶ Τιγράνην, ab Apollonii Schol. ad lib. 4. v. 133.

METRODORVS, qui de Architectonice scripsit, vt dicitur in Indice libri 35. a Metrodoro Scepsio, diuersitate argumenti in quo versatur, et patria, et aetate dispar, vt diximus libro XXXV. sect. XL. num. 30.

METRODORVS MEDICVS, Chius, Hippocratis magister, τῶν ῥιζοτομουμένων epitomen scripsisse dicitur, lib. 20. sect. 81. hoc est, de perfecta cognitione, dissectione, ac praeparatione herbarum ad medicamenta conficienda. Plerique veterum, qui de herbis medicis scripserunt, libros suos inscribere soliti sunt, περὶ ῥιζοτομουμένων, vel Ῥιζοτομικόν. Vt Amerias apud Athen. lib. 15. pag. 681. ἐν ῥιζοτομικῷ, Eumachus Corcyraeus ἐν ῥιζοτομικῷ, ibidem. Metrodori Chii librum de Natura Tullius laudat, lib. 4. Academ. quaest. pag. 58.

MICTON. Libro 20. sect. 96. in cod. Chiffl. legitur *Myccon*. In Colb. 1. *Mycon*: lib. 29. sect. 38. *Picton*. In Indice hactenus edito, et lib. 20. sect. 96. *Miction qui rhizotomumena*. Haud dubie *Micton* rescr.

rescribendum: etsi Salmasius *Miccion* Μικκιὼν legi vult. Nam scholiastes Nicandri in Theriac. pag. 29. laudat Μίκτωνα ἐν τῷ περὶ Ῥιζοτομικῶν. Quo ex loco rursum Plinius corrigendus, lib. 28. sect. 7. vbi *Marcion Smyrnaeus*, pro *Micton Smyrnaeus*, perperam scribitur: Idem enim est qui de simplicium scripsit effectibus, vt eo loci dicitur, et qui, quod idem est, ῥιζοτομούμενα tractauit. In Indice librorum nondum editorum, confecto a Scipione Tettio, edito a P. Labbeo in noua Biblioth. librorum Mss. pag. 172. exstare dicuntur in Florentina Bibl. Mystionis Smyrnaei Gynaecia, capitibus 1072. comprehensa. Scribe, *Mictonis*.

MILETVS. Forte MELITVS scribi satius foret, Μέλιτος, quem Suidas ait tragicum et oratorem fuisse, Socratis aeuo: Aristoph. Schol. in Ranis, pag. 273. et Aelian. lib. 10. Var. cap. 3.

MITHRIDATES ille Ponti ac Bithyniae rex, omnium sermone celebratus. De arcanis morborum remediis commentarios scripsit, quos Pompeïus eo deuicto Romam abstulit, atque a liberto suo Lenaeo Pompeïo verti Latine iussit. Scriptis suis multa ad historiam naturae pertinentia intexuerat.

MNASEAS. Inter scriptores rei rusticae a Varrone et Columella laudatus, lib. 1. cap. 1. Liber eius tertius de rebus Europae, Εὐρωπιακῶν, laudatur ab Athenaeo, lib. 4. pag. 158. ex quo Fulgentium emendabis, qui libro de prisco sermone, Mnaseam citat *in Cecrope libro*, mendose, pro *in Europes libro*, vt Suidas appellat, pag. 584. tomo 2. verbo Πραξιδίκη. Ipsumque vicissim Athenaeum corriges, qui loco cit. Μνασέαν τὸν Πατρέα vocat, cum Παταρέα scribi oporteat. Μνασέας ὁ Παταρεὺς laudatur a Schol. Pindari, pag. 99. et 236. Fuit igitur is Patarensis, e Lyciae ciuitate. Scripsit

psit praeter ista Mnaseas Periplum, teste eodem Athen. lib. 8. pag. 331. qui et librum secundum de Asia citat, pag. 346. Graecae gentis non obscurus scriptor vocatur a Columella, lib. 12. cap. 4. pag. 414.

MNESIDES MEDICVS. Sic eum Priscianus vocat, lib. 6. pag. 707. vbi ex Indice quaedam scriptorum nomina referens, sic ait: *In XI. Menecrate. In XII. Mneside.* Sic etiam scribitur apud Plinium ipsum, lib. 20. sect. 76. in Mss. Reg. 1. 2. Colb. etc.

MNESIGITON. Graecis Μνησιγείτων.

MNESITHEVS Atheniensis medicus, Μνησίθεος Plutarcho in quaest. natur. pag. 918. Eius epistolam περὶ κωθωνισμȣ̃ laudat Athenaeus, lib. XI. pag. 483. Librum de eduliis, περὶ ἐδεστῶν, lib. 3. pag. 80. vnde Varro quaedam excerpsit de variis vini generibus, quae Gellius refert, lib. 13. cap. 30. pag. 730. De coronis egisse dicitur in Indice libri XXI. Hic scripsit, inquit Athenaeus, lib. 1. pag. 22. responso Pythiae Atheniensibus iussum esse, vt Bacchum medicum venerarentur: hoc est, vt vi medica vini vterentur.

MOSCHION GRAECVS, de raphano condidit volumen, teste Plinio, lib. 19. sect. 26. Exstat in Gynaeciorum libris Μοσχίωνος περὶ γυναικείων παθῶν, de mulierum morbis opus: cum aliis excerptis ex Cleopatra, et Moschione forte altero. Sed ex iis alterum a Plinio laudari existimo. Scripsit et alter fortassis Μοσχίων ab his diuersus libellum de naue Hieronis Syracusii, apud Athenaeum, lib. 5. pag. 206. ex quo aetas scriptoris discitur.

MVCIANVS. Vide LICINIVS MVCIANVS.

MVNDVS DOSSENVS. Vide DOSSENVS MVNDVS.

MVSAEVS poeta, Orphei discipulus, Eleusinius. Fuit et alter eo nomine Thebanus, qui

Troian.

Troiani belli tempore Lyricos verſus ſcripſit. Alteruterne ex iis, num ab iis diuerſus quiſpiam aſſignetur a Plinio, difficile eſt ſtatuere. Heſiodo vterque, quem Plinius Muſaeo praeponit, longe antiquior.

MYRSILVS Lesbius, Μύρσιλος Λέσβιος, inquit Clemens Alex. in Protrept. pag. 20. Lesbiaca compoſuit, vt auctor eſt Antigonus Caryſtius, cap. 5. 17. et 129. Laudat eum Strabo, lib. 13. pag. 617.

## N

NEARCHVS. Is Alexandri nauium gubernator, cum eo militauit, ac de rebus ab eo geſtis ſcripſit hiſtoriam, quam Strabo laudat, lib. 15. pag. 686. et alibi paſſim: Curtius item, Arrianus in Indicis, pag. 544. et Suidas. In inſula, quam Indus amnis in oſtio facit, Patale dicta, ſepultum tradit Philoſtratus, lib. 3. de vita Apoll. c. 15. pag. 155.

NECEPSOS, Graecis Νεχεψῶς *Aegypti Imperator iuſtiſſimus, et Aſtrologus valde bonus*, inquit Iulius Firmicus, lib. 4. cap. 16. De illo Auſonius: *Quique Magos docuit myſteria vana Necepſos.* Νεχεψῶς ὁ βασιλεὺς citatur a Galeno, lib. 9. de facult. ſimp. medic. cap. 2. pag. 258. ἐν τῇ τεσσαρακαιδεκάτῃ βίβλῳ.

NEOPTOLEMVS. Μελιτουργικά, hoc eſt, de ratione conficiendi ſeruandique mellis ſcripſiſſe dicitur in Indice libri XI. Laudatur ab Athenaeo liber de Epigrammatis Neoptolemi Pariani, lib. 20. pag. 454. Liber tertius Gloſſarum, lib. XI. pag. 476. Denique eiuſdem Dionyſias, lib. 3. pag. 82.

NEPOS CORNELIVS. Vide CORNELIVS NEPOS.

NICANDER Colophonius, idem Poëta, idem Medicus, idem insignis Grammaticus fuit: is est cuius Theriaca exstant, et Alexipharmaca. Vixit temporibus Attali, postremi Pergamenorum regis. Scripsit collectionem remediorum: item prognostica, quae ex Hippocrate transtulit. Haec Suidas tomo 2. pag. 229. Scripsit et Georgica, quorum praeter Suidam meminit Athenaeus, lib. 2. pag. 72. Quo de opere ita Tullius, lib. 1. de Orat. pag. 284. *Constat inter doctos, hominem ignarum Astrologiae, ornatissimis atque optimis versibus, Aratum de caelo stellisque dixisse: de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum Nicandrum Colophonium poëtica quadam facultate, non rustica, scripsisse praeclare.* Eiusdem Μελιτουργικὰ laudantur ab Athenaeo, lib. 2. pag. 68. Liber Glossarum tertius, lib. 7. pag. 288. Aetolicorum, lib. 6. pag. 296. Boeoticorum, lib. 7. pag. 329. Colophoniorum quartus, lib. XI. pag. 496. Denique ἑτεροιουμένων, siue Transformationum, seu Metamorphoseon, lib. 3. pag. 82. Eiusdem operis liber quartus, lib. 7. pag. 305. vt ex iis et Apollonii Scholiasten, qui ad lib. 1. v. 1235. ἑταιροιουμένων, et Suidam emendandum putem, qui foedum huic operi titulum adfingit, ἑταιροιουμένων βιβλία πέντε, *De iis qui meretricis more viuunt.* Meminit et Scholiastes Nicandri in Theriac. pag. 28. libri quem ille Hyacinthum inscripserat, Νίκανδρος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ὑακίνθῳ. Apollonii Schol. ad lib. 4. v. 57. libri secundi Εὐρώπης.

NICERATVS. Inter recentiores medicos Augustaei aeui a Dioscoride recensetur, in praef. Librum Nicerati de catalepsi laudat Caelius Aurelian. lib. 2. Chron. cap. 5. Huius compositiones medicas refert Galenus, lib. 3. κατὰ τόπους, cap. 1. pag. 401. et lib. 7. cap. 5. pag. 553.

NICIAS.

NICIAS. Νικίας Μαλλώτης, a Mallo Ciliciae oppido cognominatus, ἐν τοῖς περὶ λίθων, libro de lapidibus, siue gemmis, laudatur a Plutarcho, lib. de flumin. pag. 1161. et a Stobaeo serm. de morbis, 242. pag. 793. Pyrrhi regis medicus fuit.

NICOBVLVS. Videtur is cum Onesicrito et Nearcho, expeditionum Alexandri comes fuisse, vel cum Diogneto et Baetone itinerum dimensor.

NIGER SEXTIVS homo Latinus, Graece de medicina scripsit: sed in herbis explicandis, Dioscoridi si credimus in praef. multa peccauit. Plinio contra, lib. 32. sect. 13. diligentissimus auctor medicinae dicitur. De materia medica, περὶ ὕλης, scripsisse scimus ex Erotiano, in Onomastico vocum Hippocratis, tomo 2. operum Galeni, pag. 125.

NIGER TREBIVS. Vide TREBIVS.

NIGIDIVS FIGVLVS, Senator, post M. Varronem Romanorum doctissimus: quo socio atque adiutore in extinguenda Catilinae coniuratione Cicero vsus est. Astrologica eum scientia praestitisse auctor est Dio, lib. 45. pag. 270. imperiumque praedixisse Octauio Augusto, eo ipso quo natus est die. Maximum rerum naturalium indagatorem vocat Q. Serenus Sammonicus apud Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 12. pag. 364. vbi librum eius quartum *de animalibus* laudat, quo loco de acipensere egit. Librum secundum eiusdem operis, Gellius, lib. 7. cap. 9. pag. 420. Secundum item, de vento lib. 2. cap. 22. pag. 166. De Extis, lib. 16. cap. 6. pag. 875. De Sphaera Barbarica et Graecanica, Seruius in lib. Georg. Vnde ei Figuli cognomen adhaeserit, docet August. lib. 5. de Ciuit. Dei, cap. 3. De eo Lucanus, lib. 1. v. 639. *At Figulus, cui cura Deos, secretaque mundi Nosse fuit, quem non stellarum Aegy-*

*Aegyptia Memphis Aequaret visu numerisque mouentibus astra, etc.*

NYMPHODORVS Syracusius, quem laudat Athenaeus, lib. 7. pag. 321. ἐν Ἀσίας περίπλῳ, libro vero 8. pag. 331. ἐν περίπλοις, vt non Asiae solum, sed totius orbis Periplum descripsisse videatur. Laudari hunc a Plinio citius existimauerim, quam alterum eiusdem nominis Amphipoliten, quem citat Clemens Alexandr. in Protrept. pag. 43. aitque scripsisse de ritibus legibusque barbaricis, ἐν Νομίμοις Βαρβαρικοῖς. Syracusium ab Aeliano quoque citari arbitror, lib. XI. cap. 20. et lib. 16. cap. 34. de Siciliae et Sardiniae rebus admirandis: quae quia fictitiae fortassis erant et commentitiae, inde auctori Nymphodoro θαυματοποιῷ potius, quam θαυματογράφῳ nomen videtur obtigisse apud Athen. lib. 1. pag. 19.

## O

OENOPIDES CHIVS, Mathematicus, cuius Diodorus meminit, lib. 1. pag. 38. et Aelian. lib. 10 Var. cap. 7. Huic Zodiaci inuentionem nonnulli tribuunt apud Plutarch. lib. 2. de placitis Philos. cap. 12. pag. 888.

OLYMPIAS THEBANA. Laudatur haec a Plinio Valeriano, lib. 4. rei medicae, cap. 5. Citatur eius epistola a Iulio Polluce, lib. 10. cap. 1. pag. 459.

OLYMPICVS. Scribendum fortassis *Olympiacus*, vt sit medicus ille Milesius, cuius Galenus meminit in Introd. tomo 2. cap. 4. pag. 363. Methodicae sectae addictus.

OLYMPIODORVS. Videtur is Alexandri M. res gestas scripsisse, et cum Nearcho et Onesicrito, expeditionum eius comes fuisse.

Onesicritus Aſtypalaeus, Diogenis diſcipulus, Alexandro in expeditionibus comes, ac triremis ipſius gubernator: cuius inſtitutionem, vt Xenophon Cyri παιδείαν, ſcripſit, teſte Laërtio in Oneſicrito, lib. 6. pag. 158. Oneſicratum aliqui perperam appellant. Paſſim laudatur a Strabone.

Ophelion medicus, Graecis Ὀφελίων: quale poëtae Comici nomen apud Athen. lib. 2. pag. 66. et apud Suidam tomo 2. pag. 399. In Mss. tamen Reg. Colb. Th. Chiffl. ſaepe *Opinion*, interdum *Ophion* ſcribitur.

Opilius Medicus, cui praenomen *Aurelius*. Ex libris illius de ſilueſtribus arboribus quaedam Feſtus recitat, verbo *Fomites*. Oppius perperam ſcribitur apud Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 14. pag. 373. *Ordinarium hominem*, et *Ratitum quadrantem:* et apud Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 14. pag. 373. *Vir doctus Oppius* (*lego* Opilius) *in libro quem fecit de ſilueſtribus arboribus*. Alium hunc eſſe arbitror ab eo qui libros ſuos Muſarum inſcripſit, laudatos a Gellio, lib. 1. cap. 25. pag. 106. et a Suetonio, lib. de illuſtr. Gramm. cap. 6. pag. 120.

Oppius. Caïum illum eſſe Oppium puto, qui auctor exiſtimatus eſt eorum voluminum, quae Hirtio ab aliis tribuuntur, quemadmodum Suetonius docet, in Iulio, cap. 52. Scripſit de vita C. Marii, quam Plinius laudat, lib. XI. cap. 45. De vita Cn. Pompeii, vnde quaedam Plutarchus adducit, in Pompeïo, pag. 623. De vita Caſſii, ex Chariſio, lib. 1. pag. 119. Denique de rebus Africani, ex Gellio, lib. 7. cap. 1. pag. 395.

Orpheus. Primus exſtitit, qui de herbis aliqua curioſius prodiderit, inquit Plinius, lib. 25. ſect. 5. Ὀρφέως φυσικὸν laudat Suidas verbo Τριτοπάτορες, tomo 2. pag. 947. Τὰ λιθικὰ, ſiue de

de gemmis, Tzetzes Chiliad. 4. hist. 140, v. 402. et Stobaeus serm. 32. pag. 96. De Agricultura, ἐν Γεωργίᾳ, idem Chiliad. hist. 128. v. 172. De medicamentis compositis scripsisse auctor est Galenus, lib. 2. de antidotis, cap. 7. pag. 908. Fuit ille porro bello Troiano antiquior. Qui falso ei adscripti libri fuerint, Suidas docet tomo 2. pag. 338. In Indice libri 28. legitur, *Orpheo qui Diophios*, mendose, vt monuimus. Nam cum sequatur statim, *Archelao qui item*, hoc est, qui in eodem argumento tractando versatus est: hunc autem suo loco ostenderimus ἐν τοῖς διφυέσι laudari a Nicandri scholiaste: effici inde necesse est, Orpheum pariter Διφυεῖς scripsisse, hoc est, de iis animalibus quae sunt ancipitis naturae, vt sunt muraenae, etc. Scio Reinesium, lib. 1. Variar. lect. cap. 1. conatum esse restituere Ἰδιοφυεῖς: sed coniectura parum felici, cum Archelaum non viderit Διφυεῖς tractasse. Denique de medicamentis Orpheum hunc exarasse volumen, auctor est Galenus, lib. 2. de antid. cap. 7. pag. 908.

OSTHANES. Duo eius nominis laudantur a Plinio, lib. 30. sect. 2. Prior Xerxem in bello comitatus, posterior Alexandrum. Vterque magicae professioni auctoritatem dedit, de ea arte scriptis voluminibus. De vtroque ibi diximus. Osthanem citat Lactantius Placidus in lib. 1. Thebaïd. Statii, v. 710.

OVIDIVS NASO, cuius libros Halieuticôn laudat in primis Plinius, libro XXXII. sect. V. et LIV.

## P

PANAETIVS Rhodius, Laelii ac iunioris Africani familiaris fuit: huic etiam in Aegyptiaca legatione

comes ſingularis, teſte Tullio, lib. 4. Academ. quaeſt. pag. 25. Scripſit in primis libros *De officiis*, de quibus ſaepe Cicero.

PAPIRIVS FABIANVS. Vide FABIANVS.

PARMENISCVS Grammaticus Aratum Commentariis illuſtraſſe dicitur in fine opuſculi Eratoſthenis ad Arati Phaenomena, pag. 267. Fabuloſam praeterea ſcripſit de ſideribus hiſtoriam, cuius Hyginus meminit, lib. 2. pag. 59. et 64. Ex Parmeniſco fragmentum recitat ſcholiaſtes Euripidis in Medeam.

PARRHASIVS, Pictor nobilis, de quo multa Plinius, lib. 35. ſect. 36. num. 5.

PASITELES QVI ADMIRABILIA, hoc eſt, qui quinque volumina ſcripſit nobilium operum in toto orbe, vt ait Plinius, lib. 36. ſect. 4. num. 12. Statuarius is fuit, in Magna Graecia natus, at ciuitate Romana donatus, vt idem ſcribit. Quare diuerſus ab illo Paſitele eſt, qui Phidiam habuit magiſtrum.

PATROCLES. Seleuci Nicatoris temporibus Indicum mare claſſe luſtrauit. Huic prae omnibus fidem habendam ait Strabo, lib. 1. pag. 68.

PAVLINVS SVETONIVS. Conſulatum geſſit cum Pontio Teleſino, Caii Caeſaris Germanici principatu, Propraetor in Numidia, Mauros perdomuerat, vt praeter Plinium Dio docet, lib. 60. pag. 670.

PAVLVS SERGIVS.

PEDIANVS ASCONIVS. Vide ASCONIVS.

PELOPS. Fuit is Hippocratis interpres, nouus Anatomiae ſcriptor, quem adoleſcens admodum Galenus audiuit, vt eſt auctor ipſe, lib. 6. de Hippocr. et Platonis decretis, cap. 3. pag. 186. tomo 3. Fuit igitur Plinio σύγχρονος, cum Traiani principatu florere Galenus coeperit.

PERIAN-

PERIANDER. Nemo Periandrum ignorat illum e ſapientibus ſeptem vnum, Corinthi tyrannum, qui duobus verſuum millibus praecepta conſcripſit, teſte Laërtio in eius vita, pag. 25. An alius in Indice libri quinti ſignetur, haud ſatis liquido poſſumus affirmare.

PETOSIRIS Aegyptius Mathematicus, de quo Iuvenalis, Satyra 6. v. 378. *Capiendo nulla videtur Aptior hora cibo, niſi quam dederit Petoſiris.* Aſtrologica ſcripſiſſe auctor eſt Suidas tomo 2. pag. 512. Huius epiſtolam Aſtrologicam ad Necepſum regem in Bibliotheca Caeſarea Viennae exſtare Ms. auctor eſt P. Lambecius, lib. 7. pag. 118. et in Bibl. Mss. Renati Moraei Med. Pariſ. P. Labbeus, in Noua Bibl. librorum Mss. pag. 213. Eiuſdem Petoſiris ad Necepſum regem organum Aſtrologicum aſſeruari teſtatur idem Lambecius in Bibliotheca iam ante laudata, loc. cit. Petoſirin et Necepſum Iulius Firmicus, lib. 4. Matheſ. in praef. 45. diuinos viros appellat, atque omni admiratione dignos, quorum prudentia et ipſa ſecreta diuinitatis acceſſit, etc.

PETRICHVS. Sic enim illa vox ſcribi debet, vt in Colb. cod. 1. 2. lib. 20. ſect. 96. aliiſque quibusdam in locis. Ophiaca ſcripſiſſe a Plinio dicitur loco citato: et a Nicandri ſcholiaſte, ad Theriaca, pag. 27. Πέτριχος, ἐν Ὀφιακοῖς. Et pag. 30. Πέτριχος ἐν τῷ Ὀφιακῷ, hoc eſt, in eo libro, quo de ſerpentium natura diſputat.

PETRONIVS. De eo diximus in Diodoto.

PHANIAS PHYSICVS, quem laudat Antigonus Caryſtius, hiſtor. mirab. cap. 171. patria Lesbius, vt ait Plutarchus in Solone, pag. 85. et in Themiſtocle, pag. 115. vel vt Athenaeus ait, lib. 2. pag. 51. et Laërtius in Ariſtippo, pag. 49. Ereſius: eſt enim

Eresos Lesbi insulae oppidum: Aristotele magistro profecit. Huius librum quintum περὶ φυτῶν, de plantis, laudat Athenaeus, lib. 3. pag. 84. De tyrannis Siciliae, lib. 6. pag. 232. Contra Sophistas, lib. 14. pag. 648. etc.

PHEMONOE. Φημονόην laudat in Thalete Laërtius, pag. 10. atque ab ea profectum τὸ Γνῶθι σεαυτὸν, quod vulgo Thaleti adscribitur, ex Antisthene refert. Haec prima vates versibus heroïcis fudit oracula apud Delphos, inquit Euseb. in Chron. 104. cui concinit Proclus in Chrestomathia, referente Photio in Bibl. cod. 239. pag. 981. τὸ μέλος πρῶτον μὲν ἐφεῦρε Φημονόη ἡ Ἀπόλλωνος προφῆτις. Primus illius versus hexameter hic fuit: Συμφέρετε πτερά τε οἰωνοὶ, κηρόν τε μέλισσαι. Delphis vixisse Φημονόην auctor est praeterea Clemens Alex. lib. 1. Strom. pag. 334. et alii. De ea Lucanus, lib. 5. v. 186. *Sic plena laborat Phemonoë Phoebo.* In Indice librorum nondum editorum, confecto a Scipione Tettio Neapolitano, quem edidit P. Labbeus in Noua Bibl. librorum Mss. pag. 172. recensetur Phemonoës ὀρνεοσόφιον, in quo similia multa sunt iis, quae libro 10. sect. 3. ex Phemonoë recitantur a Plinio.

PHILEMON, *mediae comoediae scriptor, fabulas cum Menandro in scena dictauit, certauit cum eo, fortasse impar, certe aemulus*, inquit Apuleïus, lib. 3. Florid. pag. 19. *namque eum vicit saepenumero*, etc. Floruit Alexandri M. temporibus. Hunc Suidas Syracusium facit, pag. 1052. Fortassis quod ibi docendi ludum aperuerit: Strabo, lib. 14. pag. 671. Pompeïopoli Ciliciae oppido natum refert. De omnigenis oraculis eum scripsisse narrat Athenaeus, lib. 4. pag. 114. Citatur a Diomede, lib. 3. pag. 486. aliisque Grammaticis.

PHILI-

PHILINVS COVS, qui Empiricae medicorum sectae praefuisse dicitur, in Medico, cap. 4. pag. 363. tomo 2. operum Galeni; Φιλῖνος Κῶος. In Plinianis libris *Phyllinus* perperam legebatur. Hunc laudat Athenaeus, lib. 15. pag. 681. inter eos qui de plantis floribusque scripserunt. Philini compositionem medicam commendat Galenus, lib. 7. κατὰ τόπους, cap. 5. pag. 558. et lib. 3. κατὰ γένη, cap. 13. pag. 796.

PHILIPPVS Astronomus antiquissimus, cuius Geminus cap. 6. meminit in Elementis Astronomiae, et Ptolemaeus, lib. de Apparentiis, pag. 89. et Hipparchus, lib. 1. in Phaenom. pag. 179. *Parapegmata Astronomica composuit*, inquit Vitruuius, lib. 9. cap. 7. pag. 196.

PHILISTIDES MALLOTES, a Mallo Ciliciae oppido cognominatus, vti Aristophanes Mallotes, et alii. Hoc verius multo arbitror, Philistidis nimirum patriam hac voce, *Mallotes*, quam nomen viri proprium designari: quamquam nec sum nescius, a Suida, tomo 2. pag. 87. laudari Μαλλώτην Tragicum poëtam, ex vrbe Dionysiade.

PHILISTION Siculus, Eudoxi Cnidii in medica disciplina magister: idem Locrensis appellatus, quod in ea Italiae parte diu sit versatus. Gellius, lib. 17. cap. XI. pag. 959. veterem medicum et nobilem vocat. Huic liber de Diaeta a quibusdam adscribitur, qui inter Hippocratis opera exstat. Sed et huius Philistionis frater libros scripsit *De adiutoriis*, ad medicinam pariter pertinentes, quorum secundus ac vicesimus a Caelio Aureliano laudatur, lib. 5. Chron. cap. 1.

PHILISTVS. Φίλισκος, ἢ Φίλιστος, inquit Suidas, tomo 2. pag. 1055. Syracusanus fuit. Doctum hominem, et diligentem Cicero vocat, lib. 1. de Diuin.

Diuin. pag. 173. Dionyſio ſeniori, cuius cognatus fuit, in conſtituendo principatu fauit. Scripſit res Siculas libris XI. teſte Diodoro, lib. 13. pag. 222. Aegyptiaca, libris XII. Suida teſte. Ἱστοριογράφος dictus a Tzetze, Chiliad. 10. hiſt. 358. v. 829. In ratione hiſtoriae conſcribendae *Thucydidis imitator*, ait Quintilian. lib. 10. cap. 1. pag. 743. *et aliquatenus lucidior*. Deſiiſſe tamen placere ſua aetate ſcribit Cicero in Bruto, pag. 534. Qui μελιτουργικὰ ſcripſiſſe dicitur in Indice libri XI. et ſect. 9. eiuſdem libri, Thaſius patria cum fuerit, ab iſto diuerſus plane extitit.

PHILOMETOR. Vide ATTALVS.

PHILONIDES. Medicus eo nomine Dyrrachenus fuit, cuius Stephanus meminit, verbo Δυρράχιον, qui libros edidit quinque et XL. Alium praeterea Suidas Athenienſem Comicum poëtam narrat, cuius ipſe fabulas quaſdam nominat. Hunc potius laudari putem, in Indice libri 4. et 5. quam illum priorem, aliumue Siculum, quem de medica re ſcripſiſſe ait Galenus, lib. 4. de differ. pulſ. De coronis vero et vnguentis, περὶ μύρων καὶ στεφάνων, Athen. lib. 15. pag. 675.

PHILOPATOR. Galenus, lib. de cognoſc. curandiſque animi morbis cap. 8. tomo 6. pag. 532. Philopatoris Stoïci meminit. Verum in cod. R. 1. 2. et Colb. 2. in Indice libri 29. non *Philopatore* legitur, ſed *Phalapato*, vt forte *Palaephato* legi ſcribique oporteat. Sunt autem plurimi ea appellatione magni nominis ſcriptores, quos videre eſt apud Suidam, tomo 2. pag. 408. et 409. Eſt enim Palaephatus Athenienſis, vetuſtiſſimus poſt Phemonoën poëta, qui κοσμοποιΐαν ſcripſit. Alter Prienaeus, qui Artaxerxis aetate vixit: ediditque Ἀπίστων, hoc eſt, rerum incredibilium. Tertius Abydenus

denus hiſtoricus, qui Cypriaca, Deliaca, Attica, et Arabica ſcripſit, Ariſtoteli valde familiaris. Quartus Aegyptius, qui fabuloſa conſcripſit, etc.

PHILOSTEPHANVS, Callimachi Cyrenaei conterraneus, et σύγχρονος ſiue aequalis, et eidem familiaris fuit, vt auctor eſt Athenaeus, lib. 8. pag. 331. De ciuitatibus Aſiae ſcripſiſſe idem narrat, lib. 7. pag. 297. Περὶ εὑρημάτων, de rebus inuentis, Clemens Alexandr. lib. 1. Strom. pag. 308. De inſulis, περὶ νήσων, Harpocration, verbo Στρύμη, pag. 275. De Cyllene, περὶ Κυλλήνης, Scholiaſtes Pindari, pag. 55.

PHILOXENVS POETA, Cytherius, Dithyrambicus vates Athenaeo dictus, lib. 8. pag. 341. cuius Δεῖπνον, ſiue Conuiuium laudat lib. 4. pag. 146. Hunc Dionyſio iuniori familiarem fuiſſe auctor eſt Pauſanias in Atticis.

PHYLARCHVS, Ptolemaei Evergetae temporibus vixit. Eius hiſtoriarum librum XXXV. laudat Athenaeus, lib. 4. pag. 141. Athenienſisne ſit, an Naucratites dicendus, dubitat idem Athenaeus, lib. 2. pag. 58. et Suidas, tomo 2. pag. 1098. apud quem haec illius ſcripta recenſentur in primis: Περὶ εὑρημάτων, de rebus inuentis: ἐπιτομὴ μυθική, compendium fabuloſum: Res ab Antigono et Eumene geſtae, etc. Graecis Φύλαρχος ſcribitur, vt apud Aelian. lib. 6. hiſt. anim. cap. 29. etc.

PISO. L. Calpurnius Piſo Frugi: Scripſit Annales, quos paſſim Gellius laudat, in primis lib. 6. cap. 9. pag. 379. Geſſit Conſulatum anno V. C. DCXXI. Cenſor fuit cum Q. Caecilio Metello Baleario, an. DCXXXIV. Vnde Cenſorius appellatur, lib. 13. ſect. 27. vbi *C. Piſo* perperam appellatur, cum *Lucius* dictus ſit; et in Indice tum libri ſecundi, tum libri ipſius tertii decimi, et lib. 2.

 ſect.

ſect. 54. et in Mss. R. 1. Colb. 2. diſerte, ac ſine compendii nota *Lucius Piſo* vocetur. Accedit Dionyſii Halic. auctoritas, qui rem plane conficit, cum lib. 2. pag. 105. L. Piſonem virum Cenſorium hiſtoricum vocat: ὡς Πίσων Λεύκιος ὁ τιμητικὸς ἱστορεῖ. Piſonis Frugi ſecundum Annalium citat Priſcianus, lib. 10. pag. 887.

PLATO, ſcriptor notiſſimus.

PLAVTVS, M. ACCIVS appellatus, Comoediae Latinae parens. Obiit Vrbis anno DLIV.

PLISTONICVS, Praxagorae diſcipulus, arte medicus, vt auctor eſt Celſus in praef. lib. 1. pag. 2. Scripſiſſe de humoribus, teſtatur Galenus, lib. de atra bile, cap. 1. pag. 165. tomo 3. Scripſit etiam de commodis ex aquae potu, teſte Athenaeo, lib. 2. pag. 45.

POLLIO ASINIVS. Vide ASINIVS.

POLYBIVS, Megalopolitanus ex Arcadia, cuius Hiſtoriarum libri quidam ſuperſunt, et Excerpta ex aliis qui interierunt. Obiit annis XVII. ante Ciceronis natalem. Diximus de eo plura, lib. 8. ſect. 18. Hic quia Romanorum in primis res ſcripſit, Romanis ſcriptoribus ſemel accenſetur in Indice libri 31.

POLYCRITVS Mendaeus, a Mendis Siciliae oppido, cognominatus. Dionyſii Siculi res geſtas litteris mandauit, teſte Laërtio, lib. 2. in Aeſchine, pag. 48. Apud Plinium, lib. 31. cap. 2. Polyclytus mendoſe ſcribitur, pro Polycrito: vti ex Antigono Caryſtio conſtat, qui eadem ac Plinius narrat, hiſtor. mirab. cap. 150.

POLYHISTOR. Vide CORNELIVS ALEXANDER.

POMPEIVS LENAEVS. Vide LENAEVS.

POMPEIVS TROGVS. Vide TROGVS.

POMPONIVS ATTICVS. Vide ATTICVS.

POM-

refert

refert loc. cit. Verum qui περὶ τῆς σκίλλης de scilla scripsit, hunc medicum fuisse a Philosopho Samio longe diuersum, ex nonnullorum sententia ait idem Laërtius, pag. 225. Pythagoras librum de mari Rubro scripsisse dicitur apud Athen. lib. 14. pag. 634. Quas ille terras peragrando lustrauerit, Plinius enumerat, lib. 25. sect. 5.

PYTHEAS MASSILIENSIS, Ptolemaei Philadelphi aetate vixit. Citatur a Plutarcho in Demosth. pag. 855. Vix vllam historiis eius, in quibus regiones situsque terrarum descripsit, habendam fidem Strabo ait, lib. 2. pag. 104. et lib. 1. pag. 63. Πυθέας ἀνὴρ ψευδέστατος.

## R

RABIRIVS medicus, de quo, lib. 18. sect. 21.

RVFVS. Publius Rutilius Rufus, qui cum C. Manilio Consulatum gessit anno V. C. DCXLIX. idem Asiae postea Proconsul, vt ait Pomponius, lib. 1. Digest. tit. 2. de orig. iuris, §. 40. Scripsit Romanam historiam Graece, quam laudat Athenaeus, lib. 6. pag. 274. et lib. 12. pag. 543. Eiusdem historiam Hispanicam, Appianus in Iber. pag. 303. Virum probum et veracem Plutarchus appellat, in Mario, pag. 422. Scripsit et de Tragoedis, Comoedis, saltatoribus: de theatris, festis, ludis, tibicinibus: ac de aliis argumentis, quae Photius recitat in Bibl. cod. CLXI. pag. 340.

## S

SABINVS MASVRIVS. Vide MASVRIVS.

SABINVS TIRO. Librum κηπουρικῶν, siue Rerum hortensium dicasse Maecenati dicitur, lib. 19. sect. 57.

SALLV-

SALLVSTIVS DIONYSIVS. Laudatur a Plinio, lib. 32. ſect. 26. quo ex loco medicum fuiſſe eum intelligimus: ipſumque eſſe, quem Dionyſium medicum aliis locis appellat, de quo nos ſuo loco diximus, merito ſuſpicamur.

SALPE. Obſtetrix Lesbia, quae Παίγνια conſcripſit, teſte Nymphodoro apud Athen. lib. 7. pag. 321. Scripſit etiam de remediis muliebribus: quod et poſtea aliae quoque feminae fecerunt, vt Trotula, cuius hodieque liber extſtat.

SASERNAE, PATER et FILIVS. Sic horum nomen effingi debet, non vti hactenus in libris editis, *Sarſenae*. Nam praeter Columellam, qui lib. 1. de re ruſt. cap. 1. pag. 13. *poſt Catonem duos Saſernas, patrem et filium* laudat, *qui agricolationem diligentius erudierunt:* et Varronem item, lib. 1. rei ruſt. cap. 2. pag. 48. confirmant hanc ſcripturam luculenter nummi veteres gentis Hoſtiliae, ex qua ii prodierunt: quos nummos Patinus exhibet, lib. de famil. Rom. pag. 123.

SATYRVS, quem de gemmis ſcripſiſſe Plinius ſignificat, lib. 37. ſect. 24. et 25. eumdemque inter poëtas recenſet, ſect. XI. eiuſdem libri, qui de electro fabulati ſunt: nec Peripateticus ille mihi videtur fuiſſe, qui illuſtrium virorum ſcripſit hiſtorias, quas laudat Athenaeus, lib. 12. pag. 541. alibique paſſim: nec ille Quinti diſcipulus, quem ante Pelopem habuiſſe ſe medicinae magiſtrum auctor eſt Galenus in Comment. ad lib. 1. Hippocr. de praedictionibus, text. 5. pag. 703. tomo 8. Inclinat magis animus vt credam, Satyrum illum eſſe, quem Olynthium hiſtrionem Athenaeus vocat, lib. 13. pag. 591. vbi eius fabulam laudat, quam ille Pamphilam inſcripſerat. Vixit poſt Euripidem. Voſſius libro de poëtis Graecis hunc praetermiſit.

SCAE-

SCAEVOLA. Q. Mucius Scaevola, qui iuris ciuilis peritia et eloquentia celeberrimus fuit, vt Cicero testatur, lib. 2. de Orat. Syllanis temporibus a Mario est interfectus, cum proscriptionem fugeret, aramque Vestae teneret, vt ait D. August. lib. 3. de Ciuit. Dei cap. 28. et 29. Primus omnium ius ciuile in artem redegit, libris XVIII.

SCIPIO METELLVS. Vide METELLVS.

SCROFA, vel, vt alii scribunt, CN. SCROPHA TREMELLIVS, *agricolationem eloquentem reddidit*, inquit Columella, lib. 1 cap. 1. pag. 73. *Plurima rerum rusticarum praecepta simul eleganter et scite memoriae prodidit*, inquit idem, lib. 2. cap. 1. pag. 73. Paria de eo Varro testatur, lib. 1. cap. 1. Quae Scrophae nominis origo fuerit, disce ex Macrobio, lib. 1. Saturn. cap. 1. pag. 212. Quaestorem hunc fuisse tradit Plutarchus in Crasso, pag. 549.

SEBOSVS STATIVS. Vide STATIVS.

SEMPRONIVS. Vide TVDITANVS.

SENECA Philosophus, Neronis magister. Praeter illius opera quae nunc exstant, regionum etiam situs descripsit, vt Seruius testatur in lib. 9. Aeneïd. ac Plinius ipse, lib. 6. sect. 21. et lib. 9. sect. 78. De Aegypti vero situ, et Aegyptiorum sacris idem Seruius in 6. Aeneïd. ad illud poëtae, *Sic demum lucos Stygios, etc.* Scripsit et de Fortuitis, Tertulliano teste, in Apologetici fine.

SERAPION ANTIOCHENSIS. Γεωγραφικὰ hunc conscripsisse, in quibus Eratosthenem valde reprehendit, auctor est Cicero, lib. 2. ad Attic. ep. 6. pag. 49. Idem epist. 4. pag. 47. in eius scriptis vix millesimam partem intelligere se confitetur.

SERGIVS PAVLVS.

SERVILIVS DEMOCRATES, sic enim illum Plinius appellat, lib. 25. sect. 49. Meminit huius Demo-

Democratis medici Galenus, lib. 7. κατὰ τόπους, cap. 2. pag. 536. eiusque simul operis, quod inscripserat, Φιλίατρος. Librum integrum scripsisse carmine dicitur, de confectione antidotorum, lib. de theriaca ad Pison. cap. 12. pag. 948. et lib. 1. de antidotis, cap. 15. pag. 892. Alterum item, qui Κλινικὸς vocabatur, lib. 10. κατὰ τόπους, cap. 2. pag. 635. M. Seruilii consularis viri filiam sanasse dicitur a Plinio, lib. 24. sect. 20. Gessisse autem Consulatum hunc inuenimus, Augusti principatu, vrbis anno DCCLV. ante Plinii obitum LXXV.

Servivs Svlpicivs, quem principem in iure ciuili Tullius vocat: Consulem fuisse cum M. Marcello, anno V. C. DCCIII. Florus in epitome Liviana libri 108. testatur, quo tempore bellum ortum est Caesarem inter et Pompeïum. Libros scripsit prope centum et LXXX. teste Pomponio, lib. 1. digest. tit. 2. de orig. iuris, §. 43. Cum in legatione periisset, de qua Cicero in Philipp. IX. statuam ei populus Rom. pro Rostris Augusti posuit.

Severvs Cassivs. Vide Cassivs.

Sextilivs. Romanum in hac voce sonum agnosco, non peregrinum: vt quo casu in numerum scriptorum externorum irrepserit, in Indice lib. 31. valde mirer. Toto opere ne semel quidem appellatur.

Sextivs Niger. Vide Niger Sextivs.

Silanvs, cui praenomen Decimus fuit, qui paulo post Carthaginem captam, Magonis Poeni volumina duodetriginta de agricultura, e Punico sermone transtulit in Latinum, iussu Senatus. Ita Plinius, lib. 18. sect. 5. Vbi vide quae de *familia* eius *clarissima*, vt ait Plinius, diximus: vt et in Notis et Emend. ad librum VII. num. XLIX.

Silenvs

SILENVS Historicus, de quo Cicero, lib. 1. de Diuin. pag. 176. *Hoc idem in Sileni, quem Caelius sequitur, Graeca historia est: is autem diligentissime res Hannibalis persecutus est*, etc. Σιλανὸς συγγραφεὺς a Strabone appellatur, lib. 3. pag. 172.

SIMONIDES MINOR. A Simonide Ceo, et a Lyrico plane diuersus, et vtroque recentior: quippe qui in insula Meroë, priorum aetate nondum cognita, de rebus Aethiopicis scripserit, vt auctor est Plinius, lib. 2. sect. 35.

SIMVS MEDICVS, a quo trifolium Simoniacum dictum Columellae, lib. 6. cap. 17. pag. 227.

SOLON SMYRNAEVS: haec enim illius patria indigitatur, lib. 20. sect. 83. De re medica, et de herbaria scripsit. Σόλων διαιτητὴς, Solon Diaetarius a Galeno laudatur, lib. 3. κατὰ τόπους, cap. 1. pag. 400.

SOPHOCLES poëta Atheniensis, cuius exquisitum elogium et elegantissimae breuitatis, vide apud Plin. lib. 37. sect. XI. Scripsit fabulam, Triptolemum appellatam, anno aetatis vicesimo, vt diximus, lib. 18. sect. 12.

SORNATIVS. In Indice libri XXXI. id nomen scriptoris legitur quidem: at in Reg. cod. 2. *Surnatino* scriptum vidi. An Soranus hoc loco reponendus sit, Valerius ille nimirum, quem vt familiarem et doctum hominem Graecis Latinisque litteris, Cicero laudat in Bruto, pag. 564. viderint ii quibus plus erit otii. Nam Soranum Ephesium medicum longe Plinius antecessit.

SOSIGENES, Astrologus Aegyptius, cuius opera vsus est Caesar Dictator, in anno ad Solis cursum accommodando. Librum edidit περὶ τῶν ἀνελιττουσῶν, de reuolutionibus, vt auctor est Proclus, in hypotyposi, pag. 45.

SOSIME-

SOSIMENES Medicus, ſcripſit de medicina ex re herbaria.

SOTACVS. Hunc περὶ λίθων, de lapidibus et gemmis ſcripſiſſe, ex Plinio multis locis, lib. 36. et 37. atque ex Solino cognoſcimus, cap. 30. pag. 56. Simlerus in Bibliotheca Tacum nominat ſcriptorem de lapidibus, quem diuerſum facit a Sotaco: inductus in fraudem, corruptis, vt opinor, Apollonii Dyſcoli exemplaribus, apud quem, cap. 36. pag. 32. Τάκος ἐν τῷ περὶ λίθων pro Σώτακος ſcribitur, vt Meurſius adnotauit. Secutus eſt Simleri errorem Phil. Mauſſacus, in Prolegom. ad Plutarchum, pag. 39.

SOTADES. Plurimi eo nomine ſcriptores occurrunt. Primus eſt Athenienſis, mediae comoediae, quem laudat Athenaeus, lib. 7. pag. 293. et lib. 9. pag. 368. Alter Athenienſis Philoſophus, qui librum vnum de myſteriis ſcripſit, teſte Suida, verbo Σωτάδης, pag. 784. Tertius Byzantinus philoſophus, de quo Ariſt. apud Suid. loc. cit. Quartus Cretenſis Maronita, apud Athen. lib. 7. pag. 293. et Pauſan. lib. 6. Eliac. poſt. pag 377.

SOTIRA obſtetrix. Scripſit de remediis febrium, vt auctor eſt Plinius, lib. 28. pag. 23. Graecis Σώτειρα. Sotirae Gynaecia, τὰ γυναικεῖα exſtare aiunt manu ſcripta in Biblioth. Florentina, vt teſtatur Index librorum nondum editorum, confectus a Scipione Tettio Neapolit. editus a P. Labbeo in Nova Bibl. pag. 173.

STAPHYLVS Medicus, Naucratites, cuius meminere Athenaeus, lib. 2. pag. 45. et Clemens Alex. in Protrept. pag. 24. Στάφυλος ἐν τῷ περὶ Ἀρκαδίας, laudatur a Sexto Empir. aduerſ. Mathem. lib. 1. cap. 12. pag. 51. Ἐν τῇ τρίτῃ περὶ Θετταλῶν, ab Harpocratione, verbo Πενέςαι, pag. 239.

De Pelaſgicis rebus, Schol. Apollonii ad lib. 1. v. 580. Laudatur et a Tzetze, Chiliad. 9. hiſt. 290. v. 835.

STATIVS SEBOSVS, Catulo familiaris, vt Cicero ſignificat, lib. 2. ad Attic. ep. 14. pag. 58. Scripſiſſe Periplum videtur, et de Indiae mirabilibus. Laudatur a Solino, cap. 52. pag. 51.

STRATON, cuius vitam Laërtius deſcribit, lib. 5. pag. 128. quem Peripateticum Lampſacenum fuiſſe ait, et Athenis ſcholam rexiſſe, ibique *περὶ εὑρημάτων ἐλέγχους δύο*, opus hiſtoricum et confutatorium de rebus inuentis ſcripſiſſe. Id quod et haec verba Clementis Alexand. ſignificant, lib. 1. Στρωμ. pag. 300. Στράτων ἐν τοῖς περὶ εὑρημάτων. Hunc cum altero Stratone iuniore Alexandrino confundit Voſſius, lib. 1. hiſtor. Graec. cap. 20. Hinc vides recte a nobis emendatum eſſe Plinianum indicem, ac pro *Stratone qui contra Eppori theoremata* ſcripſit, belle repoſitum, *qui contra Ephori εὑρήματα.* Nam et Ephorum de rebus inuentis ſiue *εὑρήματα* pariter ſcripſiſſe ſuo loco monuimus. Stratonem hunc Phyſicum appellat Strabo, lib. 1. pag. 49. et Cicero, lib. 1. de Natura Deorum, pag. 19. Scripſit et de incertis fabuloſiſque animalibus, de Diis, de hominum natura, aliaque plurima, quorum indicem Laërtius exhibet loco antea memorato. Ptolemaei Philadelphi magiſter fuit.

SVDINES. Scripſit *περὶ λίθων*, de gemmis.

SVETONIVS PAVLINVS. Vide PAVLINVS SVETONIVS.

SVLPICIVS GALLVS, cui praenomen Caïus: de cuius peritia in rebus Aſtrologicis, diximus, lib. 2. ſect. 9. Scripſit de Solis ac Lunae defectione volumen, teſte Plinio. Hunc vnum maxime

omnium

omnium nobilium Graecis litteris ſtuduiſſe auctor eſt Tullius, in Bruto, pag. 537. Romanam hiſtoriam condidiſſe, Iuba apud Plutarchum in Romulo, pag. 28.

SVLPICIVS SERVIVS. Vide SERVIVS.

SVRA MAMILIVS. Vide MAMILIVS.

## T

TARQVITIVS. Apud Ammianum Marcell. lib. 25. pag. 289. Tarquitianorum librorum fit mentio: et apud Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 7. 399. Tarquitii Oſtentarium Tuſcum laudatur. Vnde emendamus alterum Macrobii locum, lib. 2. cap. 16. pag. 378. vbi *Tarquinius Priſcus in oſtentario arborario* legitur, cum ſcribi oporteat, *Tarquitius Etruſcus*, vel *Tuſcus*. Sic vetus inſcriptio apud Gruter. pag. 625. L. TARQVITIO. L. F. POM. ETRVSCO SVLPICIANO. SCRIBAE QVAESTORI. Alius eſt Tarquitius Priſcus, Bithyniae proconſul, Neronis principatu, de quo Tacitus, lib. 14. Annal. pag. 234.

TARVTIVS, praenomine Lucius, ortu Firmanus, inſignis Mathematicus, Varroni familiaris, et Ciceroni: de quo Plutarchus in Romulo, pag. 24. Graecis Ταρ̀ούτιος. Solinus, cap. 1. pag. 2. Mathematicorum nobiliſſimus vocatur in Indice lib. 18. Graece de aſtris ſcripſiſſe ait Cicero, lib. 2. de Divin. pag. 251. in primis Chaldaïcis rationibus fuiſſe eruditum.

TAVRON. An *Taurion* potius? Nam Graeci Ταυρίωνα vocant: quo nomine appellatur Macedoniae procurator ſub Antigono rege, apud Polyb. lib. 4. pag. 383.

TERGILLA. In Indice libri 14. laudatur, vt de agricolatione is ſcripſiſſe videatur.

THALES Mileſius, vnus e ſapientibus ſeptem, atque adeo primus ſapiens appellatus: cuius vitam deſcribit Laërtius, pag. 9. De eo eleganter Apuleïus, lib. 4. Florid. pag. 28. *Fuit Geometriae penes Graios primus repertor, et naturae rerum certiſſimus explorator, et aſtrorum peritiſſimus contemplator . . . . temporum ambitus, ventorumque flatus, ſtellarum meatus, tonitruum ſonora miracula, ſiderum obliqua curricula, Solis annua reuerticula: idem Lunae vel naſcentis incrementa, vel decreſcentis diſpendia, etc.* De eius aetate, lib. 2. ſect. 7. Scripſit duo volumina περὶ τροπῆς καὶ ἰσημερίας, de ſolſtitio et aequinoctio: etiam et de Aſtronomia carmen verſibus ducentis, teſte Laërtio, pag. 6. et 9.

THEMISON Laodicenus Syrus, Pompeii M. aetate vixit. Nouam medicinae condidit ſectam, teſte Seneca, ep. 95. *Alia eſt*, inquit, *Hippocratis ſecta, alia Aſclepiadis, alia Themiſonis.* Haec Methodica eſt nominata. Θεμίσων laudatur a Democrate apud Galenum, lib. 7. κατὰ τόπȣς, cap. 2. pag. 536. A Celſo in praef. lib. 1. A Iuuenale, Satyra 10. v. 221. *Quot Themiſon aegros autumno occiderit vno.* Summus auctor vocatur a Plinio, lib. 14. ſect. 21. Themiſonis liber primus Tardarum paſſionum, citatur a Caelio Aurel. 1. Chron. cap. 1. Liber quartus Epiſtolarum, ab eodem, lib. 3. cap. 6. Liber ſalutaris, lib. 2. cap. 7. Solus e Latinis de elephantiaſis curatione ſcripſit, inquit idem, lib. 4. cap. 1. Singulare volumen de herba plantagine, laudatur a Plinio, lib. 25. ſect. 39.

THEOCHRESTVS. Rerum Libycarum, quas Theochreſtus deſcripſit, librum primum citat Apollonii ſcholiaſtes, ad lib. 4. v. 1750.

THEO-

THEODORVS Medicus, quem Plinius laudat, lib. 20. ſect. 40. Is Athenaei cuiuſdam fuiſſe diſcipulus traditur a Laërtio, in Ariſtippo, lib. 2. pag. 58.

THEOMENES. Quae de electro ſcripſit, referuntur a Plinio, lib. 37. ſect. XI.

THEOMNESTVS. Huius capita quaedam exſtant de Mulomedicina, inter Veterinariae medicinae ſcriptores. Item de re ruſtica fragmenta quaedam in Geoponicis.

THEOPHRASTVS Ariſtotelis in ſchola Athenienſi alumnus idem, et ſucceſſor, patria Ereſius, Menandri Comici magiſter: cuius operum elenchum Laërtius habet, lib. 5. pag. 124. Meurſius libro ſingulari collegit. Harpocration, pag. 166. verbo Κεγχρεών meminit opuſculi περὶ μετάλλων.

THEOPOMPVS Chius, Iſocratis auditor. Scripſit de rebus Graecis, a fine Thucydidis et Xenophontis, libros XII. inquit Diodorus, lib. 14. pag. 303. De terrae motibus, teſte Phlegonte, lib. de rebus mirab. cap. 19. pag. 86. De rebus admirandis, teſte Apollonio, hiſt. comment. cap. 10. Philippica libris 58. teſte Diodoro, lib. 16. etc.

THRASYLLVS Mendeſius, Auguſti ac Tiberii principatu vixit, teſte Suetonio, pag. 37. et 51. Scripſit de lapidibus περὶ λίθων, vt auctor eſt Plutarch. lib. de flumin. pag. 1157. De rebus Aegyptiacis, idem pag. 1158. Tacitus, lib. 6. Annal. pag. 141. Chaldaeorum artis, ſiue Aſtrologiae peritiſſimum fuiſſe ſignificat.

THVCYDIDES, Peloponneſiaci belli ſcriptor omnibus notus.

TIMAEVS SICVLVS. Tauromenitam fuiſſe Athenaeus docet, lib. 2. pag. 163. vbi librum nonum laudat eius hiſtoriarum: Librum vero XXII. citat

 idem,

idem, lib. 6. pag. 250. Scripſit et alia, de quibus Suidas. Pyrrhi bellum deſcripſiſſe auctor eſt Cicero, in epiſtola ad Lucceïum, et quidem ſingulari ei bello dicato volumine, vt ait Dionyſ. Halic. lib. 1. pag. 5. Vixit Agathoclis Siculi Regis temporibus.

TIMAEVS MATHEMATICVS, ab hiſtorico Tauromenita, de quo proxime diximus, diuerſus. Locrus hic patria fuit, profeſſione Pythagoreus Philoſophus. Scripſit Mathematica, vnde illi cognomen adhaeſit Mathematici, in Indice libri 5. et lib. 16. Vide Suidam, tomo 2. pag. 910.

TIMAEVS qui de metallica medicina ſcripſit, vt dicitur in Indice libri 33. a Siculo, et Mathematico, vt quidem videtur, diuerſus.

TIMAGENES Alexandrinus, Romae docuit, Pompeio Caeſarique gratiſſimus. Periplum ſcripſit libris quinque. Haec Suidas, tomo 2. pag. 907. Scripſit et de antiquitatibus Galliae, teſte Ammiano Marcell. lib. 15. pag. 50. quod opus vehementer laudat. De eo Seneca pater, Controv. 34.

TIMARISTVS. De plantis ſcripſiſſe dicitur a Plinio, lib. 21. ſect. 105. At in Colb. 2. *Timaretus* appellatur.

TIMOSTHENES. Vixiſſe hunc aetate Ptolemaei Philadelphi auctor eſt Strabo, lib. 9. pag. 421. vbi dicitur ναύαρχος τȣ̃ δευτέρȣ Πτολεμαίȣ. Et Marcianus Heracl. pag. 95. Τιμοσθένης ὁ Ῥόδιος ἐϛὶν ἀρχικυβερνήτης τȣ̃ δευτέρȣ Πτολεμαίȣ. Opus eius Περὶ λιμένων, *De portubus*, libros decem complexum laudabat Eratoſthenes: ſed errata in eo nec pauca, nec exigua, deprehendit Strabo, lib. 2. pag. 92. Inter veteres primae notae Geographos ponitur a Scymno Chio, pag. 5. Stephanus, verbo Ἀγάθη, eius Σταδιασμὸν laudat, hoc eſt, dimenſionem terrae per ſtadia. De eo Agathemerus, lib.

lib. 1. Geogr. cap. 2. Τιμοσθένης δὲ ὁ γράψας περίπλους, etc.

TITVS IMPERATOR CAESAR. De eo diximus in praefatione ad ipſum inſcripta ſuperius, rurſumque lib. 2. ſect. 22.

TLEPOLEMVS Medicus. Laudatur, lib. 20. ſect. 22.

TREBIVS NIGER. De eo diximus, lib. 9. ſect. 48.

TROGVS POMPEÏVS. Liuii aetate, et Auguſti principatu vixit. Gallum ſe ipſe facit, lib. 43. Scripſit hiſtoriarum Philippicarum libros XLIV. hoc eſt, de imperio Philippico, ſiue Macedonico: quarum nunc epitomen ſolam a Iuſtino concinnatam habemus. Libros eius de animalibus laudat Chariſius, lib. 1. pag. 79. vnde hauſiſſe aliqua Plinium conſtat, lib. XI. ſect. 114. vbi auctorem ſeueriſſimum Trogum vocat.

TVBERO. Cui Quintus praenomen datur in Indice libri 2. Tuberonem diſtinguere hoc loco tergeminum, operae pretium fuerit. Primus eſt Q. Aelius Tubero, Q. F. gener Pauli Aemilii Macedonici, eiuſdem nepos a Cic. in Bruto, pag. 649. vocatus. Agit de eodem Valerius Max. lib. 7. cap. 5. et alii. Alter eſt L. Aelius Tubero hiſtoricus, qui Ciceronis legatus in Aſia fuit, de quo ipſe Tullius, lib. 1. ad Q. Fratr. epiſt. 1. pag. 576. Tertius eſt, Q. Aelius Tubero, hiſtorici filius, qui multa ſcripſit de iure ciuili, quem Cicero propinquum ſuum appellat in Ligariana. Ex his apparet, in Indice ſignari, non hiſtoricum illum, cui Lucii praenomen fuit, quod Voſſius credidit, de hiſtoricis Latinis, lib. 1. cap. 12. ſed patrem ipſius, Q. Aelium Tuberonem.

TVDITANVS. Is est C. Sempronius Tuditanus, qui Consulatum gessit cum M. Aquilio, anno V. C. DCXXV. Commentariorum eius historicorum meminit praeter Plinium, Gellius, lib. 13. cap. 15. pag. 685. vbi liber tertius decimus laudatur. Tuditanus idem libro tertio Magistratuum laudatur a Macrobio, lib. 1. Satur. cap. 13. pag. 253.

TVLLIVS TIRO. De vita patroni sui Ciceronis, cuius libertus fuit, libros scripsit, quorum quartum citat Asconius Pedianus, in orat. pro Milone, pag. 24. Gellius, lib. 31. cap. 9. pag. 667. *Tullius Tiro, inquit, M. Ciceronis alumnus, et libertus, adiutorque in litteris studiorum eius fuit: Is libros complures de vsu atque ratione linguae Latinae: item de variis atque promiscuis quaestionibus composuit. In his esse praecipui videntur, quos Graeco titulo Πανδέκτας inscripsit, tanquam omne rerum atque doctrinarum genus continentes.* Praeclarum huius elogium exstat apud eumdem Gellium, lib. 7. cap. 3. pag. 401.

TVRRANIVS GRACILIS, sic enim scribi nomen illud mihi magis placet, omnibus codd. Mss. R. 1. 2. Colb. 2. et Chiffl. tum in Indice, tum sect. 1. libri tertii, consentientibus, quam, vti antea legebatur, *Craccula.* Helii Gracilis Tacitus meminit, lib. 13. pag. 215. Turranii, lib. 1. pag. 6. Hunc Ovidius in poëtarum albo collocat, lib. 4. de Ponto, Eleg. 16. v. 29. *Musaque Turrani tragicis subnixa cothurnis.* Hispanus fuit, prope Mellariam Baeticae natus, auctore Plinio in prooemio libri 3. D. Turranium hominem χρηστομαθῆ appellat Cicero, lib. 1. ad Attic. ep. 6. pag. 8.

TVSCVS FABRICIVS. In Indice libri tertii.

V VA-

## V

VALERIVS ANTIAS. Syllae temporibus vixit. Scripſit annales haud exiguae molis opus: nam librum eorum LXXIV. citat Priſcianus, lib. 9. pag. 871. Gellius etiam quintum et LXX. lib. 7. cap. 9. pag. 422. Vide et Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 13. pag. 253. Plutarchum, in Romulo, pag. 25. Dionyſ. Halic. lib. 1. pag. 6.

VALERIVS MAXIMVS. Vide MAXIMVS.

VALGIVS. Citatur a Gellio, lib. 12. cap. 3. pag. 622. ſecundus liber eorum, quos C. Valgius Rufus inſcripſit, *De rebus per epiſtolam quaeſitis*. Laudatur a Plinio, lib. 25. ſect. 2. volumen eius imperfectum, quod ad Auguſtum ſcripſerat, de herbarum vſu. Meminit Valgii Feſtus, verbo *Secus*. Inter ſcriptores haud ignobiles reponitur a Seneca, ep. 51. pag. 263.

VARRO. Romanorum omnium doctiſſimus et πολυγραφώτατος M. Varro. Praeter libros de re ruſtica, et de lingua Latina, qui ad nos, cuiusque modi ſunt, peruenerunt, ſcripſit in primis Antiquitatum libros XLI. opere in duo volumina bipertito: quorum alterum inſcriptum fuit titulo Rerum humanarum, quod Plinius, et Priſcianus, lib. 10. pag. 894. appellant Humanarum Antiquitatum: alterum C. Caeſari dicatum, Rerum diuinarum. Ciceronem decennio fere anteceſſit. Scripſiſſe etiam de rebus admirandis, auctor eſt Nonius, cap. 3. num. 177. Libros Diſciplinarum laudat A. Gellius, lib. 18. cap. 15. pag. 1050. Sed de ſcriptis Varronis vberius egit Auſonius Popma, in libello quem inſcripſit, *Bibliotheca Varroniana*.

VARRO ATACINVS. De eo Hieronym. in Chron. Euſebii ad Olymp. 174. an. 2. *P. Terentius Varro*,

*vico Atace in Prouincia Narbonensi nascitur.* Non a vico, vt putauit Eusebius, sed ab Atace fluuio ei nomen, de quo amne Plinius, lib. 3. sect. 5. Vibius Sequester, et alii. Rectius Porphyrio in lib. Horatii, Satyra 10. *Terentius Varro Narbonensis, Atacinus ab Atace fluuio dictus.* Quin ipsa Narbona olim Colonia Atacinorum est appellata, teste Pomponio Mela, lib. 2. cap. 5. pag. 38. *Sed antestat omnes Atacinorum Decumanorumque colonia, vnde olim his terris auxilium fuit: nunc et nomen et decus est Martius Narbo.* Floruit Caesaris dictatoris, et Triumvirorum temporibus. Scripsit Argonautica, et Bellum Sequanicum. Quis fuerit ei scribendi character, docet Quintil. lib. 10. cap. 1. pag. 746.

VERRIVS FLACCVS. Caïum et Lucium, Augusti nepotes, Romae in Palatio docuit, atque exactae aetatis obiit sub Tiberio, inquit Suetonius, lib. de illustr. Gramm. cap. 17. pag. 123. Libros rerum memoria dignarum ab eo conscriptos Gellius laudat, lib. 4. cap. 5. pag. 283. Tabulas Consulares ac Triumphales, quas Onuphrius edidit, creditur a quibusdam Verrius ipse confecisse. Eius libellus, qui Saturnus inscribebatur, citatur a Macrobio, lib. 1. Saturn. cap. 4. pag. 199. Liber quartus de verborum significatione, a Gellio, lib. 5. cap. 17. pag. 349.

VESTINVS. Fuit C. Iulius Vestinus Consul, cum cum Silio Nerva, anno V. C. DCCCXVIII. extremis Neronis temporibus: a quo iussus sibi venas incidere. Tacitus, lib. 15. pag. 264.

VETVS. Lucius Vetus, praefectus exercitus aduersus Germanos, Neronis principatu, qui Mosellam et Ararim ducta fossa connectere parabat, vt nauigabilia inter se mediterranei, septentrionalisque

liſque oceani litora fierent, vt Tacitus refert, lib. 13. pag. 215.

VIBIVS RVFVS. Huius mentio apud Senec. lib. 1. Controv. 8. pag. 94. et Dionem, lib. 57. pag. 612. Sed conturbat me, quod in Indice libri 21. et 22. Vibius Rufinus legitur, de quo quid ſtatuam, certi nihil adhuc occurrit.

VIRGILIVS MARO, cuius ex Georgicôn libris Plinius multum profecit: in quibus agricolationem, vt ait Columella, lib. 1. cap. 2. fecit carmine potentem.

VITRVVIVS. Auguſti Caeſaris principatu claruiſſe creditur M. Vitruvius Pollio, cuius opus de Architectura manibus omnium teritur. Pliniano aeuo vetuſtiorem qui negant fuiſſe, hoc vno Indice coarguuntur, non audiendo teſte.

VMBRICIVS MELIOR, quem aruſpicum ſuo aeuo peritiſſimum appellat Plinius, lib. 10. ſect. 6. Is eſt Aruſpex Vmbricius, qui ſacrificanti pro aede Apollinis Galbae, triſtia exta, inſtantes inſidias, et domeſticum hoſtem praedixit, vt refert Tacitus, lib. 1. hiſtor. pag. 13. De Etruſca diſciplina librum ſcripſiſſe dicitur in Indice libri XI.

## X

XANTHVS hiſtoriarum auctor vocatus, lib. 25. ſect. 5. Sardianus fuit: Olymp. circiter LXX. floruit, ſcripſit de rebus Lydiae, teſte Strabone, lib. 12. pag. 572. Dionyſ. Halic. lib. 1. pag. 22. et Athenaeo, libro 12. pag. 515. Item Magica, teſte Clemente Alex. lib. 3. Stromat. pag. 431. et Laërtio in praef. pag. 1.

XENAGORAS. Huius liber primus Chronicorum laudatur ab Apollonii Schol. ad lib. 4. v. 262. Liber

Liber περὶ νήσων, *De insulis*, ab Etymologo, verbo Σφήκεια. Exstare is liber dicitur Mss. in Bibl. Noua librorum Mss. pag. 174. Patria Xenagorae incerta. Qui Syracusium faciunt, corrupto Plinii loco inducti sunt in fraudem, cuius loci vitium omne deteximus et sanauimus, lib. 7. sect. 57.

XENOCRATES Platonis auditor, cuius vitam Laërtius scribit, lib. 4. pag. 97. Exstat Xenocratis de alimento ex aquatilibus libellus, cum Iani Dubravii, de Piscinis et Piscium naturis, lucubratione excusus. Citatur hic Xenocratis liber ab Oribasio, lib. 2. cap. 58. pag. 25. Idem multo locupletior asseruatur in Bibl. Regia, teste P. Labbeo in noua Bibl. Mss. libror. pag. 127. et in Vaticana, cum libro eiusdem περὶ λίθων, de gemmis, vt ait idem, pag. 174. Scripsit et alia plurima, quorum Indicem Laërtius exhibet, pag. 99.

XENOCRATES, qui de toreutice scripsit, insignis fuit pingendi caelandique artifex. Tisicratis discipulus fuisse dicitur, lib. 34. sect. 19. Tisicrates Lysippi. Fuit autem Lysippus Alexandri M. temporibus. Vixisse igitur necesse est hunc Xenocratem statuarium, aetate Ptolemaei Philadelphi.

XENOCRATES ZENONIS, de quo in Indice librorum 33. 35. et 37. Ephesium hunc fuisse, eumdemque Neronis ac Vespasiani aeuo vixisse, Plinius docet, lib. 37. sect. XI. De pictura scripsisse, lib. 35. sect. 35. num. 5.

XENOPHON Atheniensis, cuius vitam Laërtius describit, lib. 2. pag. 45. Praeter Κύρου παιδείαν, aliaque quae exstant, scripsisse Periplum certum est, tum ex Valerio Max. lib. 8. cap. 13. tum ex Plinio, lib. 7. sect. 49. nisi forte is Xenophon, cuius Periplum eo loci appellat, alter ab illo Xenophonte fuerit: Ephesius fortassis, cuius Ephesiaca, libris octo com-

comprehensa, seruari ait in Bibl. Florentina Labbeus in noua Bibl. librorum Mss. pag. 174. Xenophontis prioris exstant fragmenta aliquot in Γεωπονικῶν libris, excerpta ex opere de re rustica.

XENOPHON LAMPSACENVS. Laudatur, a Solino, cap. 19. pag. 38.

Z

ZACHALIAS BABYLONIVS, qui libros scripsisse de gemmis dicitur ad Mithridatem regem, lib. 37. sect. 60. Ille fortassis, qui Apuleio, lib. 2. Asin. aur. 213. *Zachlas Aegyptius, Propheta primarius*, hoc est, Magus appellatur.

ZENO. Non illum Stoicae disciplinae principem laudari a Plinio arbitror, sed medicum Herophileum, Laodicea quae ad Lycum est oriundum, quem laudat Laërtius in Zenone, lib. 7. pag. 172. et Galenus, lib. 6. κατὰ γένη, cap. 10. pag. 818. Scripserat de notis morborum libellum, quem Aristoxenus Herophileus refutauit, vt docet idem Galenus, lib. 4. de differ. pulf. cap. 8. pag. 94. tomo 8.

ZENOTHEMIS, Tzetzae Ζηνόθεμις, Chiliad. 7. hist. 144. v. 163. inter eos scriptores laudatur, qui carmine aliqua tradidere de fabulosis hominum formis. Eius deinde Periplum laudat idem, v. 684. Meminit illius etiam Aelianus, lib. 17. hist. animal. cap. 30. et Scholiastes Apollonii ad lib. 2. v. 967.

ZOÏLVS MACEDO, Amphipolites enim fuit, quod Macedoniae oppidum est: Demosthenis magister: Homeromastix cognominatus, et Canis Rhetoricus, apud Aelian. lib. XI. var. histor. cap. 10. De Amphipoli, hoc est, de rebus patriis libros tres edidisse Suidas ait, pag. 1131.

ZOROA-

ZOROASTRES. Vnus hic fuerit, an multiplex, non ſatis conſtat, inquit Plinius, lib. 30. ſect. 2. Zoroaſtrem annis ante bellum Troianum quingentis extitiſſe ait Suidas, pag. 1133. circumferri libros eius quatuor περὶ φύσεως: alium περὶ λίθων: Libros demum quinque, Praedictionum ex inſpectione ſtellarum, ἀστεροσκοπικὰ ἀποτελεσματικὰ, qui libri maxime illi argumento congruunt, quod Plinius libro 18. pertractat, cuius in libri Indice Zoroaſtres aduocatur, et libro ipſo 18. ſect. 55.

---

HAR-

HARDVINI

# INDEX GEOGRAPHICVS PROVINCIARVM, CIVITATVM, MONTIVM, FLVMINVM etc.

IN

PLINII HISTORIAM NATVRALEM

## *A.*



Abzoae

Acro-

Aegy-

Afri

Ambra-

Antipo-

Ara-

Archi

Arthi-

Aſpen-

 Athar-

Atrax

Beru-

Bru-

## C.

Ca-

Cau-

Ce-

Cliſo-

Cro-

Cyre-

## *D.*

Edonis

Ere-

## F.

## G.



Gaetu-

Geba-

Graeci

Heli-

Hippo

Histo-

## I.



Idu-

Lade,

Leptis

## M.

Ma-

Maruvii

Mediae

Messapia

## N.

Oeni-

Orsi-

## *P.*

Panda

Paros

Paxoe

Perimu-

Phalan-

Philip-

Phyle

Ptole-

Q.



R.



Rhae-

Romu-

Sam-

Scyrius

Seleu-

Setae

Sidus

Smyrna

Suetr

## T.



Tacape

Trinium

Turcae

## V.



Vacunae

## X.



## Z.

# HARDVINI
# INDEX HISTORICVS
## NOMINA PROPRIA NVMINVM, VIRORVM, AC FEMINARVM etc.

IN

## PLINII HISTORIAM NATVRALEM,

EXHIBENS

## A.

Apelles

Ariſto-

C. CACI-

## C.



Calades

Caſſius

Cerau-

Claudia

Copiola

## D.



Daphnis

## *F.*



Fabia-

Hannibal

## *I.*



Iason

12,

L. Labeo

## L.

Marcel-

Messala

N. NAE-

## N.

## O.

Polybius

Pompo-

Ptole-

Pytho-

Salpe

Segesta

Silanion

## T.

## *V.*

## X.

INDEX

# INDEX AUCTORUM PRAECIPUORUM, QUI IN HARDUINI NOTIS PLINIANIS CITANTUR, ILLUSTRANTUR, EMENDANTUR.

## A.



 juris

Belloni-

Cam-

Leoni-

Firmi-

Goltzius.

## I.



## K.



## L.

Philoxeni

## T.



Ter-

## V.



Virgilius

NOMI-

# NOMINA EORUM
QUORUM
## COMMENTATIONES, VARIANTES LECTIONES ET NOTAE
AD
## TEXTUM PLINIANUM
IN EDITIONE HACKIANA,
VULGO, GRONOVIANA,
EXHIBENTUR

Agricola.
Alexander ab Alexandro.
Anguillara.
Baptiſta Egnatius.
Briſſonius. (Barnabas)
Bayſius.
Bochartus.
Brodaeus.
Budaeus.
Camerarius. (Joach.)
Canterus.
Capella. (Martianus)
Caſaubonus.
Conſtantius Fanenſis.
Crinitus. (Petr.)
Cujacius.
Dalecampius.
Delrio. (M. Ant.)
Dorleans.
Eraſmus.
Fortunatus. (Matthaeus)
Garcias.
Gelenius.
Gerbelius. (Nic.)
Goltzius. (Hub.)
Glareanus.
Gronovius.
Grucchius.
Guillandinus.

Gyral-

Gyraldus.
Hartungiu.
Hermolaus Barbarus.
Junius. (Hadrianus)
Leo. (Joh.).
Leopardus.
Lipſius.
Longolius. (Chriſtophorus)
Magius. (Hieronymus)
Maſſarius. (Franciſcus)
Mercurialis.
Merula.
Meurſius.
Mitalerius.
Muretus.
Nonius.
Onuphrius Panvinius.
Ortelius.
Oviedus.
Palmerius.
Pancirollus.
Pintianus.
Pithoeus. (Pet.)
Politianus.
Popma.
Raevardus.
Reineſius.
Rhenanus.
Rhodiginus.
Rondeletius.
Ruellius.
Salmaſius.
Scaliger.
Sigonius. (Car.)
Thevetus.
Turnebus.
M. Velſerus.
Victorius. (Pet.)
Voſſius (Iſ.)
Urſinus. (Fulv.)

APPEN-

# APPENDIX OBSERVATIONVM ET OPVSCVLORVM HISTORIAM NATVRALEM PLINII ILLVSTRANTIVM

# IO. MATTHIAE GESNERI

## EMENDATIONES ET EXPLICATIONES PLVRIVM LOCORVM PLINIANI OPERIS, IN CHRESTOMATHIA PLINIANA PROPOSITAE

C. Plinii Caecilii Ivnioris Epist. III, 5. *Erat sane somni parcissimi).* Postea *paratissimus somnus* mihi magis placere coepit, cum ederem Plinii epistolas Lips. 1739. 8. Add. Epistola ad Ernestum, calci earum subiuncta: vbi *paratissimum somnum* explicamus instantem et quasi insidiantem semper, vt dormire possis, quoties animum et laborem remiseris.

Ib. *Cum dico balinei, de interioribus loquor).* Nescio, quid sibi hic Hard. et Cellarius velint cum balnei locis secretioribus.

Ib. *Quis ex istis, qui tota vita etc.)* Sequimur lectionem vetustorum et Gruterianam, quam et Harduinus retinuit. Recentiores et Cellarius mirifice turbant.

Ib. Epist. VI, 16. *quamuis ipse plurima opera et mansura condiderit, multum tamen perpetuitati eius scriptorum tuorum aeternitas addet).* Sequimur hic, deserto Harduino, Gruterum, qui Codicibus MSS. vsus, negligi ab Harduino non debebat.

Ib. *Nono Calend. Septembris hora diei fere septima).* Ita legendum ex ipsius historia incendii, cum MSS. dissentiant, persuadet Masso. vita Plin. iun. p. 27. sq. qui idem anno V. C. DCCCXXXII,

rem contigiſſe, demonſtrat. In iis, quae ſtatim ſequuntur, Gruterianam lectionem, cur veteri et Hard. praetulerim, intelligentibus haud obſcurum eſſe poteſt. Accuſat Harduinum etiam Io. Maſſo. vita Plin. iun. p. 28.

Ib. *Nam longiſſimo velut trunco elata etc.)* Hard. ex vulgatis ante Gruterum *efflata*, quod vel ideo minus huic loco conuenit, quia poſt haec verba demum ſpiritui, ſ. vento, ex vertice montis prorumpenti, iſta nubis figura attribuitur.

Ib. *Magnum propiusque noſcendum etc.)* Etiam haec lectio Grut. *id*, quod alii inferunt, ex coniectura Caſauboni eſt, ſed non omnino neceſſarium.

Ib. *Non vertit ille conſilium etc.)* Ita Grut. quam lectionem alteri, quae negationem omittit, praeferendam, apparet.

PLIN. Hiſt. Nat. II, 7. ſ. 5. *totus animae, totus animi, totus ſui).* Heumannus coniiciebat, *totius animae, totius animi, totius ſui.* Sed conf. L. XXXIII, 4. ſ. 21. Aurum, arrugia quaeſitum, ſtatim ſuum eſt, i. e. nihil alieni admixtum habet: Et alibi: ſuae venae arena.

Ib. *feſſis rebus ſubueniens).* Res feſſae, i. e. res publica, malis feſſa et ad incitas quaſi redacta.

Ib. *Iouem quidem aut Mercurium etc.)* Hard. et quos vidi praeterea: . . . *quis non interpretatione naturae fateatur? Irridendum vero, agere curam rerum humanarum etc.* Ex qua re duplex oritur incommodum, primo vt mirifice torqueat ſe Harduinus, quo interpretetur, quid ſibi velit Plinius his verbis, *I. q. a. M. a. a. i. ſ. v. et eſſe coeleſtem nomenclaturam, quis non interpretatione naturae fateatur?* Deinde impia plane et Epicuri haram nimis redolens ſententia tribuitur Plinio, ſi ita dicat: *Irridendum vero, agere curam rerum humanarum* etc. Si enim

enim vel maxime ita ſenſiſſet, et ita ſenſiſſe non negauerim; non tamen auſus eſſet illud aperte adeo proloqui. Quid? quod paulo poſt dicit, *ex vſu vitae eſſe* illam de prouidentia deorum ſententiam: quam proinde pro ridicula habere quidem forte poterat, ſed ludibrio exponere vix audebat. Tota ſane ratio indicat, hic adhuc ἐπέχειν Noſtrum, et referre tantum aliorum ſententias, nihil ipſum definire. Porro emendatio noſtra litterulam vnicam inſerit, duas, quae errandi librario videntur occaſionem praebuiſſe, repetit, et ſi nulla re alia, mira certe facilitate ſe nobis ita commendauit, vt illam, cum poſt aliquam circa hunc locum aeſtuationem ſe nobis obtuliſſet, tanquam ex machina Deam, amplecteremur. Supereſt, vt, qui poſſunt, arbitrentur, Iunonemne ipſam, an nubem ſimus complexi. Heumanno ita placebat: *Quis non interpretum natura fateatur irridendum. Verum agere curam rerum humanarum illud q. e. ſ. nec tam tr. a. m. m. pullui, credamusne an dubitemus?* Aiunt Itali tali in re, ſi non ſit verum, eſſe certe belle excogitatum.

Ib. *digitis deos geſtant).* Reſpicit fortaſſe Plinius ad annulos phyſicos ſ. magicos, de quibus vid. Schol. ad Ariſtoph. Plut. 884. ſq. add. Tho. Reineſ. var. lect. L. III. p. 192. et Lindebrog. ad Ammian. Marc. XXI, 1. quos laudauit iam Kuſter. ad Ariſtoph. l. c. qui Antiphanis etiam ap. Athenaeum L. III. c. 34. p. 123. verſum producit.

Ib. *nec miſerius quidquam homine, aut ſuperbius).* Pro *aut ſuperbius*, Heum. *et tamen ſup.*

Ib. *ſuperque de morte non cogitant).* i. e. praeterea.

Ib. *in his deos agere curam etc.)* i. e. inter haec, ſ. interea.

II, 25. f. 22. *Pitheus doliorum cernitur figura, in concauo tumidae lucis).* Hard. et reliqui *fumidae:* Ausus sum *tumidae* substituere, quod Manilius I, 839. hoc verbo vtitur, et quod Seneca nat. quaest. I, 14. propius ad tumidam, quam ad fumidam lucem accedit, cum ait: Sunt Pithiae, cum magnitudo *vasti rotundique* ignis dolio similis vel fertur, vel in vno loco flagrat.

Ib. *longissimum octoginta)* Hard. contra omnium librorum fidem, quia ita verius, *centum octoginta.* Scaliger vero ad Manil. L. II. v. 814. p. 92. contra Muretum, qui iam ita emendandum censuerat, ita disputat, vt errasse Plinium ipsum cum aliis veterum, non librarios, contendat. Et est sane aliud, emendare errores librariorum, aliud ipsorum peccata scriptorum corrigere. Hic tamen quam pronum fuit vnicum C excidere? Quis autem credat, Plinio nihil innotuisse de cometa Neroniano, qui, Seneca teste, nat. quaest. VII, 21. sex mensibus, h. e. diebus CLXXX visus est?

II, 63. f. 63. *nullo magis sacra merito)* Ita ex MS. Harduin. alias legebatur *sacramento.*

Ib. *Cuius numen vltimum iam nullis imprecamur irati graue:)* i. e. mortuis. Heum. coniiciebat, *Cuius numen tumulatis imprecamur graue.*

VII, Prooem. f. 1. *magna saeua mercede contra tanta sua munera:)* Heum. coniiciebat: Magno sed ei constant sua munera.

VIII, 2. f. 2. *quem locum Gesclithron appellant)* Gr. γῆς κλεῖθρον, terrae claustrum. Frustra est Harduinus, cum Gesclithron, quod tamen etiam antiquissimae editiones agnoscunt, et asseuerat Turnebus, hoc nomine repudiat, quod graecum sit.

Ib.

Ib. *idque maxime humani ieiuni oris).* Heum coni. homine *ieiuniore*.

Ib. *quorum laudatione intereant probata,)* Assentiri non possum Harduino, qui hic ex *probata* Graecam effingit vocem πρόβατα, nulla idonea, quod mihi videtur, causa.

Ib. *Haud dissimile iis genus Pharnacum)* Quidam Codd. *Pharmacum*, forte a φαρμακεὺς, quod iam Salmasio visum, quem immerito propterea reprehendit Harduinus, caussatus, graecum nomen Aethiopiae non convenire. Ecquis vero ignorat, peregrinis et hominibus et rebus suae linguae nomina Graecos imposuisse? Dabit hic ipse locus, in quo versamur, paulo post Gymnosophistas et Monocolos, Sciapodas, Troglodytas, Struthopodes, etc. Et millenis forte exemplis, qui id negaret, reuinci queat: Sed est sane non hic tantum Harduinus in Salmasium iniquior.

Ib. *Sunt et Satyri subsolanis Indorum montibus)* Subsolanus fortasse, h. l idem est quod orientalis.

Ib. c. 20. s. 19. *in prodigiosa virium elatione).* Solinus *relatione*, vnde etiam a quibusdam editoribus in contextum Plinii receptum est. Sed Hard. ex omnibus MSS. *elatione*, i. e. vbi extollit vires etc.

Ib. c. 21. s. 21. — *tradidit Cicero. Idem fuisse, qui peruideret CXXV. M. pass.)* Acad. Quaest. IV, 25. Dissensus hic est circa numeros. MDCCC. stadia Ciceronis faciunt CCXXV. M. p. aut igitur apud Ciceronem legendum MLXXX, s. octoginta pro octingentis, quod vult Hard. quae faciunt accurate CXXXV, aut, quod non minus facile, numeri Pliniani restituendi, vt pro CXXXV, quod habent Codd. legatur CCXXV. Nouas difficultates Strabo iniicit, qui MD stadia numerat L. VI.

 p. 267.

p. 267, et L. XVII, p. 834. quod iam obſeruatum Perizonio ad Aelian. XI, 13. vbi Vir ſummus non ſatis feliciter illum cum Plinio conciliat, nulla ſiquidem Ciceronis ratione habita. Noſtrum non eſt, menſorum aut librariorum lites componere. Dimetiatur, qui volet.

VII, 28. ſ. 29. *T. Caecilium Dentrem*) Sequimur Harduinum, qui, etiam inuitis libris omnibus, *Dentrem* legendum eſſe, contendit ideo, quod Dentris vel Δέντωνος cognomen frequens in hac gente ſit, Teucrum autem Caecilium Romana ignoret hiſtoria. Quantum huic argumento tribuendum ſit, critici viderint. Ennii fragmenta nihil hic iuuant. Neque alius, quod ſciam, fratres iſtos laudat.

Ib. *vno tantum ſeruatus*) Ita ex coniectura reſcribere viſum eſt potius, quam legendum proponere meis, quod ipſe non intelligam. Non intercedo tamen, quo minus Plinio ſeruetur illud *vno tantum ſeruo*, gratias vero agam illi, qui me, quid haec verba ſibi velint, docuerit.

Ib. *quas Trebia Ticinusque aut Traſymenus ciuicas dedere? quae Cannis corona merita?*) i. e. nullas dedere, nulla merita.

Ib. c. 30. ſ. 31. *in illo abieciſſe, in hoc importaſſe*) i. e. quod reiecit, quod importauit.

Ib. *contra teſtamenti eius verecundiam*) i. e. reuerentiam.

Ib. c. et ſ. 34. *in ſumma*) i. e. denique.

Ib. *ingenii Romani terminos in tantum promouiſſe, quam imperii reliquis animi bonis*). Sequimur Harduinum: antea enim interpungebatur poſt *imperii*, vt nouum caput inciperet. *Reliquis animi bonis* etc. nullo ſenſu idoneo.

Ib.

Ib. c. 40. f. 41. *Gentium in toto orbe praeftantiffima vna omni virtute haud dubie Romana extitit*) Hard. *omnium;* fed *omni*, quod eft in Edd. vett., melius conuenire videtur fententiae Plinii: fc. populum Romanum non tantum virtute bellica, fed omnibus virtutibus fuperaffe omnes orbis terrarum populos.

Ib. *ad circumfcribendum feipfam ingeniofa*) i. e. decipiendum.

Ib. c. 43. f. 43. *Seruauit profcriptum a Sylla M. Fiduftium fenatorem, annis XXXIII, fed iterum profcriptus. Superftes Syllae vixit, fed vsque ad Antonium:*) Ita malui cum Gelenio, quam cum Harduino: *Seru. profcr. a Sylla M. Fid. Sen. an. XXXIII. fed iterum profcriptus fuperftes Syllae vixit vsque ad Antonium:* Neuter rationem lectionis fuae reddit, aut de diuerfa facit mentionem. Quidni igitur eam, quam intelligo, alteri praeferam, in qua merae funt tenebrae?

Ib. c. 43. f. 45. — *in ciuitate effe. Haec contigiffe ei* etc.) Ita diftinxi, vt indicarem ea, quae fequuntur, *haec contig. e. n. v. a. p. R. C.* finem effe orationis Metelli filii de patre. Hard. et reliqui ante *haec* interpungunt, incidunt ante *longum.* Quae fi vera eft diftinctio, nefcio, quam vere fcripferit Plinius. Caecitas enim Metelli nihil eorum refutat, quae gloriatur de eo filius; felicem dici non poffe, fic fatis oftendit.

Ib. *longum eft refellere et fuperuacuum*) fcil. felicem fuiffe.

Ib. *ad Tarpeium*) fcil. faxum.

Ib. *Et hoc dicebat iam Balearicis*) In editis adiiciebatur *et Creticis.* Sed eiectum id eft ab Hard. tum ex fide MSS. tum quod Metellus Creticus non filius fuit Macedonici, fed ipfius ex fratre Metello

Caluo abnepos. Pro *Dalmaticis* habent fere libri *diadematis*. Et sane qui Dalmaticus fuit, idem etiam *diadematus* quibusdam videtur. Sed negat Cl. Ernesti in Claue Cic. Origo nominis certior, nempe quod vlcus in capite reuinctum illud contra Romanum morem gereret. Putauerim tamen, Plinium hic potius honoris titulos enarrare. Certe debuit.

Ib. *in quod triumphans ipse de eorum exuuiis, ne captiuos quidem sic traxerat*). Ordo est: in quod triumphans ipse ne captiuos quidem de eorum exuuiis sic traxerat.

Ib. c. 45. s. 46. *quem vniuersa mortalitas in hac censura — volumina*). i. e. iudicio, cum *censendum*, i. e. iudicium ferendum est de felicitate. *volumina*, i. e. vicissitudines.

Ib. c. 50. s. 51. — *nec vnquam fere aliter: non hyeme, nec vt ternos excedat menses*). Ita Hard. ex MSS. alii contra Plinii et bonam mentem: *nec vnquam fere aliter, nisi hyeme.*

VIII, 4 s. 5. *sed et fere cuncta, quid caueant*). Recepi emendationem Salmasii, al. *sed et per cuncta*, quod tamen et ipsum ferri posse, non nego. Harduin. coniicit *super* cuncta, sed retinet in textu vulgatum.

Ibid. *Certe Cato, cum imperatorum nomina annalibus detraxerit*) Loco Nepotis Cat. 3. *atque horum bellorum duces non nominauit, sed sine nominibus res notauit*, egregie confirmatur Harduini emendatio, qui ex MSS. reposuit *detraxerit*, cum Gelenius et alii habeant *describeret*.

Ib. *Cum Bocchus rex XXX elephantis, totidem —*) sc. maleficos capitis damnatos. Harduinus intelligit elephantos; minus recte: nam si hoc voluisset Pli-

Plinius, addidiſſet certe *alios*, *eiusdem generis*, vel ſimile quid.

Ib. c. 7. ſ. 7. *Sed Pompeiani)* ſc. elephanti.

Ib. *cum ſexagenis propugnatoribus)* Vel diſtributiuum poſitum eſt pro primitiuo, ſexaginta; vel propugnatores ſunt ii, qui circa elephantos erant; vel leg. *ſenis*.

Ib. *in conſummatione gladiatorum)* i. e. cum conſummarentur gladiatores. Conſummati gladiatores ſunt qui depugnarunt.

Ibid. c. 8. ſ. 8. *cuius incluſos euripis foſſisque)*. Legitur *ripis* etiam in editione Harduini, ipſe tamen non poenitendam vocat hanc Pintiani coniecturam.

Ib. *argumentum)* ſc. elephanti perdomiti.

Ib. c. 10. ſ. 10. *expetiti in callo manus ſaporis)* Ita Hard. ex MS. al. expetit in callo manus vim ſaporis.

Ib. *ſepesque in iis, et pecorum ſtabulis palos, elephantorum dentibus fieri)* Ita reſcripſi ex antiquiſſima editione Plinii, quae e Gudiana bibliotheca ad dominum meum peruenit, nim. A. 1470. Hard. *ſepesque in iis et pecorum ſtabulis*, *pro palis*, *elephant. etc.*

Ib. *Commoritur ea dimicatio)* i. e. commoriuntur dimicantes.

Ib. c. 12. ſ. 12. *Mira animalium pro ſe cuique ſolertia eſt, vt his. Vna* —) Secutus ſum lectionem Harduini, ex MS. depromtam, niſi quod interpunxit ille poſt *una*. An melius ego, iudicent, qui poſſunt. *His* eſt Datiuus, ſc. elephantis, draconibus; *vt* ſignif. exempli cauſa. Eiusmodi tranſitus a theſi ad hypotheſin etiam alibi occurrit. e. g. Cic. Verr. IV, 26: Genera ipſa cupio breuiter attingere: *vt* hic modo me commonuit Piſonis

ſonis annulus, quod totum effluxerat. *Vna* eſt, vt arbitror, vel *prima*, vt vigeſimus vnus, pro primus; vel *aliqua*, *quaedam*.

Ib. *intortuque illigata*) Aſſumſi lectionem, quam e veſtigiis MSS. effinxit Hard. vulgo *arctatisque*.

Ib. c. 16. ſ. 18. *vt ſi fugiendum ſit in ſatietate, abeant)*. Ita Harduinus. Gelenius: vt (ſi fugiendum ſit) non ſatietate grauentur.

Ib. c. 16. ſ. 21. *κεχηνότος Διονύσου*) Lectio huius loci, a Gelenio primum ex veſtigiis MSS. eruta, confirmatur loco Aeliani de animal. VII, cap. vlt. fin. ſed corrupto, vbi cum Androcli de leone hiſtoria coniungitur clara Sami et *Διονύσου κεχηνότος* mentio. Tentabo, ſi poſſim coniectura Aeliano verba ſua reſtituere: certe id me effeciſſe, nemo negabit, vt dicere aliquid videatur Aelianus, qui adhuc aenigmata loquitur. Lego itaque: *καὶ εἰ τοιȣτῶδές τι εἰδών τις ἐν τῇ Σάμῳ, ἐπὶ τοῦ κεχηνότος Διονύσου, νομίζοιτο ἂν καὶ τὸν φωλεὸν εἰδέναι. καὶ τοῦτο ἀκουέτω, Ἐρατοσθένους τε καὶ Εὐφορίωνος, καὶ ἄλλων, περιηγουμένων αὐτό.* Adhuc legitur. *καὶ ἐς τὸ αὐτὸ δ' ἐστὶν εὕδοντος κ. τ. λ. τοιουτώδης* rarior vox, et praeterita copioſis etiam lexicis, quaeque errandi adeo occaſionem librariis videtur praebuiſſe; proba tamen et adhibita v. g. Luciano, Atticiſtae non minus, quam Aeliano, Reuiuiſc. T. I. p. 327. edit. Amſtelod. *Τοιουτῶδες εἶδος ἀνθρώπων.* Interpretor autem Aelianum ita: Et ſi quis huiuscemodi quidquam cum viderit in Samo in hiantis Bacchi *templo depictum*, putauerit *eadem opera* ſe ſpeluncam *Androcli*, *de cuius modo hiſtoria dictum eſt*, vidiſſe; is audiat hoc ipſum etiam referentes Eratoſthenem et Euphorionem atque alios, *vt adeo duas hiſtorias, non vnam eandemque eſſe, apertum ſit.*

Ib.

Ib. f. 24. *ne liceret Africanas in Italiam aduehere.)* fcil. beftias.

Ib. c. 17. f. 22. *parensque*) Ita Hard. ex MSS. quod praeferendum alteri lectioni *pauens*.

Ib. c. 22. f. 34. *Id quoque in fabulis, eandem recipere veftem*). In libris eft: *Id quoque* Fabius; quod nomen cum huc non conueniat, varia comminifcuntur viri docti, quorum coniecturis, hanc noftram non inferiorem, lectoribus autem noftris facilitate commendabilem, arbitramur.

Ib. *eundem decimo anno reftitutum, athletice certaffe in pugilatu)* Recepi coniecturam Hard. ante eum legebatur: reftitutum athleticae, certaffe etc.

Ib. c. 32. f. 50. *Febrium morbos non fentit hoc animal, quin et medetur huic timori*). Nimis argutus videtur Harduinus, cum huc trahit illud Martialis VI, 31. in Charidemum, qui, vxorem a medico corrumpi, fciens et volens patiebatur, *vis fine febre mori*; allufione ad ceruorum nunquam febricitantium cornua facta. Neque tamen placet vulgaris interpretatio, qua putant, Charidemum hac ratione gratiam inire a medico voluiffe, vt eo maiorem fanitatis fuae curam is haberet. Sed ita puto interpretandum: *vis fine febre*, h. e. praeter naturam, veneno fcilicet, *mori*, quod vxor adulterio abs te abalienata, et medico iam fceleris focietate deuincta, eo facilius et tectius propinare tibi poterit.

Ib. c. 33. f. 51. *circa caprificos ferus, innoxius alioqui*). Quae Harduinus ad h. l. de die caprificiali, quem cum Vulcanalibus conuenire dicit, ea quodammodo retractat ad XI, 15. Ac fane αἱ δεύτεραι eius φροντίδες videntur σοφώτεραι.

Ib. c. 36. f. 54. *teftato quoniam potum in vrfinam rabiem agat*). *teftato*, eft ablatiuus abfolutus et intelligi poteft ita: quod confirmatur eo, quoniam homi-

hominees, qui ex eo bibant, in rabiem agat. Male interpretatur Harduinus.

Ib. c. 37. f. 56. *In desperatione vero vrinam in se reddunt,)* Hard. *ex se.* Malui tamen retinere lectionem Gelenianam, quia id videtur significare voluisse Plinius, herinaceum ipsum sua se vrina conspergere. Ἐχῖνος ἐνουρεῖ τῷ δέρματι.

Ib. c. 40. f. 62. *ita morsis letali aquae metu).* i. e. cum morsis a cane rabioso letalis sit aquae metus.

Ib. c. 42. f. 65. *Ingenia eorum inenarrabili iaculantes obsequio experiuntur, difficiles conatus corpore ipso nixuque iuuantium).* Non puto, me vim fecisse Plinio, cum ex vulgato *inenarrabilia*, coniectura ductus, vltimam literulam expunxi, et pro *inuitantium* ex MS. quem indicat Hard. posui *iuuantium.*

Ib. c. 42. f. 67. *In eadem Hispania Gallaica gens, et Asturica equini generis, quos Thieldones vocamus, minori forma appellatos Asturcones gignunt, etc.)* Harduinus legit et distinguit: *in ead. Hisp. Gall. gens est, et Asturica; equini generis, (hi sunt, quos Thieldones vocamus, m. f. app. Ast.) gignunt*, etc. Quod ita παραφράζει: In equino genere Gallaecia Asturiaque gignunt eos, quibus non vulgaris etc. Eligat quod quisque vult, aut, quod malim, meliora vtrisque comminiscatur.

Ib. *vnde equis tolutim carpere incursus traditur arte).* Pro *carpere incursus* Hard. maluit *capere incessum*, ead. sententia.

VIII, 46. f. 71. *quae vocant thalamos, auguria populorum).* i. e. vnde auguria captant populi.

Ib. *summotu lictorum)* i. e. summouentibus lictoribus.

IX, 6. f. 5. *Balaenae et in nostra maria penetrant).* i. e. in partes maris mediterranei.

Ib.

Ib. *pariendiue poenis*) i. e. doloribus.

Ib. *Ora balaenae habent in frontibus*:) balaenae est casus Genitiui: Orcae habent ora balaenae.

Ib. c. 8. s. 7. *non corripiunt, quae caussa*) sc. corripiendi praedam.

Ib. *ad respirandum emicant*) i. e. exsiliunt.

Ib. s. 8. *mulcetur symphoniae cantu*) i. e. musicae, harmoniae. Non opus est cum Harduino intelligere instrumentum musicum: inprimis cum genus quoddam symphoniae statim subiiciatur: *et praecipue hydrauli sono.*

Ib. *Iniuriae potestatum in hospitales*) Recte Harduinus diuisim *in hospitales*. Cum ante voce duplicata legeretur *inhospitales*.

Ib. s. 9. *ex aduerso*) i. e. e contrario.

Ib. *ne id ipsum fugam hostium stimulet* —) *id ipsum* non refertur ad praecedentia *includi retibus se gaudent*, sed ad sequens *elabuntur*.

Ib. *quod est alias blandissimum*) i. e. facillimum.

Ib. c. 35. s. 54. *Origo atque genitura concha est*) Coniecturam hanc Harduini recipere non dubitaui, vulg. *conchae*.

Ib. *ex eo quippe constare, coeli eis maiorem etc.*) Eieci *que* post *coeli*, sententiae molestum. Harduinus pro eo *quoque* coniiciebat, ead. sententia.

Ib. s. 56. *Clarior in rubro mari repertis. Indicos specularium lapidum squama assimulat, alias magnitudine praecellentes*). Expressi lectionem Harduini ex MSS. neque tamen contemnenda videtur Geleniana: *Clarior i. r. m.* repertus (intell. vnio) *Indicus s. l. s. a. a. m.* praecellens.

Ib. s. 57. *Iniecit alteri manum L. Plautius*, — *eum quoque parante simili modo absumere*) Mutaui *paranti*, vt vulgo legitur, in *parante*, obscuritatis euitan-

euitandae causa, et ne duplex Datiuus iungeretur *iniecit.*

X, 20. s. 23. *ex eo quaestu reditus sestertium sexagena millium habuit*). scil. annuos; quod docet locus Varronis de R. R. II, 6. „de pauonibus nostra memoria greges haberi coepti, et venire magno. Ex iis M. Aufidius Lurco supra sexagena millia numûm *in anno* dicitur capere.“

Ib. c. 21. s. 24. *Romana purpura*) i. e. Romani magistratus.

Ib. 72. s. 92 *in putamina extussiunt*) Ita Hard. al. *excutiunt*. neutrum male.

XI, 2. s. 1. *portione maximam vocem ingenerauit*) i. e. proportione. Ita XVI, 41. s. 80. teredines capite ad portionem grauissimo.

Ib. 11. s. 12. *rapiunt diebus serenis munia*) i. e. festinanter perficiunt.

Ib. 17. s. 17. *Quaerat nunc aliquis, vnusne Hercules fuerint, et quot Liberi patres, et reliqua vetustatis situ obruta?*) Harduinum sequimur. Gelenius, *et quod Liberi patris sepulcrum.* Et sane disputationis materiam eam esse potuisse, vel inde apparet, quod Eusebius in Chron. ad A. 3896. refert, regnante Athenis Pandione, M. Varrone poeta teste, Liberum patrem aduersus Perseum pugnantem in praelio occisum esse, eiusque videri *sepulcrum* apud Delphos iuxta Apollinem aureum.

Ib. s. 20. *cum fauos non explent, cleron vocant*). Hard. ex MSS. omissa negatione, *explent* i. e. minuvnt. Et sane prouocatur ad Ter. Hecyr. V, 1. 29. it. 2, 19. et 21. Virg. Aen. VI, 545. Horat. II. Od. 7, 21. vbi *explere* ea notione dici volunt, adstipulantibus etiam ad Terentium Donato, et Servio ad Virgilum ll. cc. Nonioque IV, 169. p. m. 298. Sed vt verum fatear, locis istis omnibus ordina-

dinaria ſignificatio locum habere videtur. Solius aliquid efficit Ennii verſus a Seruio laudatus: *Nauibus explebant ſeſe, terrasque replebant.* Sed hic alia eſt conſtructio. ἐπέχω.

Ib. 37. ſ. 54. *Oculus vnicolor nulli; cum candore omnibus medius color differens*). i. e. praeter candorem medius, inter hanc et pupillam nigram ſemper, color ab vtroque differens.

Ib. ſ. 55. *nullo oculorum vitio*) ſc. externo.

Ib. *nulla praecedente iniuria*) ſc. externa.

XIII, 11. ſ. 21. *cum in Sebennytico ſaltem eius nomo omnis charta naſcatur*). Repraeſentauimus lectionem h. l. vulgatam ante Harduinum: qui neſcio, quam bene, ex MS. pro *omnis* dedit *non niſi*.

Ib. 12. ſ. 25. *ſed inſerta mediis glutinamentis ina e iunco papyri bibulo*) Salmaſianam hic lectionem ſecuti ſumus; Harduinus: *taenia, fungo papyri bibula*.

XV, 18. ſ. 20. *celeritatemque conſilii*) Legitur quidem etiam apud Hard. *curſus*. Neque, id commode explicari poſſe, nego. Cum vero *conſilii* ſingularem concinnitatem mihi parere videretur, neque nimium abire ab apicibus vocabuli *curſus*; auſus ſum tantum mihi indulgere, vt vel in librarios, vel, ſi mauis, in Plinium ipſum magiſterium quoddam exercerem.

Ib. *de terrarum orbe*) i. e. de imperio terrarum orbis.

Ib. 19. ſ. 21. *fraudati alimento in matre*) i. e. arbore, ex qua orti ſunt.

Ib. *putri eius tabe*) i. e. putreſcit et in tabem reſoluitur.

Ib. *Quae ratio puluere et caprificatione etc.*) Harduinus explicando tenebras huic loco offudiſſe videtur.

Ib.

Ib. *Honos laudatas seruat in capsis*) i. e. honoris causa seruantur in capsis eae, quae sunt laudatiores.

Ib. *Cum recenti fico salitis — vesci*) Nihil opinor, opus est, vt cum Harduino intelligamus *carnibus*. v. Nonnius de re cibaria L. I. c. 34.

XVI, 4. §. 5. *O mores aeternos*) i. e. aeterna memoria et laude dignos.

XVII, 1. §. 1. *exemplo grauis*) i. e. noxius Reip., et non ferendus.

Ib. *et ab ipsa mea censura notandus*) i. e. ab eo, qui mecum censor est.

Ib. c. 4. §. 3. *quando senescant sata quaedam aqua*) quando, i. e. siquidem, cum; sed hoc sensu non solet construi cum Coniunctiuo: itaque leg. *senescunt*.

Ib. *Tanta est argumentorum etc.*) i. e. signorum, vnde terrae bonitas dignoscitur.

Ib. *Redigamus ad ligni cariem*) i. e. reuocemus, transferamus.

Ib. 14. §. 22. *Semine quoque inserere natura docuit, raptim auium fame deuorato, solutoque,*) In editis, ipsius etiam Harduini, est *solitoque*, pro quo pronum fuit vix immutato apice reponere *solutoque*, quod verum esse, et a Plinio profectum, mihi persuasi, forte etiam aliis, rem ipsam considerantibus, persuadebo.

Ib. §. 23. *Timebant prisci truncum findere; mox imperare ausi medio*). Ita Hard. ex MSS. pro vulgato *inforare*, quod Latium non agnoscit. Imperare medio trunco, est, cogere vel eo adigere medium truncum, vt ferat, quod volumus.

XVIII, 3. §. 3. *nouae nuptae farreum praeferebatur*). Farreum est libi genus ex farre factum. *Festus*.

Ib. *noxaeque duplionem decerni*). Ita emendauit Lipsius Epistol. Quaest. IV, 27. p. 400. Hard. *noxiamque duplione decerni*.

Ib.

Ib. c. 5. f. 6. *In re ruſtica operae ne parcas, in agro emendo minime).* Cato R. R. 1: Ne cupide emas, neue opera tua parcas viſere, et ne ſatis habeas ſemel circumire etc. Plin. Ep. II, 24: Mala emtio ſemper ingrata eſt, eo maxime, quod exprobrare ſtultitiam domino videtur.

Ib. c. 6. f. 7. *non fraudando magnitudine hac quoque ſua Cn. Pompeio)* i. e. quo loco fraudari non debet merita laude Pompeius.

Ib. *quam proximum domino corde eſſe debere).* Cor eſt ſapientia.

Ib. f. 8. *malis bonis)* i. e. vilibus bonis.

Ib. *Nec cum dicerent malis etc.)* Peruertit ſententiam huius loci et lectionem vulgatam deſerit Hard. cum pro *Nec* legit *Namque.*

XIX, Prooem. *ſed paſſum tuſumque et in mollitiem lanae coactum).* Hard. praeter neceſſitatem *fractum* ſubſtituit; id enim iam continetur in *tuſum.*

Ib. *Nulla execratio ſufficit, contra inuentorem dictum ſuo loco a nobis etc.)* Cum haec ſcribo, mendi mihi ſuſpectus ſit hic locus. Quid enim? nonne eiusdem erat hominis velum, malum, et antennam inuenire, aut quis poteſt eſſe vſus veli ſine malo et antenna? Icarus porro Daedali filius perhibetur, fuiſſe, isque iuuenis admodum in aquis periiſſe. Quid? ſi quem *Icari* forte admonuerit pater Daedalus, isque de ea re in margine aliquid notaverit, vnde in ipſum contextum poſtea irrepſiſſe poteſt importunus *Icarus.*

XXII, 2. f. 3. *Auctoritas quanta debeatur etiam ſurdis, (hoc eſt, ignobilibus) herbis, perhibebitur).* Quid ſi verba, *hoc eſt, ignobilibus,* ſint e gloſſa, vel interpretatione?

XXIII, 1. f. 22. *Quae ſunt admodum exalbida, haec vetuſtate ſalubria fiunt).* Malui vulgatam lectio-

nem retinere, quam cum Harduino legere *insalubria;* nam ipse Plinius sect. 23: ad omnia maxime prodest album inueterascens.

Ib. s. 23. *itemque e iugi superbibere*) Ita Hard. Non dissimulabo tamen emendationem Gronouii, qui legit: *Aquae potum interponere vtilissimum; itemque iugem superbibere. Ebrietatem quidem etc.* et *iugem superbibere* interpretatur, aquam quoties bibas, superfusam vino bibere.

Ib. s. 24. *Non expedire vomitoribus, sicut neque mustum, neque sapa, neque passum*). Hard. *vomitionibus:* sed cum ille sola nouitate vocis videatur offensus, neque MS. alleget, retinere malui probam Senecae iudicio (Ep. 88. Quid enim liberale habent isti ieiuni vomitores, quorum corpora in sagina, animi in macie et veterno sunt?) vocem et huic loco apprime aptam.

Ib. *Heluenaco quoque tamen nimio caput tentari, conuenit.*) i. e. constat, consentiunt auctores.

Ib. *genis stantibus*) i. e. palpebris.

Ib. s. 27. *Oculis quoque illo modo saluberrimum fotu. Medetur potae hirudini).* Hard. hanc lectionem suam confirmat Dioscoridis loco V, 21. βδέλλας ποθείσας καταῤῥοφούμενον ἀποβάλλει. Alii hunc locum ita concipiunt: *Oculis quoque illo modo saluberrimum. Plurimum fotu medetur post vredines.* Argute sane Harduinus. Neque tamen damnauerim *vredines*, cognatas *lepris, furfuribus etc.* quorum hic mentio fit.

XXIV, 47. s. 102. *Hestiatorida a conuictu in Perside nominari, quoniam hilarentur illa*). Nescio, an hanc sibi emendationem bona fide tribuat Harduinus. Certe proposuerat illam Io. Frid. Gronouius, qui, et Pintianum ita fere cogitasse, scribit.

Ib.

Ib. *Casigneten, quoniam secum ipsa nascatur, nec cum vllis aliis herbis).* Parum feliciter Hard. coniicit *Acasigneten.* Negat Plinius, cum aliis nasci herbis, cum sui generis semper prouenire, adfirmat.

XXV, 3. s. 6. *Nec bestiarum solum ad nocendum scelera sunt, sed interim aquarum quoque aut locorum).* *Scelus* est occulta vis nocendi; quomodo etiam *iniuria* dicitur ap. Nostrum. *interim*, i. e. interdum.

XXVI, 3. s. 8. *nunc corpora ad ignes torrendi, solesue assiduo quaerendi, in vrbe nimbosa imo vero tota Italia: impertito tum primum pensili balinearum vsu).* Legitur in Harduini editione, *imo vero tota Italia* imperatrice: *tum primum etc.* Cum vero illud *imperatrice* plane hic ἀπροσδιόνυσον videretur; audaci, fateor, coniectura rescripsi, quod vides, lector. An ignoscendum mihi sit, tute videris. Suprema huic libello lex est, proponere tironibus, quae intelligant, quaeque tuto imitentur.

XXVIII, 2. s. 3. *Praeterea alia sunt verba impetritis, alia depulsoriis, alia commendatitiis).* Hard. legit *commentationis;* sed quid rei illud sit, non explicat. Nostra, siue emendatio est, siue interpolatio, non nimium recedit a scriptura vulgata, et sensum parit non incommodum: superest, vt aliquando antiqui scriptoris, quae iam non succurrit, auctoritate firmetur. Possit etiam leuiori mutatione legi *commendationis.*

Ib. 4. s. 7. *carcinomata, malo terrae subacto)* Mihi in mentem venit suspicari, an non *malo* corrupta vox sit ex abbreuiato *mplo*, i. e. *manipulo* orta. Lutum enim saliua ieiuna subactum mirum in modum commendant superstitionum patroni. Vid. Casaub. ad Pers. p. 201. Facit tamen pro Hard. cyclaminum a Plinio XXV, 9. s. 67. laudatum.

Ib. *iubetque eosdem respicere similis medicina linguae, vt sit exorata Fortuna gloriae, a tergo carnificem*). Parum pudori suo hic etiam consulit Harduinus, praeclarissime caeteroquin de Plinio atque litteris meritus. Emendauerat hunc locum ita, vt illum dedimus, Io. Frid. Gronouius. Huius ille inventis praeterito auctore vtitur, ac ne videatur illum secutus, vltima verba ita profert, *vt sit exorata a tergo Fortuna gloriae carnifex*, reprehenditque adeo, qui *carnificem* legant. Parum candide, quod non laudat Gronouium, duriuscule, quod fortunam vocat carnificem gloriae, nescio an longe ab impudentia vel stupore, qui in illum non cadit, absit, quod etiam reprehendit Gronouium.

Ib. f. 12. *Si vero ex aliis ossibus, impositis capiti ex eodem osse ossiculis*). Non est quod Hard. hic praeferat *vase*. Prouocat ad locum Marcelli Empirici, sed qui receptae lectioni videtur fauere, c. 15. p. 112: Si de pisce os faucibus haeserit, *spinam mediam eiusdem* piscis infringes, et aliquam partem ex ea pollice medicinali digito super verticem eius, cui os vel spina haerebit, appones; sed vtilius erit, si nescienti id facias.

Ib. c. 6. f. 15. *Sternutamenta pinna grauedinem emendant, et si quis mulae nares, vt tradunt, osculo attingat, sternutamenta et singultum*) Hanc veram lectionem Harduinus ex locis scriptorum medii aeui, Plinium procul dubio secutis, probauit.

XXIX, 1. f. 5. *Auditor eius Themison fuit, qui quae inter initia scripsit, illo mox recedente a vita, ad sua placita mutauit*). Sequimur emendationem Harduini, et, qui prius eam proposuit, Gronouii. Ante legebatur: *qui, quae inter initia scripsit, illo mox recedente e vita, ad sua placita mutauit.*

Ib.

Ib. ſ. 7. *et quod bonum ſit, eorum litteras inſpicere, non perdiſcere vincam. Nequiſſimum* —) Repraeſentaui Harduini lectionem. Ante eum interpungebant ante *vincam.*

Ib. ſ. 8. *Et cum Graecos Italia pellerent, diu etiam poſt Catonem, excepiſſe medicos*). Monet Harduinus, *excipere* hoc loco non eſſe demetere, ſecernere, vel eximere numero: ſed nominatim cauere. Fieri poteſt, vt recte hoc praecipiat de Plinii loco, ſi, quod vereor, non eſt corruptus: ſed, quem ſolum in ſententiam ſuam laudat, locus Ciceronis ad Q. fratrem, L. 1. ep. 1. c. 9: *nominatimque lex exciperet, vt ad templum monimentumque capere liceret*, is locus non facere pro Harduino, ſed ad vulgatam verbi ſignificationem pertinere mihi videtur, et forte aliis etiam attente conſiderantibus videbitur.

Ib. *Augebo prouidentiam illorum*) i. e. magis declarabo.

XXX, 1. ſ. 2. *Chironis medicinis contenta*) *contenta* eſt Caſus ablatiui, ſc. Theſſalia.

Ib. 2. ſ. 5. *aliaque non patiente mundo*) i. e. cum interim mundus vel rerum natura repugnaret. Hard. interpretatur: *aliaque, quae vix mundus ferre poterat.* Quam interpretationem ipſis Plinii verbis obſcuriorem mihi videri, non inficior.

XXXI, 3. ſ. 26. *quodam conuexitatis cardine*) Non capio interpretationem Harduini, *deuexi ac declinis tumuli collisque faſtigio.* Neque enim ex faſtigio montium, ſed locis reſpectu aliorum depreſſioribus ſcaturiunt aquae.

Ib. ſ. 27. *augurio fallaci*) i. e. indicio.

Ib. *Nam ſi terra ſitiente humidior eſt ille etc.)* Humidior eſt repercuſſus, i. e. ſigna humoris praebet.

I. ſ. 29. *Nili rigua)* i. e. campos a Nilo rigatos, ſ. aquas Nili, Aegyptum rigantes.

XXXIII, 1. ſ. 1. *quaqua calcatur*) Harduino non ſatis fuiſſe cauſae videtur, cur *calcatur* mutaret in *ſecatur.*

Ib. ſ. 6. *ſi populo reconciliaſſet ordines*) i. e. ſenatum et equites.

Ib. *atque etiam priuatim articuli minoribus aliis*) i. e. ſpeciatim.

Ib. 7. ſ. 41. *vt tranſierit intellectus ad voluptates animi quoque*) i. e. vt ſalis nomine *intelligantur* ea, quae animo voluptatem creant etc.

Ib. 3. ſ. 13. *Ita reſp. dimidium lucrata eſt).* Haec Plinii verba tantum ad mutationem aſſium ſextantariorum in vnciales traho. Harduinus cum ad denarii etiam mutatum valorem hoc torquet, obliviſcitur, ex ſua ipſius ſententia, ſedecim aſſes vnciales dediſſe remp. pro denario, ſedecim aſſes vnciales valere eundem iuſſiſſe. Quoquo te vertas, in hac quidem mutatione non amplius lucrata respublica, quam duos ſextantarios aſſes, aut quatuor vnciales. Sed id non agit Plinius. Neque ego illis haec ſcribo, qui Harduinum conferre non poſſunt.

Ib. *In militari tamen ſtipendio ſemper denarius pro X aſſibus datus*). Neſcio quam bene huc trahat Harduinus, quin ſcio, non recte huc trahere, Percenni, apud Tacit. Ann. I, 17. orationem, qui exercitum Pannonicum ſtimulat, vt pro denis aſſibus diurni ſtipendii, ſingulos denarios in poſterum ſibi dari poſtulet.

Ib. ſ. 14. *Sed a nummo prima eſt origo auaritiae, foenore excogitato quaeſtuoſaque ſegnitia).* Sequimur lectionem et diſtinctionem Harduini, niſi quod pro *excogitata* illius reſcripſimus *excogitato*, quod haud paullo

paullo commodiorem ſententiam parere nobis quidem videtur.

Ib. ſ. 15. *Sicut Carthagini cum Hannibale victae XII M. pondo annua in quinquaginta annos, nihil auri).* Harduinus, qui in hoc argumento paſſim Gronouii inuentis vtitur, etiam hic patientiam candidi lectoris fatigat. Viderat Gronouius pro *aut*, quod erat in MSS. legendum *XII*. Viderat Gronouium Harduinus; ac nihilominus elegantiſſimam obſeruationem ſibi vindicat. Sed talia ſunt plurima.

Ib. *Iam regnauerat in Colchis Salauces, et Eſubopes*). Hard. obſeruat, legere non neminem pro *et Eſubopes* Aeëtae proles. Aeëtes pater Medeae. Gronouius coniicit, Salauces, et Aeëtes, Voopes.

Ib. ſ. 15. *qui terram virginem nactus*) h. e. intactam.

Ib. ſ. 16. *et nos fecimus*) i. e. quidam inter Romanos fecerunt.

Ib. 4. ſ. 21. *ſudoris, qui e catino iactatur, ſpurcitia, in omni metallo vocatur ſcoria).* Puto, me rationem habuiſſe, cur *catinum* Gelenii, praeferrem Harduini *camino*.

Ib. *fracturis*) i. e. fragminibus, vel, fragmentis.

Ib. *flumina — ducere obiter*) i. e. praeter curſum inſtitutum et naturalem.

Ib. *Aurum arrugia quaeſitum non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt).* i. e. ſuae ſolius naturae, nihil alieni admixtum habens. conf. Lib. II, 7. ſ. 5.

Ib. 6. ſ. 31. *Nuper inuenta aeris vena infra alumen alba, nullum finem ſpei fecit).* Retinui *nullum* ex antiquis editionibus. Harduinus, cur omittat hanc vocem, rationem adfert nullam. Apparet vero, Plinium dicere aliquid voluiſſe veterum experientiae contrarium.

Ib. 7. f. 37. *Theophrastus XC annis ante Praxibulum Athenienſium magiſtratum, quod tempus exit in vrbis noſtrae CCCCXXXIX annum, tradit inuentum minium a Callia Athenienſe etc.)* Si vsquam in Harduino candorem deſideraui (quem is parum habere penſi videtur, cum diuerſae religionis hominibus inſultare libet) hic certe deſideraui. Proponit rationes emendandi rectiſſime a Caſaubono allatas, et ne idem dixiſſe videatur, XC annos, quibus ante Praxibulum vixiſſe Callias dicitur, de hac ſumma ſubducit, efficitque adeo annos CCCXLIX: quaſi vero non ſolenne eſſet Plinio, cum magiſtratuum Athenienſium nomine vrbis conditae annum coniungere. Sed tacetne plane de Caſaubono Harduinus? Mallem equidem tacuiſſet. Ita enim de eo: *Hunc locum* praepoſtere *emendat Caſaubonus.* Sed plus debet Plinius Harduino, quam vt propter ſimilia commiſſa male de vniuerſo eius labore pronunciandum ſit. Et forte aetate ſapientior factus vir doctiſſimus in iterata, quam nuper dediſſe illam accepi, operis huius editione, ſtilum vertit.

XXXIV, 8. f. 19. *toreuticen ſic erudiſſe)* i. e. ex rudi politam et ſubtilem feciſſe.

XXXV, 2. f. 2. *vidiſſetque adoptione teſtamentaria Salutiones (hoc enim ei fuerat cognomen) Africanorum dedecore irrepentes Scipionum nomini).* Quae, nullo auctore, Harduinus de Pomponio Salutione, diuite mimo dicit, a quo Scipio adoptatus nomen Pomponiani Salutionis receperit, Romano mori repugnant; *Octauiani* enim, vt hoc vtar, nomen ſignificat, ex gente Octauia natum eſſe C. Iulium Caeſarem eum, qui poſt Auguſtus dictus eſt; P. Cornelius Scipio *Aemilianus*, ex gente Aemilia in Corneliam Scipionum tranſiſſe hoc ipſo iam cognomine, antea nomine, arguitur etc.

Ib. 3.

Ib. 3. ſ. 3. *Suorum vero clipeos in ſacro vel publico priuatim dicare primus instituit (vt reperio) Ap. Claudius).* Adiiciuntur hic in omnibus editis, etiam Harduini, haec verba, *qui Cos. cum Seruilio fuit A. V. CCLIX*, quae gloſſema mihi videntur. Appius is, qui dicto anno cum Seruilio Cos. fuit, primus omnium gentis Claudiae eſt, qui imaginem Romae meruerit; non ita multis, poſt reges exactos, annis. Quas ergo imagines primus gentis ſuae ponere potuit? Praeterea Ouidius, idoneus talium auctor, Faſt. VI, 201. ſqq. aperte Appio Claudio Caeco, qui pacem cum Pyrrho diſſuaſit A. V. C. CCCCLXVII, id eſt ducentis et amplius poſt Claudium Seruilii collegam annis, Bellonae aedem tribuit, bello, quod paullo ante Pyrrhum cum Etruſcis geſtum fuerat, dedicatam.

Ib. ſ. 4. *Poſt eum M. Aemilius, collega in conſulatu Q. Luctatii etc.)* M. Aemilius Lepidus et Q. Luctatius Catulus A. V. C. 676. Coſſ. fuere. Etiam hinc confirmatur coniectura noſtra modo propoſita. Probabilius enim eſt hoc *poſt eum* Plinianum de CC quam de CCCC annis intelligi.

Ib. 10. ſ. 36. *Conſumtam eam priore incendio domus Caeſaris in palatio, audio, ſpectatam olim, tanto ſpatio nihil aliud continentem, quam tres lineas viſum effugientes etc.)* Vulgati: conſumtam eam *conſtat* p. i. d. c. i. p. *auide ante a nobis* ſpectatam, *ſpatioſiore amplitudine.* Nos Harduinum ſecuti ſumus, quia ille MSS. et rationem, et quod more ſuo tacet, Gronouium, a quo nos etiam voculam *tres* adſumſimus, Harduino forte omiſſam, vt aliquid relinqueret Gronouio.

Ib. ſ. 37. *iam piſcantes, aucupantesque | aut venantes, aut etiam vindemiantes. Sunt in eius exemplaribus nobiles paluſtri acceſſu villae: ſuccollantium ſpe-*

*tie mulieres labantes, trepidaeque feruntur:*) Expressi lectionem Gelenianam, quam intelligere me puto. Harduinus legit: *aut etiam vindemiantes, sunt in eius exemplaribus: nobiles, palustri accessu villae,* succollatis sponsione mulieribus, *labantes* trepidique *feruntur.* Haec ita παραφράζει. „Nobiles, vt baiuli, per accessum palustrem cuiusdam villae colla mulieribus ex sponsione onerati, vacillantes ac veluti oneri metuentes, incedunt." Si quis me doceat, quid *nobiles* hic sibi velint, aut vnde *sponsio* in pictura intelligatur, gratiam illi habebo. Gronouius: *Iam piscantes aucupantesque aut venantes sunt in eius exemplaribus: nobilis palustri accessu villae, succollatis personis mulieribus, labantes trepidique feruntur.*

Ib. 11. s. 40. *Amauit in iuuenta Glyceram, municipem suam, venditricem coronarum etc.*) Libri omnes, Harduino teste, *inuentricem* habent. Sed cum id plane non videatur probabile, si vel maxime de florum sertis capias, Salmasius malebat *victricem*, reprehensus eo nomine ab Harduino, cum *victricem* potius ars dici patiatur. Ausus fui *venditricem* reponere, tum quia hoc *stephanopolidem* non minus, quam alterum *stephanoplocon* exprimit, tum quia minus a sono *inuentricis*, quam habent libri, discedit, tum quia haud dubie Latinum est. Si cui nondum satis est factum, fruatur per me *inuentrice*, sed referat ad varietatem florum alternam et multiplicem et mixturam, vtatur que auctoritate ipsius Plinii XXI, 2. s. 3: „Arborum ramis coronari in sacris certaminibus mos erat primum. Postea variari coeptum mixtura versicolori florum, quae inuicem colores odoresque accenderet, Sicyone, ex ingenio Pausiae pictoris atque Glycerae coronariae dilectae admodum illi, cum opera eius pictura imitaretur,

taretur, et illa prouocans variaret, essetque certamen artis ac naturae: quales etiam nunc exstant artificis illius tabellae, atque inprimis appellata Stephanoplocos, qua pinxit ipsam. Idque factum est post olympiadem centesimam. „i. e. annis CCCC et amplius ante C. N. paulo post Socratem, florente adhuc Aristophane.

Ib. *pinxit imagines mulierum maxime, et Neapoli anum in grandi tabula,)* Arguta coniectura emendauit hunc locum Harduinus. Legebatur enim absurde, credo, *Neapolitanum.*

XXXVI, 12. f. 17. *Amplissima octo iugera obtinet soli quatuor angulorum paribus interuallis, per octoginta tres pedes singulorum laterum: altitudo a cacumine pedes XV S.)* i. *e.* 15000 pedes atque dimidium; siue potius 15500 pedes. Sed tota haec computatio monstrosa et absurda. Nam 883 pedes singulorum laterum non VIII iugera areae dabunt, sed intra XXVII et XXVIII, Altitudo 15500 P. (nam $15000\frac{1}{2}$ nimis ridicula scrupulositas esset:) vix in montem aliquem maximum cadit, nedum in pyramidem. Gundlingius Gundlingian. P. 30. p. 488 suspicatur legendum *XXVIII iugera*, et *latitudo in cacumine P. XV*, 5. *c. pedum XV semis, vel XVI vel XVII.* Illud maneat, numeros, vt adhuc eduntur, neque inter se proportionem habere, neque cum veritate vllo modo conuenire.

Ib. 15. f. 24. *Trahuntur moles internae tantae, non succumbentibus cauis operis:)* Recepi emendationem Reinesianam, quam vidit Harduinus, sed contra MSSorum fidem recipere religioni sibi duxit. Cum vero, quid *caussis* hic sibi velit, non doceat, licebit puto, non quod legatur solum, sed quod intelligatur etiam, hic proponere: *caua* etiam vocantur f. 10.

Ib.

Ib. *vt mores aliquid ipſo homine mortalius intelligant).* i. e. vt homines moribus et vita oſtendant, ſe intelligere, aliquid ſe eſſe mortalius.

Ib. 26. ſ. 67. *Fit enim tincturae genere Obſidianum etc.)* Auſus ſum ſcribere *enim* pro *et.* Videtur enim poſt parentheſin, a ſ. 67 coeptam, a lapide Obſidiano ad vitrum redire.

---

## CHRISTIANI GABRIELIS FISCHERI, REGIOMONTE-PRVSSI, NOTAE ET ANIMADVERSIONES AD CAPVT PLINII 33. LIB. IX. HIST. NAT. NVM. 52. HARD. DE CONCHARVM DIFFERENTIIS. (EX ACTIS ERVDITT. LIPS. A. 1733, p. 487-504.)

---

*Firmioris iam teſtae* (ante de cancris et echinis, cochleis, pectinibus et vnguibus, egerat,) *murices et concharum genera: in quibus magna ludentis naturae varietas: tot colorum differentiae, tot figurae, planis, concauis, longis, lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe caeſis, in dorſum elatis, laeuibus, rugatis, denticulatis, ſtriatis, vertice muricatim intorto, margine in mucronem emiſſo, foris effuſo, intus replicato; iam diſtinctione virgulata, crinita, criſpa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata, cancellatim reticulata: in obliquum, in rectum expanſa: praedenſata, porrecta, ſinuata: breui nodo ligatis, toto latere connexis, ad plauſum apertis, ad buccinum incuruis. Nauigant ex his veneriae, praebentesque concauam ſui partem et aurae opponentes, per ſumma aequo-*

*aequorum velificant. Saliunt pectines et extra volitant, seque et ipsi carinant.*

*Concharum genera*) Latius hic sumtum Conchae vocabulum testam quamuis significat, siue turbinatam, siue planam. Ita veteres, praecipue Latini, Rhetoricae studiosi, auribus magis, quam intellectui, indulgentes, ideas per aequiuoca confundere, quam voces in eadem significatione aliquoties repetere, maluerunt.

*genera*) Quia *Plinius* ex auctoribus, quos sedulo voluit, species testaceorum confuse recenset, videntur eius temporis eruditi de generibus constituendis non fuisse soliciti. Colligebant conchylia, primario esus, secundario admirationis causa. Sufficiebat rudis notitia et vulgaris nomenclatura. Testarum conferre genera, earundemque subordinare species, recentioribus demum in mentem incidit, postquam de Historiae Naturalis incrementis coeperunt laborare.

*ludentis naturae*) *Natura* h. l. sensu *Aristotelico* est vis plastica animae sensitiuae in testaceis habitantis, quae ludere dicitur, quia varietatem formarum, ob varios vsus, nobis non enumerandos, appetit et producit, non sine oblectatione et applausu spectatorum, eius operationes velut in theatro intuentium. Sed, quia vis animae plastica hodierno seculo, melius informato, spectrum naturae est, operatio eius iure pro figmento, eiusque lusus seu comoedia pro mero habetur somnio. Cautius diceret moderna phrasi *Plinius*, *in quibus magna et sapiens differentia.* Neque enim varietas specierum casu accidit, sed ob certos fines a Deo, auctore huius mundi, deliberato consilio, eodemque optimo, introducta, adhuc conseruatur; quanquam omnes illi fines humano intellectui sunt imperscrutabiles.

*varie-*

*varietas)* Recte *magna varietas.* Nemo enim hactenus omnes conchyliorum differentias plene exposuit. Miratur *Plinius* has ipsas, ex solo maris mediterranei gremio cognitas. Quantum hanc varietatem praedicasset, si, quas nouus orbis et vndique iam conquisita curiositas hodie offert, inspexisset! *Nos quotidie in admirationem adducimur,* inquit *Fabius Columna* lib. de purp. Cap. XIX, (conchas) *varias intra manus nostras ex variis locis habentes, vt qui omnium icones et descriptiones tradere vellet maximum admodum Volumen impleret, extra alias, ab aliis descriptas.* Pater *Bonani* in *Recreatione mentis et oculi* supra quingentas testaceorum differentias exposuit, in *Museo Kircheriano* plures addidit, neutiquam omnes exhausit. *Rumphius* in insulis Indiae Orientalis intra 28 annos 360 species summo studio collegit, plures descripsit, plures aliis describendas reliquit. Multas *Halma* in notis ad dictum Auctorem, easdem raras et summe pretiosas, addidit. Sed omnem numerum nec hic inire audet. Sunt a *Fabio Columna libris de purpura et aquatilibus* quaedam rariores testae data opera descriptae. Angliae prouentum *Listerus* peculiari libro exposuit. Idem et omnes, quotquot in Museis patriae vidit, testas manu filiae depingi, et aeri incidi curauit congesto Volumine satis spisso. Plura offerunt Musea, tam priuata, quam publica, de quibus *Grewius*, *Iacobaeus*, *Wormius*, *Valentini* videndi sunt. In maris fundo terraeque gremio plura latitant; reperiuntur lapides testis referti, quas integras nondum videre contigit. Miratur *Plinius* varietatem concharum incredibilem, mirantur cum ipso posteri, sed plerique sine Philosophia, laudant, ludunt, appetunt, veluti nuces pueri, aut vt cimelia diuites. Paucissimi de incrementis

Histo-

Hiſtoriae naturalis cogitant. Qui caeteris accuratiores ſunt, nomen lapidum, more Belgarum, teſtulis annotant, a deſcriptione abſtinent, difficultate repulſi. Etenim tot figuras, tot colorum differentias; tot appendices teſtarum, diſtincte verbis congruis exponere, ſuperat vires vulgaris Philoſophi. Difficilius adhuc ex multiplici teſtarum compage eruuntur earum differentiae ſpecificiae, quae niſi conſtituantur iuſtae, manet vaga, obſcura, et nunquam capienda teſtaceorum hiſtoria. Multiplicantur praeter neceſſitatem entia, et crambe toties totiesque cocta apponitur. Adhaerent rebus falſa nomina, nec erit iudex de nominum rerumque conuenientia et differentia ſtatuturus. Laudo proinde *Liſteri*, *Rumphii*, *Maioris*, *Charletoni*, et nouiſſimum *Langii* inſtitutum, quo de generibus teſtaceorum conſtituendis laborare inceperunt. Sed, vt verum fatear, *Liſterus* pingit, non euoluit nec definit, ſpecies. Differentiae, ex titulis et tabulis cognoſcendae, paſſim ſunt negatiuae, paſſim ſpeciales, generibus ſiniſtre attributae. In buccinis, neritis, pectinibus, magna confuſio. Veteres Auctor non legit, nec recentiores ſolicite contulit; multa inſufficienter, multa obſcure ex verborum inopia inſcripſit. *Rumphius* nimis laxus eſt, ſuae collectioni et inſtituto, quo animalia ſimilia, in teſtis habitantia, quomodocunque compulit, ſufficiens. *Maior* deficit in rebus, abundat in terminis, ex *Ramiſtico* Dichotomiae ſtudio praeter neceſſitatem in confuſionem theſauri teſtacei conceptis. *Charleton*, nomen claturas magis, quam teſtarum differentias, ſcrutatus, cum *Aldrouando* et *Rondeletio* ignorat pleraque. Claſſes, ex lectione veterum expoſitae, paſſim confluunt, paſſim ſpecies inſerendas excludunt. *Langius*, *Tournefortii* metho-

methodum Botanicam imitatus, ceteris videri poterat accuratior. Sed in definiendo, examinando et disponendo, valde est proletarius: differentiis obscuris, negatiuis, longe petitis vtitur, conchas anatiferas male cochleis annumerat. Ex vmbilicis marinis *Bonani p.* 114 incaute cornu *Ammonis* facit. Ex animalculo *Bonani* testam format, *Rumphii* textu non inspecto. Simili incuria et in *Kircheri* Museo versatus est. Reliquos Auctores parce legit. Taceo miram specierum confusionem, quae inutilem Langii laborem demonstrabit secundum eius consilia thesaurum testaceum disposituro.

*tot colorem differentiae)* Quas oculus apprehendit, mens miratur, nulla manus vel lingua valet exprimere. Ecce indicem colorum, a Scriptoribus huius argumenti passim nominatorum, quem sedulo congessit *Langius.*

*A.* Achatinus color. Acu pictum opus. Aeneus color. Aeris rubigo. Alabastricus. Albescens ex caeruleo. Amaracinus. Amethistinus. Anthracinus. Aqueus. Arbusculas repraesentans. Argenteus. Argenteus splendor. Argento similis. Argento obryzo similis. Ater. Attalica vestis, auro, argento, et multicolori holoserico texta. Drap d'argent, argentum textile Latine dictum. Aurantius. Aureus.

*B.* Badius, Balaustinus, Badiolus, Burrus.

*C.* Caeruleus ex argento. Caesius. Calteus. Caltulus. Candidus. Candidissimus. Candor margaritarum argenteus. Carniolus. Carneus. Castaneus. Cerasinus. Cereus. Cerussatus. Chrysolithicus. Cianeus. Cinnabaricus. Cinereus. Subcinereus. Cinnerius ex liuido. Colores aqua diluti. Conchyliatus. Coracinus. Corallinus. Corneus. Croceus. Subcroceus. Cruentatus.

*E.* Ebur-

*E.* Eburneus. Eliotropium gemma.

*F.* Ferrugineus. Figlinus. Flauedo vitrea. Flauefcens ex albo. Flauefcens pallide. Flauicans. Flauidus. Flauus. Subflauus. Folcofum opus. Fuluus. Subfuluus. Furuus. Fufcus. Subfufcus. Fufcus ad nigredinem accedens. Fufcus ex viridi.

*G.* Gipfeus. Glafteus. Glafticus. Gummi Sinenfi obuelatus.

*H.* Heluaceus. Helueus. Heluus.

*I.* Ianthineus. Igneus. Immaculatus. Infufcatus ex fumma viriditate.

*L.* Lacteus. Laneus. Lentiginofus. Leonatus. Leocophaeus. Lienaris. Ligneus. Luridus. Luteus.

*M.* Maculatus. Maculofus. Malacus. Margaritarum albedo purpuriffa velata. Margaritae fublucidae color. Magaritis fimilis. Marmoreus. Marmor candidum Drepitanum. Tiburtinum. Relinus. Miniatus. Subminius. Molochiticus. Murinus. Mufiuum opus. Muftelinus.

*N.* Niger ex caeruleo. Nigricans. Nigricans e caeruleo. Subniger. Nigerrimus. Nitens. Nurus.

*O.* Oleacinus. Vt oliua viridis condita. Olofericum nigrum. Olofericum villofum. Onichinus. Opacus. Opalinus. Offeus. Oftrinus.

*P.* Palearis. Pallidus. Papyrus Turcica. Parius lapis. Pellucidus. Perlatus. Phrygium opus. Piceus. Pictus vndatia. Pinguis. Plumbeus. Porcellanus. Porraceus. Pramnius. Pullus. Puniceus. Purpurefcens. Purpurefcens ex albo. Purpurefcens ex viola. Purpureus.

*R.* Rauus. Reticulatum opus. Rofeus. Rubedo. Rubedo cuprea. Rubeus. Ruber. Subruber. Rubefcens. Rubefcens ex argento. Subfandaracca pellucida latitans. Rubidus ignauiter. Rubiginofus. Rufefcens. Rufefcens ex albido. Rufefcens ex fufco.

Rufescens ex rubigine. Rufescens leuiter. Rufescens pallide. Rufus. Russeus. Rutilus.

*S.* Sandichinus. Sandaracca relatus. Sanguineus. Segmentatum opus. Subuculis et monilibus ornatum opus. Sulphureus.

*T.* Terreus. Tessellatus. Thalassinus. Tophaceus. Tophnus. Tyrius.

*V.* Variegatus. Venetus. Veprium acumina repraesentans. Vermiculatus. Vinatus. Vinosus. Violaceus. Ad nigrum vergens. Virescens cum argenteo splendore. Virescens e caeruleo. Virescens leuiter. Viridis. Subuiridis. Viridescens ex flauo. Subuiridis ex albo. Viridus. Vnctuosus. Volturinus. Subuolturinus.

*X.* Xerampelinus.

*Z.* Ziziphinus.

Nomina lego satis multa, sed vix singula perfecte intelligo. Ita de coloribus Auctores fingunt, scribunt, non definiunt. Optandum, vt nomina recepta reuocentur ad sensum, et ex rebus non exoticis, vel raro videndis, sed ex tritissimis et cuiuis obuiis, colorum gradus statuantur.

*tot figurae*) Quas hactenus nemo ausus est enumerare, nedum ad regulas constantes et vsus reuocare. Obstupui, cum aliquando ex coni varia inflexione et sectione cochleas viderem, inimitabili artificio constructus. O! dixi, quam γεωμέτρητος hic artifex! Quantum est, quod nescis homo geometra. Huc adsis, quaeso, concede oculos, inspice spirarum ordines inflexos, eductos, deductos, coniunctos. Ecce conos, ellipses, parabolas, incredibili proportione et elegantia constructas. Spondeo scalare buccinum aut testam quamuis pretiosissimam, si genesin horum corporum ex cono vel parabola ad manum Auctoris exposueris. Nescis genesin.

genesin. Quid ergo de figururam fine et partium vsu statueris? An animal testae, an testa animali se accommodat? Quamcunque partem elegeris, vrgebit quaestio, cur exemplar talem praecise figugu-ram exposcat?

*planis)* Intelligit procul dubio testas ceteris planiores, non exacte planas, quales in genere testaceorum non reperimus. Respicit forte ad *aures maris*, *ostrea* nonnulla, *pectines*, et; quae in concharum genere omnium maxime plana sunt, *amusia*, descripta *Rumphio p. 144 Tab. 45 Lit. A et B*, item *Bonani p. 447 n. 108.*

*concauis)* Concauae quidem omnes testae sunt, proprie vero concauitas de *conchis* dicitur, quanquam et concauae prae ceteris appareant *echinorum* testae. Nec non *balani*, *ostrea echinata*, et, quam *volam* dicimus, *diconchae auritae* species, depicta *Bonani p. 110.*

*longis)* Longae possunt dici testae plures. Tales sunt *1) Tubuli*, *2) Coni*, *3) Cylindri*, *4) Strombi*, *5) Buccina*, et ex genere concharum *solenes*, *ostreumque longum Rumphii.*

*lunatis)* Difficile indicatu, quid per *lunatas conchas Plinius* sibi velit. In cochlearum genere aliquae lunares dicuntur, sumto denominationis fundamento ab operculo instar lunae rotundo. *Listerus* cochleas quasdam patulas ore semicirculari *lunatas* appellat abusiue, cum tales demum semilunares audiant. Inter *alatas Rumphii*, quas *Langius auritas* appellare mauult, aliquae in limbum semicircularem profusae, rustica comparatione possent semilunares dici. Inter conchas quaedam pariter semicirculares sunt, e. g. *Chama squammata*

*Rumphii p. 128, ſeu Concha imbricata Bonani p. 109 n. 83.* Sed, an has Auctor lunatas dixerit, manet in dubio. *Rumphius* ſemicirculares ſubaudit p. 162. *Harduinus* in notis exponit: *In lunae cornuum ſimilitudinem curuatis.* Ita *Seneca* Oed. v. 465 *caudam lunatam delphinorum* dicit, et *Stat. V Thebaid.* v. 145 *lunati agminis* meminit. Sed teſtas in corniculatae lunae modum figuratas non vidi. *Fabius Columna cochleas Perſicas lunatas* vocat, quia in margine rotundum ſinum quaſi exſciſſum habent pro linguae vſu, *lib. de Purp. Cap. XVIII;* qui character ex *Rumphii* ſententia cochleis alatis eſt perpetuus, licet non omni in ſpecie aeque notabilis. Sed dubito, an ab hac leui et vaga nota, aliena a ſeculi ſui ſubtilitate, ſpeciem denominare *Plinius* voluerit. Exiſtimo, hic potius *lunatum* dici antiqua phraſi, *quicquid ad lunae plenae ſpeciem rotundum eſt.*

*in orbem circumactis)* *Rumphius* de conchis circularibus, planioribus, qualis *chama literata* rotunda eſt, intelligit. Sed haec orbes ſunt, non in orbem circumactae, malim *cornua Ammonis*, quibus orbicularis figura, eademque ſpiralis, competit, ſubintelligere, quanquam et *cochlea ſolaris* et *lacinata Rumphii* hunc characterem recipiunt. Videtur Auctor contuliſſe *cornua*, *nautilos*, et *cochleas breuioris ſcapi*, per diametrum late expanſas, puta *Rumphii valuatas.* Pergit enim

*dimidio orbe caeſis)* Quod de *Nautilis* valet prae ceteris. *Pecten virgineus Rumphii* et *chama ſtriata* eiusdem, corpora quadam parte reſecta imitantur, neutiquam ſegmenta orbium exprimunt.

*in dorſum elatis)* De ante dictis *Rumphii valuatis* hoc tuto accipitur, quanquam et *porcellanae*, *Caſſides* et *murices Langii* huc ſpectant. His enim convexi-

vexitas eſt eminentior et turgidior, cuius ſuperficies verticalis in oſtracologicis audit *dorſum;* vide *Maioris* Lexicon ſub hac voce. Anguſtae igitur nimis *Harduinus* exponit: *Vtraque teſta ſuperiore et inferiore plurimum caua, vt concha tota ad rotundam proxime formam accedat.* Hoc ſenſu verba de ſolis biualuibus dicta, e. g. de *patellis, chamis laeuibus,* fragis nucibus piloſis, poſſent accipi.

*laeuibus*) Varii dantur laeuoris gradus in teſtaceis. Quaedam ad nitorem a natura ſunt laeuiſſima, quaſi hoc ſigno a cibo excluſa, vti *Procellanae, Stormborum* et *Cylindrorum* aliqui; quaedam in comparatione cum ſtriatis et verrucoſis ſaltem talia; vide *Langium p. 81.* Quaedam ſub cruſta ſcabra ſuperficiem opalinam laeuiſſimam abſcondunt, qua detracta demum colore et laeuore fulgent, vt *nautilus craſſus* Trochi, cochleae lunares etc. Vide de eiusmodi teſtis praeparandis *Rumphii* Muſeum.

*rugatis*) Rugae dicuntur lamellarum extremitates, in teſtis conſpicuae, eaedemque irregulares, ruptae, ſibique diſſimiles; vid. *Langii* Method. p. 21. Ideo rugoſae dicuntur pleraeque *conchae anomiae*, praecipue vero *concha ad figuram triquetram accedens Liſteri p. 229*, item *muſculi.* Nonnunquam et rugae audiunt omnes laxioris ſuperficiei corrugationes et inaequalitates, laeuorem exactum interrumpentes, qualis rugoſitas inter coſtas pectinum, praecipue *in duplici corde Veneris*, *Rumphii Tab. 48. n. 6.* obſeruatur. Hic *Plinius* rugas extantiores infert. *Rumphius chamam aſperam* in exemplum ponit. Fors *fuſorum* et *buccinorum* quaedam ſpecies magis quadrant. Vide *Rumphii Tab. 29 Lit. F, G,* et *Tab. 49 Lit. F, G.*

*denticulatis)* Denticuli ſunt crenae acutius prominentes in aperturis teſtarum quarundam, definiente *Maiore* in Lexico. Conſentit *Harduinus*, inquiens: in ambitu ſerratis: teſtae margine in dentium formam ſecto, ſeu ita laciniato, vt varios mucrones referat; Gallis Dentelé. Fors ad nummos ſerratos et ita quaſi dentatos reſpexit. Gaudent eiusmodi dentibus, ideo *denticulatae* dicendae, ex turbinatorum genere *Porcellanae*, et in ſiniſtro aperturae latere quaedam *Caſſides*. Inter conchas quarundam articulatio fit per gomphoſin, vbi ſub cardinibus comparent dentes cum oppoſitis loculis, iisdem adaptis. In margine notabiles dentes habent *Nuces piloſae* Tarentinorum dictae *Bonani*, et prae ceteris Chamarum aſperarum teſtae.

*ſtriatis)* Striae ſunt eminentiae ſtrictae et longae per conuexum teſtae. Sed *Wormius ſtrigiles* habet pro ſtrigibus, quas canaliculos conchae aculeatae exponit Muſei *p. 253.* Plerumque ſtriae et ſtriges vt eminentiae et harum interſtitia, ſeu ſulci ab eminentibus ſtriis intercepti, differunt. Vnde *Harduinus* in ſua lingua vocem *Canelé* ſubſtituit, addens: *Stria eſt virgata in conuexa conchae parte eminentia illa, quae eſt inter canaliculos ſulcosque, qualis in eo columnarum genere, quod inde ſtriatum dicitur.* Magna ſtriarum in teſtaceis eſt diuerſitas, ſunt magnae, paruae, eminentes exochae dictae, compreſſae, ſunt ſolidae, fiſtuloſae; latiores, ſtrictiores; laeues et aſperae, transuerſales, longitudinales; denſiores, rariores; canaliculatae, intra concauae, extra conuexae. *Lang. p. 31.* Non eſt fere genus inter teſtacea, cuius non aliqua ſpecies ſtriata ſit; omnino ergo et ex ſtriis licet repetere differentias, ſed non genericas, verum ſpecificas. Quanquam et

et hoc notandum, quod *costae* differant a striis tanquam partes latiores et crassiores a subtilibus et linearibus earundem inscriptionibus, vnde testa simul et costis et striis instructa esse potest. Exemplo sit *cor Veneris duplicatum Halmae* ad *Rumphium Tab. 48 n 6.*

*vertice muricatim intorto)* Vertex *Plinio* dictus, recentioribus audit mucro, estque nihil aliud, quam processus testae conice spiralis ex ventre ampliore. *Langius* varias notauit mucronis huius differentias, viditque alium *elongatum p. 39*, alium *admodum elongatum p. 38*, gradatim *acuminatum*, *arcuatim*, *in linea recta seu plana acuminatum* l. c. quae singula valent de vertice *Plinii*. Quando vero mucro praecise apicem spiralis coni denotat, hoc vertici iam dicto non conuenit; nec conuenit huic loco alia verticis acceptio, quando in conchis partem auctiorem circa cardines denotat, quam *Langius* speciali nomine vmbonatam dicit, si eminet in testa, vt solet vmbo seu centrum elatum in scuto.

*murex)* Nomen valde aequiuocum. Audit ita 1) testae aculeus exsertus; 2) testa aculeata, seu obsita modo dictis aculeis; 3) aculei maiores minoresue exteriores et inclinati; vid. *Langius p. 22*; 4) Purpura cochlea; 5) Cochlea alata *Rumphii*, seu aurita *Bonani*, *Lang. p. 27.* Primum significatum *Plinius* in mente habuit, quando meminit verticis muricatim intorti. Id enim non potest non de mucrone turbinis, aculeis obsito, siue, vt *Harduinus* loquitur, de turbinatim conuoluto conchae vertice, nec sine aculeis, accipi, qualem in murice marmoreo *Rondeletii L.* 2. de testaceis *Cap.* 7 *p.* 76, *Volutis*, *Coronata*, *Vespertilionibus Rumphii* etc. deprehendimus. Exoticas conchas vix vidit

 *Plinius*;

*Plinius*; non audeo ergo cum *F. Columna* lib. de Purpura Cap. 19. rariſſimum genus diconchae hic allegare, cuius figura interna eſt auriformis, externa vero ob proceſſum ex dorſo ſtyloidem incurvum et petioli inſtar porrectum, peponi minimo ſimilis. Non dicit *Plinius*, vertice muricatim incuruo, ſed intorto. Vbi turbo? Verba, *vel ad buccinum incuruis*, plane huc non quadrant. Nām non amplius de vertice in his loquitur, ſed de tota teſtae figura. Vbi hic ſpecies buccini? Vbi bucciniformis curuatura?

*margine in mucronem emiſſo*) Margo dicitur in oſtracologicis extremitas teſtae patentis; confer *Columnam* de Purpura *Cap. 1. §. 28.* Mucro, niſi hic vertici, vt coniicio, opponeretur, de turbine poſſet accipi, et margo in mucronem emiſſus ita exponi, quod turbo acutior conicus per productiones planas marginalesque teſtae ſit formatus, velut in quibusdam *Strombis Langii* id cernimus. Quin et in oppoſitione verticis et mucronis data interpretatio procedit. Nam poteſt dici *Plinius* inter acuminatam ſpiram quamcunque et inter conicam ac ſtrictiorem diſtinxiſſe, illamque verticem, hanc mucronem notanter vocitaſſe. Sed, quia mox ſequitur alia marginis differentia, nempe foris effuſi, et intus replicati, et praeterea mucro veteribus etiam acutum teſtae proceſſum quemcunque denotat, in hoc eosdem imitante *Columna* de Purp. *Cap. 17. §. 3*, male verba *Plinii*, *margine in mucronem emiſſo*, de proceſſu marginis, quam totius teſtae, interpretari. Ex margine autem longiores proceſſus varii eminent. Vnus in turbinibus nonnullis, quos *Rumphius* fuſius comparat, item in nonnullis cochleis et buccinis ſub nomine *roſtri* notus eſt, vnde et noua turbinibus iam dictis differentia applicatur.

Vnus

Vnus proceſſus longior etiam ex margine alicuius alatae apud *Rumphium* protenditur. Plures vero huic ſimiles in *harpagine* et *cornuta millepede Rumphii* extant, quos metonymice *Plinius* in ſingulari commode ſignificare potuit.

*foris effuſo)* Id praecipue nonnullis buccinis *Rumphii alatis* et *muricibus Langianis* competit. In oppoſitione ad ſequentem phraſin, *intus replicato*, poſſunt et in hunc cenſum venire *caſſides*, quarum exſerti margines per teſtae duplicaturam craſſeſcunt. Malim tamen effuſionem marginis de ſimplici per horizontem expanſione, quam de fimbria, interpretari. Obſcurus vero, ni fallor, h. l. *Harduinus* eſt, inquiens: *Cum, deducta et hiante concha, explicat ſeſe foris vterque margo, neque introrſum reuoluitur.* Videtur de conchis, ſeu de biualuibus, loqui, cum tamen filum ſermonis ducat potius ad cochlidas.

*intus replicato)* Recte *Harduinus*: *Vtroque latere conchae ſeſe introrſum colligente.* Tali margine *nuces Langii* et *ſemicaſſides* noſtrae gaudent. Limbus enim teſtae introrſum velut ad duplicaturam vel fimbriam flectitur.

*iam diſtinctione virgulata)* Ante de ſtriis dixerat. Ergo virgae non ſunt ſtriae. *Rumphius chamae virgatae* meminit, in qua rubras linearum ſubtilium acute concurrentium inſcriptiones virgis coeleſtibus quodammodo ſimiles video. An haec diſtinctio virgulata? Sane hic ſenſus expreſſior, quam dum ductus in *conchis literatis* et *Arabicis* ſubaudit *Rumphius p. 162*, vel dum *Harduinus* metaphoram a veſtibus ſimilibusque rebus repetit, *in quibus virgae ſunt viae tranſuerſatim et decuſſatim ductae. Vnde veſtis virgata eadem, quae ſcutulata eſt.* In oſtracologicis haec interpretatio nondum recepta: vbi

potius ad virgas coeli cognitas, quam ad veſtes incertas obſoletasque, oculos et mentem dirigimus.

*crinita)* Quid *crines?* *Villos* monſtrat *Columna* de Purpura *Cap. I.* §. 30, oſtendens lanuginem muſcoſam ſuper teſtis. Sed haec teſtis accidit, non ineſt. Idem et fibras muſcoſas et purpuraſcentes, ſeu lanuginem oſtrearum, crines vocat. Tali ſenſu et *byſſus pinnarum*, ſeu collectio fibrarum, ex ſtrictis pinnarum commiſſuris in terram germinans, crinis audiret. Mihi vero haec teſtas nulla interna nota ſignificant. Coniicio, *Plinium* dixiſſe crines denſiſſimas ſubtiliſſimarum linearum inſcriptiones, ſiue, vt *Harduinus* loquitur, ſegmenta vel lineolas crinium inſtar porrectas, quales in *conchis anomiis trilobis* inter alias aduertimus. Sunt mihi viſa huius petrefactae ſpecimina ſelenitica pellucida, in quibus lineae illae non laeues et aequabiles, ſed velut dehiſcentes et fibroſae, apparuerunt. Vel magis ad ſenſum crinitas dixit teſtas illas piloſas et quaſi ſetis hiſpidas, quales in buccinarum et muricum genere depingit *Rumphius*, qui, harum velut oblitus, diſtinctionem crinitam *Plinii* ad *conchas literatas* et *Arabicas*, ſubtiliſſime ſtriatas, male applicat. Poſſet *Columna* penicillum, lib. de Aquatilibus depictum, rectius allegare.

*criſpa)* Villi teſtarum externi criſpi ſunt, ſed quid haec ad teſtas diſtinguendas? Superficies criſpa *Plinio* viſa eſt. Cruſta teſtarum aſpera, ſcabra legitur, item rugoſa, ſed ideo non eſt criſpa. Concha ſcabionata *Rumphii p.* 140 exochis incuruatis criſpatur. Si fallor, in hac praetendo ſuperficiem conchae, quam *Rumphius felis linguam* nominat *p.* 147, fors ideo, quod perpetuis eminentiis veluti papillis ſit obſita, qualia corpora vulgo et criſpa dici ſolent, magis tamen proprie *Rumphius*

toties

toties iam nominatas *conchas Arabicas* crispas propter strias circinatas dicit.

*vndata*) *Vndosa*, *undulata* alias dicuntur, qui colores, fluctuum more, pro luminis alia atque alia incidentia alternant. *Vndata* autem, quae fluctuum exemplo hiulcae, modo in colles elata, modo in valles sunt demissa. Exemplo sint *murices*, *brandaris*, et quaedam species *sympuli*, a nobis ita vocati.

*canaliculatim*) Aliis cuniculatim. Canaliculi aliquando sunt processus testarum longi et peruii. Hic intelliguntur vel profundiores sulci, siue striges per corpus testae dispositae, vel ductus, per corpus testae peruii, supra elati, infra vel plani, vel concaui, quae alias striae canaliculatae dicuntur. *Aldrouandus* cum *Hermolao* legit cuniculatim; sequitur *Harduinus*. Lectio minime absona, et plurium Codicum auctoritate confirmata. Nam ductus intra conchas cuniculis assimilantur. Respexit *Plinius* ad locum *Aristotelis Lib. V. Hist. animal.* quem *Theodorus* hoc sensu vertit; vid. *Aldrouandus L. III.* de Test. *p.* 287.

*pectinatim*) Praestantissimi Codices, teste *Harduino* ad *Plinium p. 541*, addunt *diuisa*. Ita facilior sensus est. Pectines dicuntur testae, parallelis exochis longitudinariis diuisae, a similitudine instrumenti, quo textores fila traiecta condensant. Graeci *κτένες* nominant a manuum pedumue digitatorum similitudine, teste *Charletano* in *Onom. Zoico.* Pectinatim diuisa vel vndata proinde dicenda sunt testacea, quorum striae parallelae per corpus recte decurrunt.

*imbricatim vndata*) Imbrices dicuntur tegulae tectorum planae; per similitudinem audiunt ita testarum striae vel rugae, in decursu fractae, et tegu-

larum

larum dictarum instar dispositae. *Maior* in *Lexico*. Imbricatim vndulata exponit *Langius*, *Harduinum* secutus, de testis, ad vndarum sese attollentium speciem distinctis, quae similitudo non sufficit. Expressior altera *Harduini* cum squammis piscium comparatio. Malo imbricatim vndata interpretari de testis striatis, quae aliquoties fractae, et per multiplices quasi laminas decurrentes, tecta tegulis strata imitantur, quales in ostreis et nonnullis pectinibus conspicimus.

*cancellatim reticulata*) Cancelli sunt interstitia striarum in longum et transuersum extensarum, vt tota earum textura rete vel crates repraesentet, quod opus naturae reticulatum seu cancellatum alio nomine *clathrum* dicimus. *Columna* de Purpura *Cap. IV.* §. 4. Huc respiciens *Plinius*, dicit *cancellatim reticulata*, i. e. vt interpretatur *Harduinus*, *secta lineolis testa, in transuersum compactis ad retis similitudinem, vel cancellarum, cancellis ipsis modo oblique ductis a conchae capite ad marginis latus: modo rectis a summo vertice ad marginem imum: iisdem modo densioribus siue pressioribus et quadratis: modo porrectioribus et oblongis: modo in arcum toto conchae corpore sinuatis.* Talis structurae sunt *Rumphii farus p.* 140. et quaedam chamarum species, ibidem depictae.

*in obliquum, in rectum expansa*) His innuit praecipuam concharum differentiam, quam *Langius* terminis aequilaterae et inaequilaterae significare mauit. Videlicet, si conchae per dorsum inspiciuntur, vertex earum vel vtrinque aequaliter, vel inaequaliter, dilatatur. Priorem extensionem dixit *Plinius in rectum*, posteriorem *in obliquum* expansum. Exempli loco cape *pectines* et *conchas pictorum*. Illos videbis a cardine aequaliter et regulari-

lariter expandi, has ab vno ſaltem latere diffundi. Recte hic *Rumphius pectinem virgineum* et *tellines* allegat, tanquam obliquas, ſed oſtreae, vt pergit, mea opione non ſunt in rectum expanſae omnes, melius pectines huc referuntur.

*praedenſata*) Hoc iterum de cunctis intelligendum. Neque enim *denſum* hic *craſſum* ſonat, vt aliqui ſubaudiunt, ſed mea opinione raro oppoſitum recepta Phyſicis ſignificatione notat contiguitatem arctiorem, vt adeo teſta praedenſata h. l. ſit accurate clauſa, vel circa cardines magis conniuens. Enarrare iam videtur *Plinius* differentias, circa valuarum coniunctionem obſeruatas, poſtquam de earundem expanſione verba fecit; hinc iungit praedenſata, porrecta, ſinuata, quae mihi ad margines marginumque iuncturas ſpectare videntur. *Rumphius* denſata legit, et teſtulas compactas intelligit.

*porrecta*) Dupliciter conchae dici poſſunt porrectae, vel ratione cardinis, vel ratione laterum. Latera exporrecta iam per expanſionem, ſeu rectam, ſeu obliquam, ſignificauit *Plinius*. Reliquum ergo eſt, vt cardinem exporrectum ſubaudiamus. Contingit videlicet in concharum valuis, alteram alteram recipere ita, vt maior minorem marginaliter et eminenter claudat, tunc cardo plerumque in roſtrum productus, ſuper teſtae incluſae verticem recta incuruatur, et commode porrecta ſuperior teſta dici poteſt. Hodie tales conchae *anomiae*, vel *anomalae vertice roſtrato*, appellantur, et petrefactae tanto ſunt frequentiores, quanto rariora earundem natiua exempla. Deſcribit eas *Columna* de Purpura *Cap. XII. Rumphius* porrectas teſtas nominat cochleas teretes, in longum eductas, quas nos *cylindrorum*

*mucro-*

*mucronatorum*, item *turricularum*, *terebellarum*, nomine insignimus.

*sinuta*) Sinus in testis appellatur arcuata vel lunata testae concauitas. Nolim huc ventres tubinatorum cauos trahere. Explico *Plinii* vocem de conchis in specie iis, quarum testae in latere longiore ad quendam velut angulum fractae, sua coniunctione notabilem sinum, quasi muliebrem, formant, vnde et *hysteroconchae* et *venereae* solent appellari, quanquam non his solis eiusmodi sinus adsit, verum et *bucardia* et *cordatae* quaedam *testae* eum communem habeant. Id magis conuenit, quam si sinus in *mallei Polonici* hiulca planitie aut inaequalibus lateribus indicem cum *Rumphio* *p. 162*.

*breui modo ligata*) Non dicit *articulata* vel *coniuncta*, sed *ligata*. Aliud omnino est ligamentum, aliud articulatio. Non omnes conchae sibi inarticulantur, quaedam ligamentis cochaerent, siue nerueis, siue membranosis. Notanter autem dicit breui modo ligata, quoniam mox distinguit toto latere connexa. Innuit ergo, quasdam conchas circa cardines simul leui et breui ligamento nerueo cohaerere, quod de pectinibus generatim et pectunculis quibusdam certum est. Nescio, quid *Rumphio* in mentem venerit, vt breui modo ligatas cochleas lunares (*die kort en rond zyn*) habuerit. Sed iam video, ipsum pro *modo* legisse *nodo*, vt adeo cochleas nodosas meminerit. Eandem lectionem secutus *Fab. Columna*, *conchas* anomias *trilobos* ob ceruicis angustiam breui nodo ligatas autumat lib. de Purpura *Cap. XV*, sed eiusmodi iunctura concharum non ligata, sed insinuata est. Nodi nulla similitudo. Legit et *Harduinus*

*nodo*,

*nodo*, et breui nodo latiori margini opponit, quod non capio.

*toto latere connexa)* Dicit connexa, non ligata, quoniam, quae toto latere cohaerent, non ligamento, ſed membrana, coniunguntur, veluti *muſculi*, *ſolenes*, *pinnae*. Dicit autem connexa, non inarticulata; ergo vix habuit reſpectum ad concham πολυλεπτογίγγλυμον *Columnae Cap. 29*, quae habet exiguorum cardinum longam ſeriem inter vertices, quibus vtrumque latus rectum quaſi conſuitur. Fors tamen et haec concha pariter mediante membrana cohaeret, quod nobis teſtam ſolummodo hactenus obſeruantibus eſt incompertum.

*ad plauſum apertis)* Quid hoc? Fallor, aut audio, chamas ſignificari aliasque conchas, quae teſtis clauſis in latere per rimam magis minusue diductam hiant, vnde et *chamae* vel *hiatulae* appellantur. Plauſus certe teſtarum ſimilis manibus plaudentibus eſt; nam, quemadmodum manus manui plaudentis per volam iungitur, ita et concauum teſtae concauitati alterius in coniunctione imminet. Sed en! *Plinius* dicit *ad plauſum* apertas, quibus ſic aperta hiantiaque labra chamarum reſpicit, vt ad plauſum edendum natae factaeque, ſi inter ſe illidantur, videri poſſint, vt recte coniicit *Harduinus*. Coniunctio quoque valuarum in chamis rudi ante ginglymo et forti ligamento ad plauſum imitandum et excitandum longe eſt conuenientiſſima. Chamas apertas in maris fundo iacere, et aſperas maiores ad nutum minutioris animalculi inhabitantis eum impetu claudi, *Rumphius* ipſe auctor eſt, qui tamen hunc plauſum, conchis naturalem et conuenientiſſimum, mutat in pulſum praeternaturalem conchis, quaſi Plinius innuere voluiſſet, quod con-

conchae percussae aliae aliis facilius dehiscant. Mihi ita *Pinius* post pulsum, non ad plausum, apertis dixisset.

*ad buccinum incuruis*) Buccinum dicitur testa turbinata longa, spiralem conum ex acuto apice in amplum ventrem maioris diametri producens. In hoc nil nisi spirae incuruae sunt; ad buccinum ergo incuruae sensu *Pliniano* non ipsum buccinum, vt putat *Rumphius*, sed conchae erunt biualues anomalae, curuae, qualia v. g. est concha anomia, rugosa et adunca, depicta *Bonani* Recreat. *p.* 103 *n.* 51.

*Navigant*) Paucissima animalia testacea in mari nauigant. Pleraque vel in scopulis, vel in arena, vel in littore, habitant. Inter saxa *murices*, *patellae*, in arena *tellinae*, *pinnae*, *solenes*, *cassides*, haerent. In fundo maris *ostreae* et *chamae* asperae, et hae quidem immotae iacent; *amusia* piscatores intercipiunt. De testis inanibus et derelictis aqua leuioribus non loquimur. His enim fluctus pro vehiculo sunt.

*Nauigant: velificant*) Dicit prius nauigant, post velificant; aliud ergo nauigare, aliud velificare in testis. Prius de iis intelligo, quae obuersa conuexitate nauiculae instar innatant, nec adeo vento obsequuntur, quam submersioni resistunt. Posterius de testis, quae praeter id, quod nauigant, superficiem vel latus aliquod vento obtendunt, quo irruente propelluntur.

*Veneriae*) Non dicit: nauigant ex his solae Veneriae, vt minus caute accipit *Harduinus*. Nam mox sequitur de pectinibus, *seque ipsi carinant*, sed *ex his*, videlicet ante recensitis generibus, *nauigant veneriae*. *Rondeletius* sub venereis his muricem *Mutiani*, de quo *Plinius* *Lib.* *XXXII*, intelligit.

Est

Eſt huius quaedam cum Procellanis, veneriarum nomine hodie ordinarie venientibus, conuenientia; ſed has non nauigare, verum ſub arena latere, nec nauium carinis, *Mutiani muricis* more, verum ſaxis, tempore plenilunii adhaerere, ideoque *Klipkouſſen*, *Porcellanas* vero *charinas*, ſiue *venerias*, non a Veneris cultu, ſed ſinus ſimilitudine, qui Graecis χοῖρος, Latinis porcus vel porculus, *Ennio matriculus* vocatur, nomen traxiſſe, ſcribit *Rumphius*, teſtis fide dignus. De alio igitur genere *Plinius* procul dubio loquitur; *Porcellanis* certe, quae ſequuntur, verba non conueniunt, *praebentesque concauam ſui partem, et aurae opponentes, per ſumma aequorum velificant.* Latus enim concauum, quod aurae opponere poſſint, non habent; vide Schemata *Rumphii*, donec Tabulae *Gotwaldianae* in lucem Cl. *Breynii* cura venerint, quae hoc teſtaceorum genere abundant. Neque ii rem acu tangunt, quibus *auris maris*, ὠτάριον, ſiue οὖς Ἀφροδίτης, i. e. auris Veneris, de qua *Heſychius p.* 714, ſubintelliguntur. Eiusmodi enim teſtae non nauigant, ſed patellarum more ſcopulis adhaerent, vt refert *Rumphius*. Oppido vero abludit *Harduinus*, *buccinorum* ſeu *muricis* aliquod genus hic innuens. Vtraque enim appellatio et *buccini* et *muricis* magis vana, quam *Veneriarum*, eſt, nec in omni ſignificatu ſtructura ad nauigandum habilis. Qui *Neritas* huc arceſſunt *Ariſtotelis Lib. IV Hiſt. animal. Cap. IV p.* 452, mea opinione non procul a vero abſunt. *Nereus* enim, Deus maris, in tali cochlea nauigare pingitur. Teſtam ei leuem et latam eſſe, *Oppianus* docet *Lib. I Halieutic. v.* 331. De bifore teſta nihil *Plinius*, nec hoc quidquam ad natandum facit. Non obſtat turbinatum genus. Nam et *Nautilus* turbinatus eſt, quem carinare tamen

 Aucto-

Auctores consentiunt. *Neritae* conueniunt verba: *praebentesque concauam etc.* ex *Plinii* relatione *Nautilus* alio modo velificat. *Inter praecipua autem,* inquit, *miracula est, qui vocatur nautilos, ab aliis pompilos. Supinus in summa aequorum peruenit, ita se paulatim subrigens, vt, emissa omni per fistulam aqua, velut exoneratus sentina, facile nauiget; postea prima duo brachia retorquens, membranam inter illa mirae tenuitatis extendit. Qua velificante in aura ceteris subremigans brachiis, media cauda, vt gubernaculo, se regit. Ita vadit alto, liburnicarum ludens imagine, et, si quid pauoris interueniat, hausta se mergens aqua.* Priori modo carinant et velificant quoque *cymbia, persica, bullae ficus.* Sed in his nihil venerei.

*Saliunt pectines*) Consentit *Aristoteles Lib. IV Hist. annimal. Cap. 4. p. 439.* Dubitat *Ionston*, quia pectines non posse diducere valuas expertus est. Fidem prioris liberat *Rumphius p. 143 et 144*, testatus, hunc saltum facere planos pectines, non mediante valuarum plausu, sed per maniculam (*handeckens*) quandam callosam, quam aquae impingunt, vt, ea renitente, valuas parte barbata praevia promoueant.

*Seque ipsi carinant*) Notanter *carinant*, non *velificant.* Haec gratis fingit *Harduinus*; neque enim ita valuas diducunt pectines, vt altera pars planior veli vices expleat, sed supina nauigant connexo latere. Idem mos *amusii*, de quo *Rumphius.*

---

# PLINII HISTORIA NATVRALIS ALIQVOT LOCIS CORRECTA A CHRISTIANO CRVSIO IN PROBABIL. CRIT. CAP. VI

I. In praefatione legimus: *vt in quaedam acta exeat.* Obſcura neque Latina verba legimus. Scribendum vero: *vt* IN TECVM *acta exeat.* Scilicet voluerat quaedam Titus e veteri contubernio inſeri, et in ea, captata occaſione, excurri, vt obiter talis viri praeconio famae commendaretur.

II. *Fulgurat in nullo vnquam verius dicta vis eloquentiae et tribunitiae poteſtatis facundia.* Non video, quid in hoc languore PLINII acumine dignum deprehendi poſſit. Quid enim *dicta vis eloquentiae.* Eſt ſane vocabulum truncatum poſterioribus ſyllabis et PLINIVS ſcripſit: DICTATORIA *vis eloquentiae.* Tribuit PLINIVS iſta voce ſummum in hominum animos imperium, quauis poteſtate valentius, eloquentiae. AMMIANVS, adfectate contortae orationis PLINIO ſuppar, l. XXX. c. IIII: *Cicero orationis imperioſae fluminibus ſaepe depreſſos aliquos iudiciorum eripiens flammis.* Vbi legendum eſt haud dubie FVLMINIBVS, et habebis idem, quod PLINIVS dixit. *Fulgurat* facundia, cui tribuuntur *fulmina; dictatoria vis facundiae* erit *imperioſa oratio.* SENECA epit. Declam. l. III. praef. *Cum diceret, rerum potiebatur; adeo omnes imperata faciebant.* Idem paullo ante *cenſoriam orationem* nominarat, quae ſeuera ſit.

III. *Quanto nos cauſſatius ab aliquo iudice diffidimus).* Barbarus ſignificatus in vocabulo *cauſſatius* admittendus eſſet, quo ſignificaret *cum iuſta cauſſa,* ſi PLINIVM aliquid dixiſſe iſtis verbis vellemus. Quare me auctore ſcribi poterit: CAVTIVS.

IV. *Adeo summum quisque caussae suae iudicem facit, quemcunque eligit. Vnde et prouocatio adpellatur.* Haec postrema verba quam sententiam PLINIO tribuant, haud agnosco. Scribo: *vnde* NEC *prouocatio* AVDIATVR, vel: ADMITTATVR. Videsne, quum PLINIVS electum iudicem *summum* dixerit, hoc *summum* deinde explicare, a quo prouocare haud liceat?

V. *Haec fiducia operis est indicatura).* Mera est balbuties in his verbis. Emenda: *Haec* FIDVCIAM OPERIS SPES EST VINDICATVRA. Hoc est, haec spes a Titi benigno iudicio fiduciam huic operi tribuet. Posset et legi: *Haec fiducia operis;* HAEC SPES EST DICATVRO. Sed illud prius malo.

VI. *Iam pridem per acta sancitur et alioquin statum erat heredi mandare).* Quid sit illud *sancire per acta*, de historia nondum publicata, et quae heredi mandanda erat, acutis illis, qui intelligere se credunt, quidquid legunt, multum negotii exhibebit, si suae persuasionis rationem reddere eos quis velit. Mihi liquet scriptum fuisse: *Iam pridem* PERACTA (h. e. confecta quidem, vt vniuersitas eius contexta sit, historia:) SARCITVR; id est passim per partes suppletur expoliturque, vt reddatur praeter illud de mandanda ea heredi consilium alia quoque morae caussa. Sed ita iam HARDVINVS. Adscriptam iam antea hanc adnotationem, quam HARDVINVM inspicerem, delere nolui; quum nunc adsensum saltem meum testari queat.

VII. *Inscriptionis apud Graecos mira felicitas).* Malem sane legere: *mira* FECVNDITAS, aut: MIRAE DELICIAE.

VIII. *Nostri crassiores,* et deinceps. Totum locum e vestigiis codicum, quorum varietates hic consuli possunt, sic emendo: *Nostri crassiores, antiqui-*

*tiquitatum exemplorumque quondam* FECVNDISSMI, *lucubrationumque* PVTIDI ABACVLIS *erant, et vocabantur pantomimi, vt adſerit Varro in ſatyris Sesquiulixe et Flexabulis.* Dixit ſuos, quondam craſſiores licet iſtis Graecorum in inſcriptionibus deliciis et ambitione, habuiſſe tamen hoc cacoethes, vt antiquitatum et exemplorum nominibus inſcriberent farraginem rerum, quae vbique iam legerentur, et ambitioſi eſſent in disponendis huiusmodi protritis vulgatiſſimisque fabulis, tanquam in abaco argentum, ſic in huiusmodi lucubrationibus ſua friuola, exſtruentes. VARRO de L. L. l. VIII. *Itaque ſicut abacum argento ornari videmus, vt alia paria ſint, alia diſparia: ita in oratione.*

IX. In l. II. c. XXV. de comete, qui occiſo Caeſare conſpectus eſt: *admodum fauſtus diuo Auguſto iudicatus ab ipſo, qui incipiente eo adparuit ludis, quos faciebat Veneri Genetrici).* Quae barbaries: *fauſtus Auguſto iudicatus ab ipſo?* Deinde illud *incipiente* ad Auguſtum referendum eſſet. Quid vero is tum incepit? Num imperare? Atqui hereditatem nondum auunculi tenebat, nedum vt vllo publico magiſtratu praeditus eſſet. Quare ſcribe: *admodum fauſtus diuo Auguſto, indicatus ab ipſo, qui, incipiente eo,* ADPARAVIT LVDOS, *quos faciebat Veneri Genetrici.* Indicatus ab ipſo erat Auguſto, in commentariis de vita ſua, vt aliunde conſtat; *incipiente eo,* hoc eſt, cometa exorto, per ellipſin verbi adparere aut fulgere, ſicuti de deſinentibus e contrario dixit *perire* MANILIVS I. v. 812. p. ed. Bentl. 59. *tractosque perire cometas.* Sed *incipere* de ſideribus optime dicitur orientibus. RVTILIVS l. I. v. 124. *Lunam finiri cernis, vt incipiat.* Legi quoque poſſet: *qui incipiente eo* ADPARERE, ADPARAVIT LVDOS, *quos faciebat Veneri Genetrici.*

 Simi-

Similitudo verborum *adparere adparauit*, continuo iunctorum, caussa fuit, cur alterum excidit. Ita PLINIVS l. XVIII. c. XXV. *incipiunt adparere.* Atque hoc quidem malo.

X. l. IIII. c. XI. legendum est haud dubie: ADLVIT TYRAS AMNIS: TOTVM EVM *tractum Scythae aroteres dicti tenuere.* Hoc enim et sententia et geographia vetus exigit.

XI. l. XXXI. c. II. in epigrammate LAVREAE TVLLII primos versus lego:

QVO *tua, Romanae vindex clarissime linguae,*
*Silua* SOLO *melius surgere iussa viret:*

Ex *quod* vel *quum*, ita enim variant libri, *quo* fecimus, quia respicit ad mox subiectum *hic.* Ex *loco* rescribimus SOLO, quod magis est poëticum, et saepius haec permutari critici norunt.

---

Lib. V. sect. 21. *Dexteriore autem alueo Babylonem, quondam Chaldaeae caput petit (Euphrates), mediamque permeans, item quam Otrin vocant, distrahitur in paludes).* Pro *Otrin* legendum putat *Opin*, Hemsterhusius ad Lucian. Necyomant. c. 9.

---

# BLASIVS MERREM

## DE ANIMALIBVS SCYTHICIS APVD PLINIVM (EXERCITATIO ACADEMICA, EDITA GOETTINGAE MDCCLXXXI)

---

Veterum de historia naturali scriptorum libros, quamuis eorum magna pars aut incertis, aut fabulose ornatis narrationibus repleta sit, nihilominus tamen

tamen ad cognofcendas eas mutationes, quae variorum animalium habitacula, viuendique rationem et inftinctus fpectant, et vtiles et cuicunque naturalis hiftoriae cultori neceffarios effe, nemo vnquam negare poterit, qui eos plane intelligere et recta de iis iudicia ferre valet. Inter alia multa, quae omnia hic commemorare alienum foret, ex illis difcimus, animalia regiones, per inftitutam agrorum culturam, aut per auctam hominum multitudinem, fibi inhabiles redditas, reliquiffe, in campis degentia fyluas petiiffe, et quae fecura ante atque ferocia erant, nunc timida fugaciaque facta effe. In illis quoque multorum, a noftri etiam aeui fcriptoribus repetitorum errorum femina latent, multaque aut neglecta aut oblita apparent, vt ideo nobis faepe incitamenta iniicere poffint, naturalia acriori quam folet ftudio fummaque diligentia perfcrutandi. Quibus permotus, non ineptum fore mihi vifum eft, locum quendam Zoologi antiqui illuftrare, qui extat apud PLINIVM *in Hift. Nat. Lib. VIII. cap. V. Sect. Hard. 15. 16.* *Pauciffima Scythia gignit inopia fruticum; pauca contermina illi Germania: infignia tamen boum ferorum genera, iubatos Bifontes excellentique vi et velocitate Vros, quibus imperitum vulgus Bubalorum nomen imponit, cum id gignat Africa, vituli potius ceruique quadam fimilitudine.* (Sect. Hard. 16.) *Septentrio fert et Equorum greges ferorum, ficut afinorum Afia et Africa. Praeterea Alcen, ni proceritas aurium et ceruicis diftinguat, iumento fimilem: item natam in Scandinauia infula, nec vnquam vifam in hoc orbe, multis tamen narratam Achlin, haud diffimilem illi, fed nullo fuffraginum flexu, ideoque non cubantem, fed acclinem arbori in fomno, eaque incifa ad infidias, capi; alias velocitatis memoratae. Labrum*

*ei ſuperius praegrande; ob id retrograditur in paſcendo, ne, in priora tendens, inuoluatur. Tradunt in Paeonia feram, quae Bonaſus vocetur, equina iuba, cetera tauro ſimilem, cornibus ita in ſe flexis, vt non vtilia ſint pugnae, quapropter fuga ſibi auxiliari, reddentem in ea fimum, interdum et trium iugerum longitudine, cuius contactus inſequentes, vt ignis aliquis, amburat.*

*Iubatos Biſontes*) PLINIVS ex veteribus, qui adhuc ſuperſunt, naturalis hiſtoriae ſcriptoribus primus eſt, qui Biſontis mentionem fecit; Graecisque auctoribus, vel antea plane ignotus, vel tamen minus cognitus fuiſſe videtur a); neque poſtea a multis memoratus eſt. Extant tamen deſcriptiones eius apud OPPIANVM b), et SOLINVM c), ex quarum

a) Nec Vros aut Biſontes habuerunt Graeci in experimentis PLIN. *XXVII. c.* 10. *ſ. H.* 45.

b) *Cyneg. II.* 159. *ſeqq.* Ἔστιν ἀμαιμάκετον Φονίοις ταύροισι γένεθλον, Τοὺς καλέουσι Βίσωνας, ἐπεὶ πάτρης τελέθουσι Βιστονίδος Θρήκης· ἀτὰρ ἔλλαχον εἴδεα τοῖα. Φρικαλέην χαίτην μὲν ἐπωμαδὸν αἰθύσσουσιν Αὐχέσι πιαλέοισι καὶ ἀμφ' ἀτάλοισι γενείοις· Οἷα τε λαχνήεντες ἀριπρεπὲς εἶδος ἔχουσι Ξανθόκομοι, βλοσυροὶ, θηρῶν μεδέοντε λέοντες. Ὀξεῖαι κεράων δε πυριγλώχινες ἀκωκαὶ, Χαλκείοις γναμπτοῖσιν ἐπείκελοι ἀγρίστροισιν. Ἀλλ' οὐχ ὡς ἕτεροι συνεναντίον ἀλλήλοισι Νεύουσι στυγερῶν κεράων ἐπικάρσιον αἰχμὴν· Ὕπτια δ' εἰσορόωντα πρὸς αἰθέρα Φοίνια κέντρα. Τοὔνεκεν ὁππότε κέν τιν' ἐπιχρίμψωσι, κιχόντες Ἢ βροτὸν, ἢ τινα θῆρα, μετήορον ἀείρουσι. Γλῶσσα δὲ τοῖς στεινή μεν, ἀτὰρ τρηχεῖα μάλιστα, Οἷα σιδηροβόροιο πέλει τέχνασμα σιδήρου· Γλώσσῃ δ' αἱμάσσοντες ἀπὸ χρόα λιχμάζουσι.

c) In hoc tractu (*ſcilicet* Germania) ſane et in omni ſeptentrionali plaga Biſontes frequentiſſimi, qui bovis feri ſimiles, ſetoſi colla, iuba horridi, vltra tauros pernicitate vigent, capti aſſueſcere manu neſciunt. SOLIN. c. 20.

quarum comparatione, breuique PLINII de patria iubaque eius narratione, facile est coniicere, quale sit animal; nempe *Bos Bison* LINN. d), ex cuius germanico nomine *Wisent* latinum sine dubio ortum duxit. Occurrit insuper sub eodem hoc nomine apud SENECAM e) MARTIALEM f) et PAVSANIAM g) et sine nomine apud *eundem* h) et CALPVRNIVM SICVLVM i). Iam Germaniae exsul est, inuenitur autem adhuc in Polonia et America septentrionali. Accuratiorem de eo disquisitionem cum infra sequenti Bonasi descriptione coniungam.

*Excellentique vi et velocitate Vros, quibus imperitum vulgus Bubalorum nomen imponit)* Auctor noster narrat, *cornua* eorum *in tantum modum protendi, vt barbari septentrionales ex illis potent, vrnisque binis capitis unius cornua impleant* k), et SOLINVS *ob insignem capacitatem*, ait, *inter regias mensas potuum gerula fieri* l). CAESAR m) magnitudinem Vro-



d) Bos Bison. LINN. *syst. nat. I. p.* 99. ERXLEB. *regn. anim. p.* 235. Bison. BRISS. regn. anim. p. 82. Le Bison. BVFF. *hist. nat. XI. p.* 284. Icones optimae *Berl. Samml. Vol. V. Pars I.* RIDING. *Betracht. tab.* 37. *Entwurf tab.* 36. 37. 38.

e) *in Hyppolyto. vs* 64. Tibi villosi terga Bisontes.

f) *Spectacul.* 23. Illi cessit atrox Bubalus atque Bison. *Lib. I. epigr.* 105. Turpes esseda quod trahunt Bisontes.

g) *X. c.* 13.

h) *IX. c.* 21. Οὗτοι δὲ (ταῦροι) οἱ ἐκ Παιόνων ἔς τε τὸ ἄλλο σῶμα δασεῖς, καὶ ἀμφὶ τὸ στέρνον μάλιστα εἰσὶ καὶ τὴν γένυν.

i) *Ecl.* 7. v. 60. Vidimus et Tauros, quibus aut ceruice iubata Deformis scapulis torus eminet, aut quibus hirtae Iactantur per colla iubae, quibus aspera mento Barba iacet, tremulisque rigent palearia setis.

k) PLINIVS *XI. c.* 37. *s. H.* 45.

l) SOLIN. *cap.* 20.

m) Tertium est genus eorum, qui Vri appellantur. Hi sunt magnitudine paulo infra elephantos, specie

Vrorum nimium augens, paulo tantum infra elephantos esse dicit, quoad formam autem, velocitatemque eorum optime cum Plinio conuenit, eademque de cornibus refert, quorum magnitudinem Seneca quoque affirmat n): Boues quoque feri, secundum Strabonem o) in Alpibus habitantes, huc pertinere mihi videntur, nisi forte sint Bisontes. *Vros* autem *syluestres*, quorum Virgilivs p) meminit, minime cum hisce confundendos esse censeo: Italia nempe nulla fert boum ferorum genera, nec alios boues hic intelligendos esse credo, nisi tauros domesticos, quos feritatis detrimentique, quod vineis inferunt, caussa, poeta hoc nomine appellat, et alio quoque loco q) eodem hoc nomine domesticos boues insignat. *Syluestres* autem vocat locis scilicet syluestribus pascentes, haec namque veteres pro pabulo pecoris pratis praeferebant r). Sub *Bubali* nomine Vrus, quantum memini apud Martialem s) solum occurrit. Vrus autem nulla alia est boum species, nisi *Tauri domestici*, in statu adhuc

cie et colore et figura tauri. Magna vis eorum et magna velocitas. Adsuescere ad homines ac mansuefieri ne paruuli quidem excepti possunt. Amplitudo cornuum et figura et species multum a nostrorum boum cornibus differt. Haec studiose conquisita ab labris argento circumcludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis vtuntur. Caes. *bell. gall. VI. cap.* 28.

n) *Hippol. vs.* 65. Latisque feri cornibus Vri.

o) *IV. p.* 318. Ἔχουσι δ' Ἄλπες καὶ ἵππους ἀγρίους καὶ βόας.

p) *Georg. II. vs.* 374.

q) Ibid. III. vs. 532. — et Vris Imparibus ductos alta ad donaria currus.

r) Varro *de re rust. II.* 5. Pascuntur armenta commodissime in nemoribus, vbi virgulta et frons multa: hieme secundum mare, aestu abiguntur in montes frondosos. Virg. *Georg. II. vs.* 249. etc.

s) l. c. *Spectac.* 23.

adhuc naturali viuentis t). Habitabat olim in Germania et Scotia, nunc vero illic exstirpatus, in Borussia, Polonia, Lithuania et Sibiria adhuc invenitur.

*Bubalorum — cum id gignat Africa, vituli potius ceruique quadam similitudine)* Variae de Bubalo Virorum doctorum sunt opiniones, quas recensere, antequam accuratiorem de eo disquisitionem instituam, operae pretium duco. GESNERVS u) quamvis animal, quod sit veterum Bubalus ignorare videtur, oppugnans tamen eorum opiniones, qui *Bouem Bubalum* x) (Italis *Buffalo)* esse rati sunt, ex *Caprarum* genere esse docet. BELONIVS y) speciem esse credit *Bouis*, cui *Indici* z) est nomen. ALDROVANDVS primo an bouis huius species putandus sit ambigens, multaque de distinguendo Bubalo Bubalique locutus, figuram sibi ab Horatio Fontana communicatam *Antilopes Bubalis* exhibet, quam vero bouis speciem esse putat a): postea vero pro *Caprae*

t) Vrus. GESN. *Quadrup.* *p.* 157. *c. fig.* RZACZ. *Pol. p.* 220. *Auct. p.* 323. Bos Taurus Vrus. LINN. *syst. nat. I. p.* 98. ERXL. *regn. an. p.* 228. L'Auerochs. BRISS. *regn. an. p.* 18. BVFF. *hist. nat. XI. p.* 201.

u) *Quadrup. p.* 139. *et* 330.

x) Bubalus. GESN. *Quadr. p.* 139. *c. fig.* Buffelus siue Bubalus vulgaris. ALDROV. *Bisulc. p.* 365. *fig. p.* 366. Buffelus. IONST. *Quadr. p.* 53. *tab.* 20. Le Buffle. BRISS. *reg. an. p.* 81. BVFF. *hist. nat. XI. p.* 284. *tab.* 25. Bos Bubalis. LINN. *syst. nat. I. p.* 99. ERXL. *regn. an. p.* 238. Optimam iconem varietatis nudae dedit RIDINGER *in collectione septem tabularum, Camelos, Bubalemque Bouem referentium, tab.* 6. 7.

y) *Obseruat. p.* 119.

z) Bos Indicus. LINN. *syst. nat. I. p.* 72. ERXL. *regn. an. p.* 240. The little Indian Buffalo. EDW. *birds IV. tab.* 200. Le Zebu. BVFF. *hist. nat. XI. p.* 285. 439. *tab.* 42. Le petit boeuf de Belon. ID. *ib. p.* 299.

a) *Quadr. bisulc. p.* 563. *f. p.* 565.

*Caprae* ſpecie habet, exhibetque icones Capram Ibicem vel Rupicapram ſine dubio male delineatas referentes b). Poſt eum RAIVS, quamuis, qualis ſit, neſciat, *Bouis* tamen ſpeciem eſſe putat c). PERRAVLT d) BVFFON e) PALLAS f) ERXLEBEN g) aliique denique *Antilopen Bubalem* eſſe vna voce declarauerunt, quam vero PERRAVLT Bouis ſpeciem eſſe ratus eſt, facieque nimis bouina exhibet. Haec breuis eſt de Bubalo opinionum hiſtoria de quibus quae verae falſaeque ſint, et quale ſit animal, ſub Bubali nomine intelligendum, nullo alio modo, quam breui ex veteribus ſcriptoribus collata deſcriptionum comparatione, melius diiudicari poteſt.

ARISTOTELES, PLINIVS, OPPIANVS et HESYCHIVS Ceruis, Capris, Rupicapris, Capreolisque eum adnumerant h), quibus itaque *forma* atque natura ſimilem putandum eſſe cenſeo, quod etiam PLINIVS et SOLINVS docent i).

*Cornua* baſi recta, recurua k), imbecillia, pugnaeque inutilia l).

*Timi-*

b) *Biſulc. p.* 935. *fig. p.* 936.

c) *Syn. quadr. p.* 83.

d) Vache de Barbarie. *Memoires pour ſerv. a l'hiſt. des anim. II. p.* 24. *tab.* 39.

e) Le Bubale. BVFF. *hiſt. nat. XII. p.* 294. *tab.* 37. 38. *fig.* 1. 2.

f) Antilope Bubalis. PALL. *Spic. Zool. I. p* 12. *XII. p.* 8. 16.

g) Antilope Bubalis. ERXL. *regn. an.* 291.

h) ARIST. *hiſt. an. III. cap.* 6. OPP. *Cyneg. II. vs.* 300. HESYCH. Βεύβαλος δορκάδιον.

i) PLIN. *h. l.* SOLIN. *cap.* 20. Cum Bubali pene ad ceruinam faciem in Africa procreentur.

k) OPP. *Cyn. II. vs.* 303. Καὶ κεράων ὀρθαὶ μὲν ἀπὸ κρατὸς πεφύασιν Ἀρκέμονες προτενεῖς, ὕψου δ' αὖτις ποτὶ νῶτον Ἄψορροι νεύουσι παλιγναμπτοῖσιν ἀκωκαῖς.

l) ARIST. *part. an. III.* 2.

*Timidus* et fugax est m).

*Sanguis* non spissatur, ob defectum fibrarum, vti sanguis Caprarum, Ceruorum etc. n).

Habitat in Africa o), in Nomadibus p) et Mauritania *).

Videamus nunc, quale sit animal Bubalus. Illos, qui *Bouis* speciem esse putant, maxime errare, ex eo patet, quod minime cum boue confundendum esse PLINIVS monet; et quod caprarum ceruorumue generi adnumerandum esse omnes et singuli de eo scriptores confirmant. Adde quoque, *Buffelum* hoc loco intelligere, absurdum etiam ea de caussa esse, quia A. C. N. 595. primus in Europam aduectus, neque Africanae sed Asiaticae est originis. Neque tamen, quia est ex genere bouino, *Indicus Bos*, quamuis in Africa habitat, Bubalus habendus est, cum cornuum etiam figura maximopere a veterum descriptione aberret. Minime itaque errauerunt ii, qui ex *Caprarum* siue *Antiloparum* genere Bubalum esse contenderunt: diuersa haec namque genera a veteribus confundebantur. Ex cornuum itaque figura et patria iamiam videbimus quale sit animal Bubalus. *Antiloparum* paucae tantum existunt species, quarum cornua OPPIANI descriptioni accommodare possumus; *Leucophaea* scilicet, *Rupicapra* et *Bubalis*, quam cum *Capra Dorcade* LINN. vnam eandemque constituere speciem, nullus dubito. *Leucophaeam Antilopen* q) vero

m) ARIST. l. c. Τὰ δὲ θηριώδη καὶ μάχιμα ἀποφεύγουσι.

n) ARIST. *hist. an. III.* 6. PLIN. *XI. c.* 38. *f. H.* 90. SOLIN. *l. c.*

o) PLIN. *h. l.* SOLINVS *l. c.*

p) HERODOTVS *IV. cap.* 192.

*) STRABO *XVII. p.* 1182.

q) Blaue Boecke. KOLBE *Beschr. des Vorgeb. pag.* 141. The blew Antilope. PENN.

vero huc referendam eſſe minime credo, partim, quod cornibus vtatur falcatis potius, minimeque baſi rectis, partim quod patria auſtralior ſit Africa et praeſertim Caput Bonae Spei: ignotam itaque veteribus fuiſſe nullum eſt dubium. *Rupicaprae* cornua quidem optime cum deſcriptione *Oppiani* conueniunt, ſed habitacula eius, Alpes ſcilicet Heluetiae non ſinunt pro *Bubalo* eam accipere. Reſtat itaque ſola *Antilope Bubalis*, ſiue *Capra Dorcas* LINN. quae an melius veterum deſcriptioni conueniat, videamus. Icones ALDROVANDI r) SEBAE s), HOVTTVINI t) *Actorum Pariſienſium* u) et ſceleti cornua eiusdem, quod PERRAVLT deſcripſit, indiuidui, in illuſtris BVFFON opere delineati x), optime cum figura cornuum ab OPPIANO deſcriptorum conuenire mihi videntur. Exſtant autem apud BVFFON y) et PENNANT z) cornuum delineationes deſcriptionesque, ab Ill. BVFFON et PALLAS pro Bubali quoque cornibus habitorum, minime cum prioribus conuenientium, neque OPPIANI deſcriptioni congruentium: duas itaque ex vna hac, exemplo PENNANTI, ſed excluſis certe eius ſynonymis, conſtituendas eſſe ſpecies, iudico, quarum characteres et ſynonyma hic exhibeo.

*ANTI-*

PENN. *ſyn. p.* 24. *fig. capitis p.* 39. Antilope Leucophaea. PALL. *Spicil. I. p.* 6. *XII. p.* 12. ERXL. *regn. an. p.* 271.

r) *Biſulc. pag.* 565.

s) *Theſaur. I. tab.* 42. *fig.* 4.

t) *III. tab.* 24. *fig.* 3. MÜLLERS *Linn. Naturſyſt. I. tab.* 24. *fig.* 3.

u) *l. c. tab.* 39.

x) *Hiſt. nat. XII. tab.* 37.

y) *Ib. tab.* 38. *fig.* 1. 2.

z) *Fig. capitis p.* 39.

## *ANTILOPE BUBALUS*

Cornibus craſſis, rugoſis, contortis, baſi rectis, apice recuruatis, cauda apice floccoſa, capite obtuſiore.

Bubalus veterum. ALDROV. *biſulc. p. 363. pag. 365.*

Vache de Barbarie. PERR. *Mem. pour ſerv. à l'hiſt. des an. II. p. 24. tab. 39.*

Ceruus Temamaçama. SEBAE *theſ. I. p. 69. tab. 42. fig. 4.*

Le Bubale. BVFF. *hiſt. nat. XII. p. 294. tab. 37. icon ſceleti.*

Capra Dorcas. LINN. *ſyſt. nat. I. p. 69.* (excluſis ſynonymis *Raii* et *Hernand.*) HOVTTVYN *natur. Hiſt. III. p. 213 tab. 24. fig. 3.* MÜLLERS *Naturſ. I. p. 416. tab. 24. fig. 3.*

The Cervine Antelope. PENN. *ſyn. pag.* 37.

Antilope Bubalis. ERXLEB. *regn. an. p.* 289.

## *ANTILOPE BARBATA.*

Cornibus craſſis, annulatis, lyratis, apicibus laeuibus, rectiſſimis, extrorſum flexis, mento ſubbarbato, cauda apice floccoſa.

BVFF. *hiſt. nat. XII. tab. 38. fig. 1. 2. cranii cum cornibus.*

The Senegal Antelope. PENN. *ſyn. pag. 28. fig. p. 39. capitis.* (excluſis ſynonymis.)

Antilope Bubalis. PALL. *Spic. I. pag. 12. XII. pag. 8. et 16.* (excluſis ſynonymis plerisque.)

Antilope Koba. ERXLEB. *regn. an. pag. 293.* (confuſa Koba BVFF. cum Antilope Senegalenſi PENN. eodem auctore praeuio.)

Hiſce ita conſtitutis nullus dubito, quin ad priorem ſpeciem Bubalus antiquorum referendus ſit, cum qua an bene conueniat, an non, cuique recenſi-

recensitas descriptiones iconesque comparando, facile est inquirere.

*Septentrio fert et equorum greges ferorum*) De illis Graecos non scripsisse PLINIVS affirmat, a) locumque natalem valde dubium illis tribuit: veri tamen simile est, Scythiam Europaeam siue Germaniam intellexisse. ARISTOTELES Syriae esse incolas dicit b) HERODOTVS vero oras Hypanis Scythiae fluuii illis patriam adsignat c) et STRABO narrat, in Alpibus d) et Hispania e) eos habitare. Inueniuntur adhuc equi feri in Germaniae syluis Senne et iuxta Kaiserswerth, qui ex feris omnino orti videntur, patre autem iam sunt cicure. In statu autem mere naturali circa Tanaim et per omnem Tartariam adhuc reperiuntur f).

*Praeterea Alcen, ni proceritas aurium et ceruicis distinguat, iumento similem: item natam in Scandinavia insula, nec vnquam visam in hoc orbe, multis tamen narratam Achlin, haud dissimilem illi, sed nullo suffraginum flexu, — alias velocitatis memoratae. Labrum ei superius praegrande; ob id retrograditur in pascendo, ne, in priora tendens, inuoluatur).* Descriptionem suam ex CAESARE g) PLINIVM desumsisse

a) *XXVIII. cap.* 10. *s. H.* 45. De equiferis non scripserunt Graeci (quod autem ex locis Aristotelis et Herodoti mox citandis falsum esse facile quisque videt.)

b) *Mirabil. auscult. pag.* 703. *ed. Casaub.*

c) *IV. cap.* 52.

d) *l. c. IV. p.* 318.

e) *III. pag.* 248. Φέρει δὲ ἡ Ἰβερία δορκάδες πολλὰς, καὶ ἵππους ἀγρίους.

f) GMELINS *Reisen I. pag.* 44. *tab.* 9. PALL. *Reis. I. p.* 211.

g) CAES. *de bell. gall. VI. cap.* 27. Sunt item quae appellantur Alces. Harum est consimilis caprei figura, et varietas pellium, sed magnitudine paulo antecedunt, mutilaeque sunt cornibus et crura sine nodis articulisque habent, neque quietis caussa procumbunt, neque

fiſſe facile quisque videt, aucta tamen narratione ſua ex auctoribus ignotis. Neminem ante Ill. SCHNEIDER h) dubitaſſe memini, PLINIVM hoc loco idem animal diuerſis nominibus deſcripſiſſe; quod vel incuria quadam, vel confuſis plurium auctorum locis, factum eſſe videtur: conuenit namque optime cum CAESARIS deſcriptione *Alcis*, *Achlis* deſcriptio, neque vllius per librariorum incuriam ortae loci huius transmutationis veſtigia apud HARDVINVM vel REZZONICVM extant. Nullum itaque dubium eſt, Achlin Alcemque vnum idemque animal eſſe. Difficilior vero, quale ſit, diſquiſitio eſt.

*Cornua* mari in ſuperciliis, foeminae nulla i); nam quod PLINIVS nulla k), CAESAR vero mutila l) ei adſcribant, exinde venit, quod vterque vel pullum vel foeminam deſcripſerit.

Proceritas *aurium* et *ceruicis* m).
Iumenti, vel vti SOINO, muli *ſimilitudo* n).

Pro-

neque ſi quo adflictae caſu conciderint, erigere ſeſe aut ſubleuare poſſunt. His ſunt arbores pro cubilibus; ad eas ſe adplicant, atque ita paulum modo reclinatae quietem capiunt: quarum ex veſtigiis, quum eſt animaduerſum a venatoribus, quo ſe recipere conſuerint, omnes eo loco, aut ab radicibus ſubruunt, aut accidunt arbores tantum, vt ſumma ſpecies earum ſtantium relinquatur. Huc quum ſe conſuetudine reclinauerint, infirmas arbores pondere affligunt atque vna ipſae concidunt.

h) *Programma de Achlide Plinii et* Κόλῳ *Strab. Traj. ad Viadr.* 1781. 4.

i) PAVS. *V.* c. 12. Ἄλκαι μὲν γὰρ καὶ κέρατα ἐπὶ ταῖς ὀφρύσιν ἔχουσιν οἱ ἄῤῥενες, τὸ δὲ θῆλυ οὐ φύει τοπαράπαν.

k) *h. l.*

l) *l. c.*

m) PLIN. *h. l.*

n) PLIN. *h. l.* SOLIN. *cap.* 20. Eſt et Alces mulis comparanda. — Equo potius quam mulo Alce conuenit,

Propenſum *labrum ſuperius* o).

*Patria* Septentrio, Scandinauia inſula p), Germania q), et Gallia Celtica r).

Ex hiſce iam dictis ſatis apparet, minime cum Κόλῳ STRABONIS vel *Antilope Saïga*, vt vult illuſtris SCHNEIDER Achlin conuenire, cui opinioni et patria et deſcriptio contradicunt. Apud STRABONEM autem alio quodam loco, absque nomine, Alce, occurrit, optima de ea data ex POLYBIO deſcriptione s). Ex ea autem, quam protuli, veterum deſcriptione, quale ſit animal Alces, eruere tentabo. Ex varietate pellium, magnitudineque quam CAESAR illi Capreae tribuit ſcilicet paulum maiore, veroſimile ſit, *Ceruum Damam* LINN. hic eſſe intelligendum. Si autem patriam ſeptentrionalem conſideramus, deinde Romae nunquam viſam eſſe, et magnitudinem quam PLINIVS et PAVSANIAS illi tribuunt, et proceritatem ceruicis, aurium, labiique ſuperioris contemplamus, dilucide apparet, minime cum *Ceruo Dama*, quem *Platycerotem* PLINIVS t) vocat, Alcen comparandam eſſe. Quod autem CAESAR de varietate pellium et earum tanta par-

venit, et illum etiam a Plinio ſub iumenti nomine intellectum eſſe, mihi videtur. PAVSANIAE *lib. IX. cap.* 21 ſpecie dicitur ceruum inter et camelum, *εἶδος μὲν ἐλάφου καὶ καμήλου μεταξύ.*

o) PLIN. *h. l.* SOLIN. *l. c.* Adeo propenſo labro, vt, niſi recedens in poſteria veſtigia, paſci non queat.

p) PLIN. *h. l.* SOL. *l. c.*

q) CAESAR *l. c.*

r) PAVS. *ll. cc.*

s) *IV. pag.* 318. Ἔχουσι δ᾽ Ἄλπες καὶ ἵππους ἀγρίους καὶ βόας. Φησί δε Πολύβιος, καὶ ἰδιόμορφον ζῶον γεννᾶσθαι ἐν αὐταῖς ἐλαφοειδὲς τὸ σχῆμα, πλὴν αὐχένος καὶ τριχώματος, ταῦτα δὲ ἐοικέναι τοῦ κάπρου· ὑπὸ δὲ τῷ γενείῳ πύρηνα ἴσχειν ὅσον σπιθάμιον ἀκρόκομον, πολύκης κέρκου τὸ πάχος.

t) *XI. c.* 37. *ſ. H.* 45.

paruitate narrat, aut pro pulli descriptione accipiendum est, aut potius relatis ad eum quibusdam commentis, tribuendum esse videtur; quippe cum suffraginum etiam flexum illis deneget. Inter *Ceruum* autem *Tarandum*, *Ceruamque Alcen* magis haerendum est. Sed neque collum tam procerum huic, neque labrum superius adeo propensum est, quam Ceruo Alci, ex cuius quoque germanico nomine antiquo *Elk* siue *Elch* latinum nomen ortum esse, lubenter Ill. BVFFON u) adsentior. Multa vero falsa in Alcis huius naturali historia, a veris separanda sunt. Nam neque caret suffraginum flexu, neque est labro superiore in tantum propenso, vti PLINIVS et SOLINVS illud describunt, neque etiam retograditur in pascendo; quamuis enim illi labium superius maius sit, quam in vlla alia ceruina specie, musculis tamen instructum est sufficientibus satisque magnis ad illud eleuandum, vti optime *Parisienses* obseruauerunt x). Annotandum adhuc est, proceritatem ceruicis non de longitudine sed de crassitie potius, eiusque latitudine esse intelligendum; collo namque breui Alces instructa est. Habitat adhuc Alce in borealibus Europae, Asiae

 atque

u) *Hist. nat. XII.* p. 82. cf. etiam BECKMANN *de hist. nat. vet. lib. p.* 199.

x) *Mem. pour serv. à l'hist. des an. I. pag.* 182. La lévre supérieure étoit grande et détachée des gencives, mais non pas si grande, que Solin la décrit, et que Pline la fait à l'animal qu'il appelle Machlis. — Car ces auteurs disent, que cette bête est contrainte de paître à recoulons, afin, d'empêcher que sa lévre ne s'engage entre ses dents: et nous avons observé dans la dissection, que la nature a autrement parvû â cet inconvenient, par la grandeur et la force de muscles, qui sont particulierement destinés à élever cette lévre supérieure.

atque Americae regionibus; in Lapponia potissimum, Noruegia, Scotia et Russia y).

Ill. KLEIN z) recte iamiam obseruauit animal illud quod *Tarandi* nomine PLINIVS *) descripsit, Alcen quoque sed masculum esse. GESNERVS **) bouis speciem esse ratus est, quem Poloni *Tur* vocant, quod vero nomen Vrum significat, quem hic minime intelligendum esse facile quisque videt. Ill. autem BVFFON †) aliique pro *Ceruo Tarando* potius habendum esse censent, sed breuis veterum comparatio facile docebit, KLEINII opinionem horum esse praeferendum. Vix operae pretium duco, lectores praemonere, totam Auctoris nostri, AELIANI a) et SOLINI b) narrationem de colorum huius animalis mutatione, inter fabulas esse referendam.

Taran-

y) Alces. GESN. *Quadr. pag. I. c. fig. foeminae mediocri.* ALDROV. *Bisulc. pag. 866. c. fig. maris et foeminae pessimis.* BRISS. *regn. an. pag.* 63. L'Elan. BVFF. *hist. nat. XII. pag.* 79. *tab.* 7. *maris.* PERR. *Mem. I. pag.* 178. *tab.* 25. *foem.* Ceruus Alces. LINN. *syst. nat. I. pag.* 92. ERXL. *regn. an. pag.* 298. Elk-Deer. PENN. *syn. pag.* 40. *tab.* 7. *foem.* Icon optima. RIDING. *Betr. tab.* 36. *maris.*

z) *Quadr. pag.* 24.

*) *VIII. cap.* 34. *s. H.* 52. Mutat colores et Scytharum Tarandus — Tarando magnitudo, quae boui: caput maius ceruino, nec absimile: cornua ramosa: vngulae bifidae: villus magnitudine vrsorum, sed cum libuit sui coloris esse, asini similis est. Tergori tanta duritia, vt thoraces ex eo faciant. Colorem omnium arborum, fruticum, florum locorumque reddit, in quibus latet metuens, ideoque raro capitur.

**) *Quadr. pag.* 156.

†) *Hist. nat. XII. pag.* 84.

a) *Hist. an. II. cap.* 16. Τάρανδος δὲ τὸ ζῷον, ἀλλ' οὗτος γε θρίξιν αὐτᾶις τρέπει ἑαυτὸν, καὶ πολύχροιαν ἐργάζεται μυρίαν, ὡς ἐκπλήττειν τὴν ὄψιν.

b) *Cap.* 30. Hunc Tarandum affirmant, habitum metu vertere, et cum delite-

*Tarandus* est *magnitudine* bouis c).
*Vngulae* bifidae d).
*Cornua* ramosa e).
*Caput* maius ceruino nec absimile f).
*Villus* longitudine vrsorum, *coloris* asinini g), vel vrsini h).
*Tergori* tanta durities, vt thoraces scutaque ex eo faciant Scythae, sagittis impenetrabilia i).
*Habitat* in Scythia k), nam certe SOLINVS errat, animal Aethiopicum dicens.

Haec omnia si cum *Tarando* et *Alce* comparamus, multa inuenimus cum hac optime congruentia, ab illo vero summopere diuersa. Magnitudine namque *Tarandus* multo minor est boue, cum *Alces* ad equinam fere magnitudinem accedat. Haec gaudet pilo multo longiore quam ille, neque *Tarando* tanta est durities pellis, cum *Alcis* globum fere plumbeum illudat, testante Illustrissimo A LINNÉ l); et ipse tergora in armamentario Bremano vidi, quae pro thoracibus inseruierant, omnesque ictus irritos fecerant.



litescat, fieri assimilem cuicunque rei proximauerit, siue illa saxo alba sit, seu fructeto virens, siue quam aliam referat qualitatem.

c) PLIN. *l. c.* SOL. *l. c.* Mittit et Tarandum boum magnitudine. AEL. *l. c.* καὶ τὰ νῶτα παραπλήσιος ταύρῳ καὶ τὸ μέγεθος.

d) PLIN. *l. c.* SOL. *l. c.*

e) PLIN. et SOL. *ll. cc.*

f) PLIN. *l. c.* SOL. *l. c.* capite ceruino.

g) PLIN. *l. c.*

h) SOL. *l. c.* vrsino colore et pariter villo profundo.

i) PLIN. *l. c.* AEL. *l. c.* τούτου τοι καὶ τὴν δορὰν ἀγαθὴν ἀντίπαλον αἰχμῇ, ταῖς αὐτῶν ἀσπίσι περιτείναντες, νοοῦσι καὶ οἱ Σκύθαι.

k) PLIN. *l. c.* AEL. *l. c.* ἔστι δὲ Σκύθης.

l) LINN. *syst. nat. I. pag.* 93.

Addam adhuc loci cuiusdam difficillimi maximeque vexati apud CAESAREM m) disquisitionem. Maxima inde orta est difficultas: quia CAESAR *vnicum* tantum *cornu* in media fronte huic animali tribuit. Ill. BVFFON n) qui hunc locum, vti etiam foeminae cornua, cornuumque directio postulat, de *Ceruo Tarando* intelligit, de cornuum anterioribus ramis interpretatur, qui etiam interdum tertium quoddam cornu in media fronte natum repraesentare videntur, vti etiam KLEINII icon o) luculenter exhibet, et hanc opinionem confirmat. Cum vero CAESAR minime trium cornuum mentionem faciat, vel potius cetera bina peculiariter non describat, haec explicatio minus placet. Videamus itaque anne facilius hunc locum interpretari possimus, pro *vnum cornu*, *vtrum cornu* legendo, quae etiam lectio per variorum auctorum locos probari potest p). Si vero haec lectio secundum Ill. RVHNKENIVM q) minime esset recipienda, non nimis ausum

m) CAES. *de Bell. Gall.* *VI*, 26. Est bos cerui figura, cuius a media fronte inter aures vnum cornu existit excelsius, magisque directum his, quae nobis nota sunt, cornibus. Ab eius summo, sicut palmae, rami quam late diffunduntur. Eadem est foeminae marisque natura, eadem forma, magnitudoque cornuum.

n) *Hist. nat. XII. p.* 82.

o) *Quadr. tab. I.*

p) VELL. PATERC. *II. c.* 34. et aliorum *vtriusque* ordinis virorum. — Ad quem locum BVRERVS *in notis*: „exemplar vetus habet *vtrius* ordinis." AVL. GELL. *IX*, 13. *Vtris* summo studio pugnantibus — testante LIPSIO in MS. Gisellini; et secundum eundem apud LIVIVM *XXXI. cap.* 39. Frumenti spes, quae in oculos fuerat, *vtros* pariter frustrata est — legendum est. Similes ellipses τοῦ *que* obuiae sunt in vocibus *cuique*, *plerumque* etc. cf. VELL. PATERC. *ed. Ruhnk. T. II. pag.* 850.

q) *Ibid. I. p.* 190.

fum fore puto, si *vtrumque* legeretur; neque amplius supererit, quare dubitemus, quale sit animal a CAESARE indicatum, *Ceruus* nempe *Tarandus* LINN. r) qui optime cum cetera CAESARIS descriptione conuenit.

*Tradunt in Paeonia feram, quae Bonasus vocetur, equina iuba, cetera tauro similem, cornibus ita in se flexis, vt non vtilia sint pugnae etc.)* PLINIVS totum hunc locum ex ARISTOTELIS *hist. nat. IX. cap.* 45. mutuauit, vbi Βονασσὸς vocatur. Caeteroquin pluribus locis apud hunc auctorem s), Μόνοπος nomine apud AELIANVM t) et *Bonaci* apud SOLINVM u) occurrit. Collatio descriptionum in veteribus scriptoribus obuiarum optime docebit, quale animal Bonasus sit.

*Cornua* spithamea vel paulo longiora, eaque amplitudine vt ἡμιχοῦν capere possint; nigra, splendentia, contorta, pugnae inepta x).



r) Rangifer GESN. *Quadr. p.* 950. *c. fig. mala.* BRISS. *regn. an. p.* 92. Ceruus Groenlandicus. EDW. *birds. I. tab.* 51. BRISS. *regn. an. pag.* 88. Le Caribou. BRISS. *ibid. pag.* 91. Le Renne. BVFF. *hist. nat. XII. p.* 79. *tab.* 12. *sceleti.* Ceruus Tarandus. LINN. *syst. nat. I. pag.* 93. ERXL. *regn. an. pag.* 304. Rein-Deer. PENN. *syn. pag.* 46. *tab.* 8. *fig. I. bona.* Icon optima. RIDING. *Beitr. tab.* 37.

s) *Hist. an. II. cap.* 1. *et* 16. *Part. an. III,* 2. *Mirab. auscult. p.* 702. vbi Βόλινθος et Μόναπος vocatur; et hocce illi nomen inditum esse testatur quoque *hist. an. IX. cap.* 45. illic namque Μόναπος pro Μόνεπος legendum esse credo.

t) *Hist. an. VII. cap.* 3.

u) *Cap.* 43.

x) *Arist. hist. an. IX. cap.* Κέρατα δὲ γαμψὰ, κεκαμμένα πρὸς ἄλληλα καὶ ἄχρηστα πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι τῷ μεγέθει σπιθαμιαῖα, ἢ μικρῷ μείζω. πάχος τε ὥστε χωρῆσαι μὴ πολλῷ ἔλαττον ἡμιχοῦν ἑκάτερον. Ἡ δὲ μελανία καλὴ, καὶ λιπαρὰ τοῦ κέρατος. *Mirab. auscult. l. c. Part. anim. III* 2. PLIN. *h. l.* SOLIN. *cap.* 43.

*Dentes* (primores) superiores nulli y).
*Forma* et *caput* bouinum z).
*Magnitudo* bouis sed fortior. Pellis eius expansa ἑπτάκλινον capit a).
*Ceruix* et *frons iuba* longa, molli et crispa tectae, ad oculos vsque pendula b).
*Pedes* villosi, bisulci c).
*Cauda* breuis, bouinae similis d).
*Tergus* forte e). *Crinis* mollis, fuluus f).
*Intestina* bouinis similia g).
*Caro* sapida h).

*Habitat*

43. Secundum SOLINI descriptionem cornua eadem sunt figura, qua Oui Strepsiceroti *Linn.* Cornua autem, ait, ita multiplici plexu in se recurrentia, vt si quis in ea offenderit non vulneretur — quod sine dubio ex male intellectis Plinii et Aristotelis locis ortum est.

y) ARIST. *hist. an. IX.* 45. Ὀδόντας δὲ τοὺς ἄνωθεν οὐκ ἔχει, ὥςπερ οὐδὲ βοῦς.

z) ARIST. *l. c. Mirab. ausc. l. c.* PLIN. *h. l.* SOLIN. c. 43. Cui taurinum caput, ac deinceps corpus omne.

a) ARIST. *hist. an. IX.* c. 45. Τὸ δὲ μέγεθος ἐστὶν ἡλίκον ταύρου, καὶ ἐστὶν ὀγκωδέστερον ἢ βοῦς· οὐ γὰρ πρόμηκες ἐστὶ, τὸ δὲ δέρμα αὐτοῦ κατέχει εἰς ἑπτάκλινον ἀποταθέν. *Mir. ausc. l. c.* AEL. *l. c.*

b) ARIST. *hist. an. II.* 1. *IX.* 45. Χαίτην ἔχει μέχρι τῆς ἀκρωμίας ὥςπερ ἵππος, μαλακωτέρα δὲ ἡ θρὶξ τῆς τοῦ ἵππου, καὶ προςεσταλμένη μᾶλλον — Τὸ δὲ προκόμιον καθήκει ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς. PLIN. *h. l.* SOLIN. *l. c.*

c) ARIST. *hist. an. IX.* 45. Σκέλη δὲ δασέα καὶ ἐστὶ δίχηλον.

d) ARIST. *l. c.* Κέρκον δ' ἐλάττω, ἢ κατὰ τὸ μέγεθος, ὅμοιον τῇ τοῦ βοός.

e) ARIST. *l. c.* Δέρμα δ' ἔχει πρὸς τὰς πληγὰς ἰσχυρόν.

f) ARIST. *l. c.* Χρῶμα δ' ἔχει τοῦ τριχώματος ξανθόν.

g) ARIST. *hist. an. II.* 16.

h) ARIST. *hist. an. IX.* 45. Ἔστι δὲ ἡδύκρεων. *Mirab. ausc. l. c.*

*Habitat* in Paeonia i). SOLINVS male Lydiam illi patriam assignat.
*Mugitus* bouinus k).
Saucius *fugit* l).
*Defendit* se calcitrando m), vel fimo suo combu- rente, ad quatuor passus (PLINIVS et SOLINVS in ridiculam longitudinem trium iugerum au- gent) eiaculando n), et eodem locum circum- dat, quo partum suum edit o).

Facile quisque videt, bouem hunc nullum esse alium, quam *Bouem Bonasum* LINN. p). Omnes namque auctores, qui eius mentionem fecerunt, descriptionem ex ARISTOTELE mutuati sunt, neque quemquam illum postea vidisse memini. Icones IOHNSTONII q) fictas esse, quisque primo intuitu iudicabit, et HILL r) figuram dedit Bisontis, cor- nibus nimis auctis pictam atque ex ALDROVANDO s) desumtam. Facile itaque summo GESNERO et Ill. BVFFON assentio, qui Bisontem, Bonasumque vnius tantum animalis species esse rati sunt. Illustres vero huius aeui Zoologi, KLEIN t) BVFFON u) et omnium facile princeps, cuius vestigia eminus tan- tum



i) ARIST. *hist. an. II*, 1. *IX*, 45. *Mir. ausc. pag.* 702. PLIN. *h. l.* AELIAN *l. c.*

k) ARIST. *hist. an. IX*, 45. Φωνὴν δ᾽ ὁμοίαν βοΐ.

l) ARIST. *l. c.* Ὅταν δὲ πληγῇ φεύγει.

m) ARIST. *l. c. Mirab. ausc. pag.* 702.

n) ARIST. *ll. cc. Part. an. III*, 2. PLIN. *h. l.* AEL. *l. c.* SOLIN. *l. c.*

o) ARIST. *hist. an. IX*, 45. *Mir. ausc. l. c.*

p) Bonasus GESN. *Quadr. p.* 145. ALDROV. *bisulc. p.* 358. RAII *syn. p.* 71. BRISS. *regn. an. p.* 84. LINN. *syst. nat. I. p.* 99. BVFF. *hist. nat. XI. p.* 284. ERXL. *regn. an. p.* 234.

q) *Quadr. tab.* 18. 19.

r) *Hist. of anim. tab.* 28.

s) *Bisulc. pag.* 355.

t) *Natürl. Ordn. der vierf. Thiere p.* 12.

u) *Hist. nat. XI. p.* 284.

tum sequi mihi liceat, PALLAS x) vlterius adhuc progressi, Vrum quoque cum hisce pro eadem specie habuerunt, neque nisi nomine differre, vel ad summum Bisontis varietatem constituere, opinati sunt. Variae autem adsunt rationes, quae me, quominus horum opinioni assentirem, diu detinuerunt. Vri namque dorsum, si veterum descriptionibus fidem habemus, neque toro, neque iuba praeditum est, et cornibus ille magnis fortibusque, et forma, nihil fere a bouis cicuris facie diuersa gaudet: cum Bisonti e contrario cornua sint breuia, iuba longa, torusque dorsi, et cauda insuper bouina multo breuior; quae omnia, imprimis vero varia cornuum structura me impulerunt, vt diu diuersa esse animalia, ratus sim. Quae namque Ill. BVFFON de cornuum domesticorum boum tanta varietate narrat, ad boues quoque syluestres applicare, regulae ab ipso hoc Ill. Viro saepius prolatae, in animalibus nempe in statu adhuc naturali degentibus multo pauciores quam in cultis inueniri varietates, quam maxime vetant. Si itaque etiam secundum Ill. PALLAS iuba longa, torusque maior in bubus tantum aetate iamiam profectioribus inveniatur, intelligere tamen non possum, vnde Vris cornua tanto maiora quam Bisontibus oriantur, imprimis si hi pro senioribus Vris habendi sunt. Boues autem feros cornibus in tantum modum protensis praeditos exsistere, exemplum a GESNERO y) de cornu ingenti a se viso prolatum docet; quod vero Vri cornu fuisse ob tantam eius magnitudinem nullus dubito, quamuis ille Bisontis dicat. Haec sunt varia illa dubia, quae mihi contra

x) *Nordische Beytr. I. Band I. Stück p. 1. ff.*

y) *Quadr. p. 145.*

tra tantorum Virorum ſententiam, de Biſontis cum Vro coniunctione, ſe obtulerunt. Cum autem pleraque dubia ex antiquis ſcriptoribus deſumta, recentiorumque deſcriptiones aut ex iis mutuatae ſint, aut etiam omnia confundant: cum porro CAESAR vnicus fere ſcriptor ſit, qui Vri latiorem deſcriptionem dedit, recentiorum autem de eo narrationes omnes ad Biſontem pertinere videantur, lubenter tantis viris aſſentio, qui diuerſa tantum nomina PLINIO et SOLINO in cauſſis fuiſſe putant, vt quaſi diuerſa animalia Vrum et Biſontem deſcriberent. Fortaſſe namque cornuum magnitudo in ſingulis indiuiduis varia inuenitur, vel etiam a CAESARE et PLINIO nimis aucta eſt, et Vri Biſontisque nomen in variis Scythiae regionibus eidem animali datum eſt.

Jam vero ratio mihi reddenda eſt, quare GESNERVM ſecutus, *Bonaſum* atque *Biſontem* pro iisdem animalibus habeam. ARISTOTELES nusquam *Biſontis*, AELIANVS et PLINIVS vero nusquam *Bonaſi*, niſi repetitis ARISTOTELIS verbis, mentionem fecerunt. Vtrique ergo nullum animal eo nomine, quo alter vſus erat, praeditum, nouerant. Facile itaque fieri potuit, illos vnum idemque animal nominibus tantum diuerſis deſcripſiſſe. PLINIVS nimius erat compilator, quam vt accuratiorem eum huius rei disquiſitionem inſtituiſſe credendum ſit. Deſcriptiones autem amborum animalium optime conueniunt: id enim quod ARISTOTELES de defenſione Bonaſi fimo narrat, ad fabulas referendum eſſe, nec dubitare licet, et ex aliis quoque comperiſſe veroſimile eſt. Cornua Biſontis, Bonaſique bene conueniunt: PLINIVS quidem nullam cornuum Biſontis facit mentionem, OPPIANI vero deſcriptio eorum figuram bene exhibet: intorta enim ea interdum eſſe RIDINGERIANAE plurimae

Biſon-

Bisontis *icones* docent, quamuis ille, quem ipse vidi, et cuius delineatio in *Berlin. Saml. V.* I. exstat, cornibus minus tortis praeditus erat. ARISTOTELES Bonaso iubam magnam tribuit, eademque est Bisonti: cauda insuper breuis, pilus mollis, color fusco-flauus, magnitudo, et, vt vno verbo dicam, tota Bonasi descriptio nimis cum Bisonte conuenit, quin pro vna eademque specie habendi sint.

---

# NOTITIA LITERARIA
## DE
# C. PLINIO SECVNDO
## EX
# G. I. VOSSIO
## DE HISTORICIS LATINIS LIB. I. CAP. XXIX

C. Plinius naturalis historiae scriptor, Neronis aeuo clarescere coepit: imprimis autem Vespasiani et Titi temporibus floruit. Patria fuit Veronensis: vt recte docet Onuphrius Panuinus commentario in fastos ad annum IↃCCCLIII. Quanquam infirmum id argumentum ex inscriptione, in agro Veronensi reperta. Nam et alibi inuentae inscriptiones, in quibus Plinii nominantur. Nouocomensem facit B. Hieronymus in Chronico Eusebiano. Sed duos Plinios confudit. At Hieronymus deceptus a scriptore vitae Plinianae, quae Suetonio Tran-

Tranquillo perperam tribuitur vulgo. Nam nihil certius, quam maiorem quidem Plinium fuiſſe Veronenſem: ſed iuniorem Nouocomenſem. Reliquit eximium ac nunquam ſatis laudatum opus Hiſtoriae Naturalis. Cuius epitome a RAINALDO quodam ſcripta exſtat Oxonii in bibliotheca Collegii Balliolenſis. Quando opus hoc ſcripſerit Plinius, ipſe indicat in praefatione. Ait enim ab V. C. exſpiraſſe annos octingentos triginta. Nec triennio ſuperuixit. Adhaec Symmachus Lib. IV epiſt. XVIII: *Enitar, ſi fors votum iuuet, etiam Plinii ſecundi Germanica bella conquirere.* Vnde colligo, iam Symmachi aetate opus hoc non vſque adeo obvium fuiſſe. Tacitus Annal. lib. I: *Tradit C. Plinius, Germanicorum bellorum ſcriptor,* (Agrippinam) *ſtetiſſe apud principium pontis, laudes et grates reuerſis legionibus habentem.* Tamen nunc quoque multa ſcripſit alia, quae tempora nobis inuiderunt. Inter ea quoque rerum geſtarum hiſtoriae fuerunt: vt teſtatur ſororis filius, Plinius Nouocomenſis lib. VI epiſt. VIII, quae ad Capitonem, vel, iuxta alios, Tacitum: *Auunculus*, inquit, *meus, idemque per adoptionem pater, hiſtorias, et quidem religioſiſſime ſcripſit.* Quae iſtae ſint hiſtoriae, ipſe in Hiſtoria naturali nos docet lib. II cap. LXXXIII, et CIII, vbi res geſtas Neronis a ſe congeſtas eſſe teſtatur. Indeque quiddam refert Tacitus lib. XIII Annalium. Praeterea Veſpaſiani, ac filiorum, geſta prodidit: vt ipſe in prologo Hiſtoriae nat. indicat. Atque addit, coepiſſe ſe inde, vbi deſierat Aufidius Baſſus; quod etiam a Plinio iuniore traditum eſt. Adhaec libros duos edidit de vita Pomponii Secundi: vt ipſe indicat lib. XVI cap. IV. Praeterea ſcripſit libros XX de bellis omnibus, quae Romani geſſere cum Germanis. Auctor de his quoque eſt Plini-

Plinius Nouocomenſis epiſt. V lib. III, qua de lucubrationibus auunculi agit. item Suetonius Tranquillus, ſiue alius, in Plinii huius vita: *Bella*, inquit, *omnia, quae vnquam cum Germanis geſta ſunt, viginti voluminibus comprehendit.* Libros iſtos Auguſtae Vindelicorum exſtare, credidit Conradus Geſnerus: qui, alicubi id legiſſe ſe, ait. Sed fucum ab aliquo per epiſtolam ei factum arbitror. Ex hiſtoriis eius quiddam refert idem Tranquillus in Caligula cap. VIII. Libros quoque de grammatica citat ipſe prologo Hiſt. nat. Idem librorum de iaculatione equeſtri libro octauo eiusce operis cap. XLII. Etiam geographiam reliquiſſe, colligat aliquis ex illo Seruii in VII Aen. *De ciuitatibus totius orbis multi quidem ſcripſerunt: ad plenum tamen Ptolemaeus Graece, Latine Plinius.* Sed ſignat is eos geographiae libros, qui intexti ſunt operi Hiſtoriae naturalis. Electorum vero commentarii, quos eum Plinius junior reliquiſſe auctor eſt, nihil aliud fuere, quam excerptorum ex variis ſcriptoribus: quae Graecis ἐκλογαὶ, παρεκβολαὶ, ἀνθηραὶ, χρήσιμα, χρηστομάθειαι, σημειώσεις; Latinis laudabilia, florida, et poſteriori aeuo deflorationes. Libri dubii ſermonis, quorum itidem fit mentio, opus erant grammaticum, quo expoſuit, quomodo efferre oporteret, vbi etiam eruditi haeſerant, vti quo genere, qua declinatione, qua ſignificatione, atque ita in aliis. E. g. Gibbus et gibber pro vitio ſit dicendum, num Clypeus et Clypeum, Baltheus et Baltheum promiſcue ſumantur, an mare pro mari dicatur, et ſimilia apud Chariſium et alios. Vt omnino erret vir Eruditus, qui putauit iis libris agi περὶ τοῦ λόγου ἐσχηματισμένου.

EX

# IO. ALB. FABRICII BIBLIOTHECA LATINA

A

## IO. AVG. ERNESTI

AVCTIVS EDITA TOM. II. CAP. XIII

---

I. *Plinii Maioris aetas.* II. *Historiae naturalis libri.* III. *Scripta deperdita.* IV. *Scripta varia ad Plinium pertinentia.* V. *Versiones.* VI. *Interpretes partium quarundam.* VII. *Index Scriptorum in Hist. naturali.*

C. PLINIVS SECVNDVS, Veronensis, an Novocomensis fuerit, a multis disputatum est, initio facto per Ioannem Presbyterum, Ecclesiae Veronensis Mansionarium, qui eum Veronensem fecit: quos longa serie enumerat *Rezzonicus* V. Ill. Disquis. Plinianar. L. I. ipse pro Novocomo, recte, ut nobis videtur, decernit. Natus sub Tiberio, a. C. 23. ut eidem videtur: nam nec in hoc consentiunt: sub Claudio stipendia fecit in Germania, sub Nerone et Vespasiano varia munera publica administravit, procurator primum in Hispania, deinde Praefectus Classis Misenensis. Nec minus omnibus liberalibus disciplinis insigniter excultus, Epicureus, dogmate, non moribus, diligentia incredibili et eruditione admiranda, post elaborata plurima immortalitate dignissima volumina, cum Miseni agens ad Vesu-

Vesuvium a) montem, fumum et ignes evomere incipientem, cognoscendae rei cupiditate propius accessisset, ex fumo nubis, e monte ortae, spiritu obstructo, clausoque stomacho, obiit sub Tito Imp. anno aetatis sexto et quinquagesimo, a. d. VIII. Kal. Sept. Vitam et res Plinii post Plinium Iuniorem plures scripsere. Omnes vicit longe et obruit nuper Vir Ill. *Ant. Iosephus Comes a Turre Rezzonici*, in Opere eruditissimo Disquisitionum Plinianarum, i. e. de Vtriusque Plinii patria, rebus gestis, scriptis, Codicibus, editionibus atque interpretibus, cuius T. I. Parmae a. 1763. T. II. 1767. in f. prodiit, promisso etiam T. III, quem cupide exspectamus. Vtramque Plinii iun. epistolam de eo constituit et illustrat T. I. p. 110. sq.

II. Ex scriptis Plinii solum ad nos pervenit opus, quod Plinius Iun. l. c. *Historias naturae*, vocat, ipse auctor *Historiam naturalem*, in praefatione: male libri quidam editi et scr. *Historiam mundi* (Ill. Rezzonicus T. I. p. 194.) item *Historiam mundi naturalem*, opus, ut recte ait idem Plinius Iunior, *diffusum, eruditum, nec minus varium, quam ipsa natura.* Constat *libris XXXVII.* eoque ex voluminibus ultra bis mille scriptorum Graecorum Latinorumque universam naturae varietatem complecti conatus est. Series operis et rerum explicatarum haec

a) Vide Plin. iunioris Epist. VI, 16. et 20. ad Tacitum et auctorem vitae, nec non Baptistam Fulgosum memorabilium VIII, 7. p. 605. Similiter de Francisco Nigro, Platiensi Siculo, Medico ac Philosopho traditur, hunc a. 1537. dum nimis curiose Aetnae incendia speculatur, uno ex ingentibus lapidibus quos montis vorago in caelum emittebat, ad caput eius delapso, misere peremtum. Anton. Mongitor Biblioth. Siculae T. I. p. 231.

haec est: Post praefationem, cuius locum tenet Liber primus ad T. Vespasianum fil. Imp. *Libro II.* agit de Vniverso, coelo et terra, unde eum librum Melanthon et alii separatim edidere, ut lectionibus scholasticis inserviret: inde de terra proprie et Geographicis rebus L. III. IV. V. VI. Hinc ad incolas terrae venit et primum Libro VII. de homine et rebus humanis copiose eleganterque disserit: qui liber in primis dignus est lectu: tum de ceteris animalibus eorumque variis generibus, ut de terrestribus, id est, quae in terra incedunt, L. VIII. de aqualitibus, L. IX. de volatilibus, L. X. de insectis — XI. Ab XII. libro incipit exponere, quae terra eduntur, arbores, plantas, gramina, segetes, rem rusticam omnem, et certa eorumque usus in vita humana per artes ab hominibus inventas. Ad extremum in ipsam terram descendit L. XXXI. agitque de metallis, initio ab auro facto, eorumque varietate, usibus etc. ceterisque rebus, quae e terra eruuntur; et definit tandem L. ultimo XXXVII. in artibus pulcris, quibus materia subministratur e terrae visceribus, ut statuaria, pictura similibusque. Librum *primum*, suppositum Plinio, et ab interpolatoribus adtextum contendit, bene meritus alioqui de Plinio *Ioannes Harduinus* Chronolog. V. T. p. 152. quem late refellit Ill. Rezzonicus, sed ut tamen de Indice auctorum concedat ac defendat p. 200. Plinius ipse testatur opus hoc exegisse se a. V. C. 830. Tito Vespasiano sextum consule, a. 230. post captam Carthaginem, et Corinthum, obitumque Catonis, a. 90. post obitum Virgilii, de quo v. plura apud Rezzonicum T. I. p. 172. sqq. Cum vero plurima e Graecis petierit scriptoribus in illorum sensu assequendo non semper feliciter versatus videtur viris doctis. *Neque vero*

*novum est*, inquit Iosephus Scaliger sive Yvo Villiomarus in locos controversos Titii pag. 14. *Plinium in reddendo Aristotele aut Theophrasto offendere, cum sexcentis locis hoc commiserit. Quod utique non Plinii inscitiae attribuendum, sed eorum negligentiae, qui excerpta ex auctoribus mala fide descripta ad eum deferebant, ut in ordinem ab eo digererentur. Ita enim opus suum eruditissimum magna ex parte composuit vir ille nunquam satis laudatus. Quare errores in Plinio notamus, qui non sunt Plinii, sed amanuensium.* Innumera eiusmodi observata Salmasio ad Solin. cuius Salmasii videndum etiam iudicium de Plinio homonymis hyles Iatricae praemissum; ut omittam Budaei, Allatii, et aliorum loca adducta a Crenio in limine partis VII. animadvers. quibus illum Naturae, ut vocabat Lansius, Orat. pro Gallia pag. 126. Protonotarium hallucinatum annotarunt. Addam haec Vignolii Marvillii personati scriptoris T. 2. Misc. p. 42. *L'Histoire naturelle de Plinie est un edifice d'une parfaitement belle structure, mais dont les dedans ne sont pas toujours assez bien meublez pour de si beaux dehors. Le dessein en est magnifique, les prefaces qui ent sont les entrées sont tres justes, la Morale qui en est le solide, est admirable, et il y a des ornemens qu'on ne sauroit payer. Telle est la description du Rosignol dans son dixieme livre. C'est dommage que ce grand homme se soit trop appuié sur des Ecrivains peu seurs, et que ne choisissant pas assez ses lectures, il n'a pas été lui même toujours fidele à traduire les temoignages, qu'il en a tirez.* Profecit etiam e Latinis, tum iis, qui adhuc extant, ut rei rusticae scriptoribus, in quibus interdum iniquiorem esse Columellae notavit Gesnerus ad Colum. II, 9, 8. V, 6, 20. — Epitomen operis confecit Sec. XII. extremo *Robertus Girkeladiensis*, quam Adrian.

Relan-

Relandus commemorat in Palaeſtina p. 439. Eius exemplum fuit nuper in Bibliotheca Vffenbachiana. Aliam eſſe Oxonii in Bibl. Balliolenſi, cuius auctor fuerit *Rainoldus* quidam, tradit Voſſius de Hiſt. latinis: ſed in Catalogis MSS. Angliae nulla eſt eius mentio. — *Excerpta* autem e Plinio et Solino in membranis ſcripta, ſub nomine *Diguillii* Grammatici, vidiſſe ſe teſtatur Salmaſius ad Solin.

Abſolvit Plinius opus ſuum paullo ante obitum, circa annum V. C. 830. ut non uno innuit loco: et quintum Conſulatum Titi memorat l. 2. cap. 25. quem ille geſſit anno V. C. 828. C. 76. Incendium Veſuvii, quod ſpeculatus Plinius occubuit, deſcribitur a Dione libro LXVI. p. 755. ſeq. ad a. V. C. 831. Titi primum. Plinius in praef. *Viginti millia rerum dignarum cura, quoniam ut ait Domitius Piſo*, Theſaurus oportet eſſe non libros, *ex lectione voluminum circiter duum millium, quorum pauca admodum ſtudioſi attingunt propter ſecretum materiae, exquiſitis auctoribus D. b) includimus triginta ſex voluminibus, adiectis rebus plurimis, quos aut ignoraverant priores, aut poſtea invenerat vita.* Volumen ſecundum citat Plinius 6, 29. ſeptimum 33, 3. Nonnunquam etiam libri non numerum, ſed argumentum, ut 9, 35. *ut diximus in circuitu Mundi*, reſpiciens ad volumen ſecundum et ſeq. Et 33, 1. *ſicut dicemus in gemmarum volumine*, reſpicit enim ad librum 37.

Praeter naturalium, quam titulo ipſo promittit atque ubertim pandit, rerum notitiam, diſcordiam



b) Ita legendum non C.

concordiamque, uſus et effectus: praeter hiſtoriam inventorum humani ingenii, laboris luxuſque, et variarum artium, paſſim graviſſimas adſpergit ſententias, et iudicium de vanitate rerum humanarum, mortaliumque ſtultitia, ſpeciatim de perditis Romanorum per opes moribus, nec minus de mira ſapientia ac provida arte, fidemque omnem ſuperante vi naturae, per quam Numen intelligi voluit. Itaque licet Epicuri immerſus erroribus, tamen ab Atheiſmi ἐγκλήματι abſolvitur, iudice Vlrico Zwinglio lib. de Providentia T. 1. Opp. 356. A Georgio Agricola praefat. ad libros X. de natura foſſilium arguitur, quod *interdum haud obſervarit, a diverſis ſcriptoribus unam rem duobus vel pluribus vocabulis appellari, interdum contra res duas vel plures uno vocabulo.* Talium hallucinationum plenum eſſe ait Salmaſius p. 258. qui paſſim etiam illas notavit exercitationibus in Solinum. vide pag. 298. 302. 303. Ioſephus Scaliger in Scaligerianis primis pag. 85. *accuratus Plinii lector deprehendet, ipſum Plinium omnia, quae ex variis auctoribus excerpebat, ordine literarum ſive Alphabetico in ſua digeſſiſſe adverſaria, neglecto ordine naturali qui potior erat.* Confer et Reineſium III, 5. Var. Lect. Alia in diligentiſſimo illo viro notata vide, ſi placet, in Dan. Guil. Molleri diſſ. de Plinio Secundo pag. 20. ſq. Non in omnibus obſtringere ſe fidem ſuam, potiuſque ad auctores relegare plus ſimplici vice prae ſe fert Lib. VII. cap. 1. *qui dubiis,* inquit, *reddentur omnibus, modo ne ſit faſtidio Graecos ſequi, tanto maiore eorum diligentia vel cura maiore.* Adde VIII, 22. *Sint iſta, ut rerum Naturae libuit,* inquit II, 52. *aliis certa, aliis dubia, aliis damnanda: nos caetera, quae ſunt in his memorabilia, non omittemus:* et II, 98. *ut nihil, quod equidem noverim, praeteream.* Hinc aequius de Plinio

noſtro

noſtro iudicat Io. Raius Epiſtola ad Io. Liſterum, c) ne alios iam memorem, quorum teſtimonia congeſſit Iac. Pontanus lib. V. φιλοκαλίας cap. 1. pag. 142. et lib. 6. cap. 10. p. 195. Sane reprehendi non raro Plinium immerito, ac praeter rem mendacii argui, ubi quae tradit veriſſima eſſe comperiuntur, pulchre notatum eſt a Caſparo a Reyes, qui erudite illuſtrat locum lib. VIII. c. 50. *atque etiam morbus eſt aliquis per ſapientiam mori.* Sed de reprehenſoribus et cavillatoribus Plinii videndus Ill. *Rezzonicus* T. I. Lib. VII. qui de iis copioſe ibi dixit et accurate.

III. Deperdita Plinii ſcripta haec enumerantur a Plinio iuniore Epp. III, 5. *de iaculatione equeſtri* liber unus: *de Vita (L.) Pomponii Secundi* libri II. *Bellorum Germaniae* libri XX. *Studioſus* libri III. Voll. VI. *Dubii Sermonis* L. VIII. *Hiſtoriarum* XXXVII. *a fine Aufidii Baſſi. Electorum* CLX. non in libris ſcriptis numerandi. Fuere enim tantum Loci excerpti e ſcriptis ad uſus varios vel cogitandi vel ſcribendi. De his omnibus diligenter ſcripſit ſaepe laudatus *Rezzonicus* T. I. L. V. Ipſe Plinius, auctor, hos libros interdum tangit, ut H. N. VIII, 42. librum de *iaculatione equeſtri*, XVI, 4. *de Vita Pomponii* d) in Praefat. libros *dubii ſermonis:* item ibidem *libros Hiſtoriarum* et II, 53. 83. Alios praeter hos alii, ut *de bellis Germanicis* Tacit. A. I, 68, Symmach. IV, 18. Libros *dubii Sermonis*, Grammatici, Diomedes, Chariſius et alii.



c) Bibl. Angloiſe Tom. IV. pag. 10.

d) *Pomponius* hic *Veronenſis* an *Novocomenſis* fuerit, pariter, ut de Plinio ipſo, diſputatur. Novocomenſem fuiſſe defendit idem Comes Rezzonicus Tom. I. pag. 150.

IV. *Exempla* Operis huius *ſcripta* adhuc extant permulta; quorum magnum numerum diligenter enarrat et recenſet Ill. *Rezzonicus* Comes T. II. p. 218. Pleraque ſunt recentioris aetatis: et circa tempora reſtitutarum literarum, quaedam etiam Sec. XV. ſcripta. Nam propter copiam doctrinae celebratam multi cupiebant exemplum libri habere, unde et poſt tam frequentes editiones factae. Inprimis antiqua et clara ſunt exempla: *Ricardianum* Florentiae, quod nono ſaltem ſeculo ſcriptum putatur; *Toletanum*, quo Pintianus et Schottus uſi ſunt, et *Eſcorialenſe* e ſeculo eodem nono, nondum collatum cum edd. *Pariſienſe* tempore Caroli Calvi ſcriptum, et pauca alia. Exemplar *Gottorpienſe* quoque celebratum eſt a nonnullis; idque conferri cum edito exemplo optat Illuſtris *Rezzonicus*. Sed de uſu Codd. ad conſtituendum textum Plinii poſt recenſitas editiones aliquid monebimus. Valde inter ſe variare ſcriptos libros, omninoque valde vitioſos eſſe, non eſt mirum, in tanta magnitudine operis, et multitudine rerum vulgo non notarum, cum etiam in iis libris, quorum populare argumentum eſt, tanta vitiorum copia irrepſerit. Nec illa vitioſitas eſt nova. Nam *Symmachus* iam de eo malo queſtus eſt, Epiſt. I, 24. Similia alii tradunt. *Guibertus* ait, *Robertum* quendam, Abbatem Montis S. Mich. incidiſſe in exemplum Plinianae hiſt. valde vitioſum; id eum correxiſſe feliciter. Qualem illam hominis, illo tempore, correctionem fuiſſe putemus? Apud Decembrium autem Polit. liter. p. 44. Lonellus ait, ſe multa Plinii exempla e remotis etiam nationibus conquiſiviſſe, ut adiutoribus Guarino et Victorino correctiſſimum haberet. Et omnino, non modo ante, ſed et poſt inventam typographiam in editis exemplis, ut Stepha-

phanus ait, in Epist. de typogr. sua, p. 32. Plinium coniecturis omnium tanquam scopum misere expositum fuisse.

V. *Versiones* Plinianae historiae extant pluribus linguis. Prima est sine dubio *Italica Christoph. Landini,* e) primum edita, quod quidem certo constet, Venet. an. 1476. f. per Iensonum; saepe illa repetita. Si verum est, quod traditum reperi a nonnullis, e libro scripto factam esse hanc versionem, usus etiam Criticos habet. Sed tum iam edita exempla plura extabant: potuit tamen, ubi haerebat, libros scriptos consulere, quod an et quomodo factum sit, iudicabunt ii, qui cum editis contulerint accurate. In editione repetita nona Venet. 1484. correctorem habuit *Io. a Francesio*, in decima ibid. 1543. 4. *Ant. Brucciolum:* qui deinde a se versum Italice Plinium edidit Venet. 1548. 4. Novam post dedit *Ludov. Dominicus* Venet. 1561. 8. etiam additis notulis, quae illas obscuravit, etsi Brucciolum fere sequitur sensu, et verbis elegantior est, ut iudicat illustris Rezzonicus.

*Gallica* versio totius operis Pliniani una tantum extat, facta ab *Ant. Pineto* (du Pinet) cuius prima certa editio est Lugd. a. 1566. apud Claud. Sennetonum: (nam altera 1562. incerta est) saepe repetita in Gallia et extra Galliam. — Novam versionem moliri coepere viri quidam docti medio hoc seculo nostro, sed res exitum non habuit. Nuper



e) De hac versione intelligendum, quod dicit Sabellicus, de linguae lat. restauratione p. 334. med. *Landinum, Plinium et Livium, duo linguae latinae lumina, non sine piaculi suspicione omnibus vulgasse.* Nam idem et Livium Italicum fecit.

autem initium factum est novae versionis cum textu latino, ita facto, ut nihil in eo poneretur, quod non in aliquo libro scripto extaret; quod est ad commendationem operis apud vulgus speciosum: versioni subiectae sunt notae, ad res maxime explicandas et illustrandas pertinentes; (quanquam et grammaticae et criticae insunt:) in quibus utique multa vulgaria etiam verbosius, quam necesse erat, traduntur. In eo opere plures laborant; unus scribit, praesertim versionem, ut una orationis forma operi reddatur: quae est, quoad nobis iudicare licet, elegans. Initium edendi operis factum est superiori anno 1771. Paris. 4. prodierantque, cum haec scribebamus, Tomi quatuor, quorum *primus* pertinet ad usque librum secundum: *alter* ad sextum, *tertius* ad nonum: *quartus* ad tertium decimum. Opus ubi erit absolutum, de eius bonitate et universa et in singulis rerum generibus planius licebit iudicare. Sed ex hac, quam nunc in manibus habemus, parte, in qua praesertim Geographica bene tractata sunt, licet etiam de reliquis bene sperare. Opus debetur maxime Cl. *Poinsinet de Sivri.* — De *Durandi* versionibus particularum Plinianarum infra dicetur.

*Hispanica* versio una modo typis vulgata est *Hieronymo Gornesio ab Huerta* auctore (nam *Francisci Hernandii* versio librorum 26. scripta tantum extat) eiusque pars prima Libros XI. complexa primum prodiit Mantuae Carpet. a. 1624. altera 1629. f.

*Anglice* versus est Plinii textus a *Philemone* Batavo, qui in Anglia medicinam fecit, editusque Lond. 1634. — *Belgice* Arnhemii primum a. 1619. 4. deinde Amstelod. a. 1664. 8. sub titulo: *Plinius* van Menschen, Vogeln, onde Vischen. — *Germanice*

*nice* versus olim ex parte est, a L. VII. usque ad XI. per notum illum *Henricum Eppendorpium*, quae versio prodiit Argentorati 1543. Sed alia versio facta est postea per *Ioannem Heydenum*, quae primum prodiit Francof. 1565. fol. deinde aliquoties repetita. Res non est tanti. Nam nemo eam hodie legere curet, nec adeo multum de ea sperare licet. Nuper autem Rostochii a. 1764. 4. prodiit novi exempli versio Germanica cuius auctor fuit *Io. Dan. Denso* Pomeranus: qui post diuturnum rerum naturalium studium et cognito ingenio Pliniano, non male adeoque praeparatus ad hunc laborem accessit; non modo sensus Plinianos bene exprimere conatus est, sed et rebus nondum nomen Germanicum habentibus, nomina apta imponere: quae res ei saepe non male cessit. Ceterum aliud volumen promisit, in quo et emendaretur textus Plinianus, et historia naturalis ad nostra usque tempora continuaretur, h. e. nova post Plinium in quoque genere inventa traderentur. In quo virum doctum non solita nostrae aetati festinatione uti, res ipsa docet, cum nonus ab illius promissi tempore annus labatur, necdum illud Volumen prodierit. — Recentissima versio a *Godofr. Grossio* a. 1781. instituta et a. 1788. absoluta prodiit Francofurti XII. Voll. 8.

*Arabica* versio, auctore *Honiam*, fil. *Isaaci*, memoratur in Herbeloti Bibliotheca Oriental. p. 199. et in Act. Erud. 1720. p. 415.

VI. Iuvat etiam per saturam paucis referre, qui partes quasdam Pliniani operis illustrarunt. *M. Antonius Sabellicus* Centuriis duabus annotationum, varia Plinii loca illustravit, quae recusae sunt Venetiis 1508. et extant in T. 1. Facis Gruter. De his saepe ille in Epp. *Rob. de Valle* Rothomagensis

dedit Explanationes difficilium Plinii locorum a. 1500. 4. (exigui momenti, iudice Harduino.) *Nic. Leonicenus* de Plinii, et aliorum Medicorum erroribus: cuius liber primum prodiit a. 1491. Additus est liber de herbis, fruticibus, animalibus, metallis, serpentibus etc. in editione Basil. 1529. 4. in quo refellit, quem vocat Patronum Plinii, (s. Sabellici) i. e. Collinutium. Eiusdem Leoniceni de falsa quarundam herbarum inscriptione in Plinio, Argent. 1536. Huic rescripsit *Pandulph. Collinutius* in defensione adversus Leonicenum Pliniomastigem. v. et Epist. Totti et Menochii p. 211. seqq. adde ill. Rezzonici Plin. L. VII. pag. 217. ubi pag. 219. etiam Verderius refellitur.

*In Plinii Praefationem* commentarius *Merini Berichemi* Scodrensis prodiit Paris. 1519. *Cornelii Vitellii* Epistola ad Parthenium Benacensem, qua eandem praefationem illustrat, Perotti Cornucopiae subiungitur, in quo saepe Plinius explicatur: *Philippi Melanthonis* paraphrasis prodiit cum Orationibus duabus Demosthenis in Aristogitonem Latine versis Hagenoae 1527. 8. Video etiam laudari *Antonium Fabrum* f) in Plinii praefationem Rom. 1510. 4. *Leodegarii a Quercu* commentarius prodiit primum Paris. 1556. 4. apud Vascosan. tum Heidelb. 1600. 8. In illam praeterea scripsere *Martinus de Figueredo*, Olyssipone 1529. f. *Adrianus Turnebus*, qui notas suas *Guil. Pellicerio*, g) Montis-

f) Vide Catalogum Bibliothecae Seilerianae pag. 124.

g) Huius Pellicerii notis in Plinium MSS. usum se fuisse Harduinus testatur. Similiter ineditae alicubi delitescunt in Plinium notae Antonii Nebrissensis, Ioannis

tiſpeſſuli Epiſcopo, debere ſe fatetur, et quas Harduinus ſibi haud viſas memorat: *L. Antonius Flaminius*, atque *Antonius Ferrarienſis.*

*In Librum I. et II. Franciſci de Villabolos* extat gloſſa naturalis, Compluti 1524. fol. *In Librum II. Georgius Valla*, Venet. 1502. 2. *Iacobus Ziegterus*, de quo v. Schelhornii Amoen. hiſt. Tom. II. pag. 265. *Collinutius* et *Vadianus*, Baſil. 1531. 4. *Iacobus Milichius*, Hagenoae 1534. 4. Francof. 1543. 1557. 4. Pariſ. 1503. 4. Liſp. 1573. 4. *Rudolphus Goclenius*, Marpurg. 1612. 12. *Gelenius* emendatus Pariſ. 1543.

*In Librum VII. Guglingerus*, Cracov. 1526. 4. In locum Plinii VII, 50. ubi *mortis per ſapientiam* h) mentio, ſcripſere Alciatus II, 60. parerg. Mercurial. VI, 20. Var. lect. Biſciola XVII, 12. hor. ſubſeciv. Cerda ad Georg. Virgilii IV, 260. Eduardus Fernandez, Ioannes de Luna Vega, Franciſcus Ximenez Guillen, et Io. Pineda, Beverovicius quaeſt. Epiſtol. pag. 23. 27. 66. 69. 78. et Wedelius Centur. I. diſſ. Medico Philolog. X, 10.

*In Librum IX. Franciſcus Maſſarius* Venetus, Baſil. 1537. 4. cum praefat. B. Rhenani, Pariſ. 1542. 4. *In Libri XXX. cap. I. et II.* commentarius argutiſſimi ſcriptoris, i. e. *Io. Trithemii*, complectens Magiae naturalis rationem, prodiit Herbipoli 1548. 4. quo difficultates Plinianae, praeſertim de Magia, explican-

annis Andreae Stranaei, Petri Ciacconii, Chriſtophori Longolii, et fortaſſe Franciſci Calvi. Vide animadverſiones philologicas Thomae Crenii T. 7. p. 12. et 207. ſeq. D. de Aylva (forte de Sylva, inquit Harduinus) Medici Friſii commentarios in Plin. laudat Muntingius.

h) Verba Plinii ſunt: *Atque etiam morbus eſt aliquis per ſapientiam mori.*

plicantur et tolluntur. *Nic. Maroneae* Commentarius in Plinium et Diofcoridem de amomo editus eft Bafil. 1608. 4. *Melch. Guillandini* in aliquot capita Plinii lib. XIII. (de papyro) Venet. 1572. 4. Lufannae 1576. 4. contra quem Iofephus Scaliger in fcriptis poftumis fcripfit Parif. 1610. 4. Plinius *de Pifcibus* cum fcholiis *Io. Caefarii* prodiit Venet. 1518. 4. Argentorat. 1534. 4. *Chriftiani Gabrielis Fifcheri*, Regiomontani nota ad Plinii IX, 33. (num. 52. Harduin) de Concharum differentiis, in Actis Eruditor. a. 1733. p. 487. *Antonii Vallifnerii* dialogos inter Plinium et Malpighium, legas in Mufeo Minervae Venetae (Galleria di Minerva) T. I. pag. 297. et Tom. 3. pag. 297. 353. quibus ingeniofe refellitur generatio, quam ex putredine fine femine fieri multi fibi perfuaferant. Vide et Diarium Venetum, Giornale de' letterati d'Italia Tom. 13. pag. 180.

De duabus partibus Pliniani operis etiam bene meruit *David Durandus*, Sacerdos Londinenfis et Societatis eruditae Lond. Sodalis, primum de L. XXXV. ad calcem libri, Hiftorie de la Peinture ancienne, qui prodiit Lond. 1725. f. deinde de L. XXXIII. de auro et argento ad calcem libri: Hiftoire naturelle de l'or et de l'argent. Lond. 1729. f. Primum utrumque librum fecit francicum, textum latinum libri utrifque ex MSS. Voff. et ed. pr. 1469. emendare fubinde tentavit, fuafque notas addidit, ad L. XXXIII. etiam Gronovianas, ut et aliorum, ut Pintiani, correctiones et notas, et Harduini. Imprimis digna eft, quae legatur praefatio ad Hiftoriam Picturae, ad notitiam fcilicet edd. quarundam veterum. Ceterum in notis ipfius exempla latinitatis non bene intellectae plura reperimus. Etiam *praefationem Plinii* ab eo editam et ex iisdem libris cor-

correctam Lond. 1728. 8. reperimus: ipsi non vidimus.

Post hunc nuper plura loca Pliniani operis e libris scriptis editisque feliciter correxit et explicavit illustravitque Ill. *Rezzonicus* in praeclaro Disquisitionum Plinianarum opere, ut T. I. p. 242. seq. *Librum primum* ad Vespas. T. II. c. IX. p. 3. *Libri II.* et ceterorum omnium particulas plures, hoc nomine praeclare de Plinio meritus, etiam exemplo illius operis diligenter tractandi proposito, quod imitentur, qui Plinii novam et perfectam editionem curare instituant.

Neque ex hoc numero excludemus *Io. Matth. Gesnerum*, qui *Chrestomathiam Plinianam* cum notis edidit Ienae a. 1723. 8. repetitam et emendatam Lips. et Zellae a. 1753. in quo libro est ad Plinium et intelligendum egregia praeparatio, et ad totum lectione cognoscendum invitatio. Et venit ei aliquando, Gottingae cum esset, in mentem, totum opus edere, cum ei etiam Codex egregius e Bibl. ni fallimur, Corbeiae minoris oblatus esset, haberetque collegas rerum naturalium et medicarum peritissimos, quos in locis ad Physicorum et Medicorum disciplinam pertinentibus in consilium vocare posset, melius deinde eas dicturus, quam ipsi possent. Sed id institutum exitum non habuit.

Finem vix reperiremus, si omnes memorare vellemus, qui per varias occasiones Plinio profuere. Sed principes sunt *Budaeus*, (de quo infra in Indice edd. ad ed. Paris. a. 1524. dicetur,) *Iul. Caesar Scaliger*, *Salmasius* in Polyhistore, et notis ad Hist. Aug. scriptores, in quibus et locum de papyro ita explicavit, ut nihil, quod melius dici posset, reliquerit. — Nec praetermittendus

*Scheuch-*

*Scheuchzerus*, cuius *Dialogus inter Plinium et Salmasium* in Clerici Bibl. Sel. T. XVII. p. 192. et in eius Hist. nat. Helvet. plura sunt, quae ad Plinium pertinent, ut P. VI. pag. 130. 159. *de androdamante* ad XXXVII, 10. Et eius libri multa vel explicantur vel illustrantur ab iis, qui *de gemmis* scipsere: multa in Commentariis Acad. Paris. literarum bonarum, Partibus quidem recentioribus, etiam ad artes pertinentia, etsi non raro infeliciter, propter latinitatem non satis intellectam, imprimis ab Com. *Caylus*, aut vitiosam scripturam.

Fuerunt etiam, qui in Plinio laborarunt edendo, sed absolvere destinata non potuere. De miro studio *Christophori Longolii* Mechlinensis; qui a. C. 1522. natus, Patavii obiit, cum vix annos 34. vixisset, quos labores susceperit, quae itinera et pericula obierit, ut Plinianam Historiam digne illustrare posset, vide quaeso Melchioris Adami vitas Philosophorum in Longolio. Idem Adamus narrat, Longolium paene puerum plura in Plinio emendasse et notasse, quae ipso inscio et invito in Gallia fuerint edita. Memorat etiam Orationem, de laudibus C. Plinii, ac commentaria in XI. Plinii libros. Et Gesnero Longolii Commentaria in Plinium celebrantur, quem Pictavii publice cum summa omnium admiratione docte et eleganter fuerit interpretatus. Tamen Longolium et *Steph. Aquaeum* qui Paris. 1530. f. edidit Comm. in Plin. minorum gentium interpretes vocari video ab *Andrea Schotto*, qui in Epistola ad Ortelium, Melae subiecta, *Pintiani*, inquit, *in Plinium utinam te hortante Plantinus noster, typographus omnium quot sunt, erunt, maxime industrius, in vulgus edat cum* Iacobi Susii *et* Brugensium *notis: esset cur Reipublice litterariae,*

*riae, patriae, et Plinio ipſi iam paene in integrum reſtituto gratularemur. Nos Toletanum Codicem MS. quo uſus eſt Pintianus, inſpeximus, non pauca relicta collegimus, Solinum quoque et Capellam cum MSS. compoſitos recenſuimus: ſed matureſcere ſinam.* Ex eodem Schotto praeterea diſcimus, quod Plinium illuſtravit etiam ſaeculi ſui alter Varro, *Petrus Ciacconius* Toletanus, cuius vigilias Plinianas adhuc, inquit, nobis haeredes invident et theſauro incumbendo premunt. *Petri Pierii Smenſae*, *Schotani*, notas et emendationes in Hiſtoriam naturalem Plinii memorat Suffridus Petri de ſcriptoribus Friſiae decad. XVI, 2. nunquam editas, ut exiſtimo, quemadmodum et *Roberti Conſtantini* Antonius Teiſſierius in elogiis Thuaneis Gallice verſis illuſtratiſque Tom. 4. pag. 508. Dan. Guil. Mollerus in diſſ. circulari de Plinio Secundo, Altdorf. 1688. 4. notat *Nicolaum Rigaltium* quoque et *Octavium Ferrarium* Plinii Hiſtoriae Naturali recenſendae animum applicuiſſe, licet conſilia eorum mors praevertit. Ipſe Ferrarius p. 309. Epiſt. *De Plinio vix ulla ſpes ſupereſt, cum immenſum pelagus et ſumma dies inſtans vela colligere et retro curſum vertere compellat. Itaque labor omnis non ſine fructu per tot annos magno ſcriptori impenſus fruſtra ſuſceptus fuerit. Sic Dii voluere.* Eodem loco teſtatur, ſe veterem editionem Venetam contuliſſe cum manu exarato Codice, qui Pici Mirandulani fuerit. Notas Ferrarii non ultra librum duodecimum proceſſiſſe a. 1675. teſtatus eſt Chriſtophorus Arnoldus. Vide Burchard. Gotthelf Struv. T. 1. faſcic. 7. actor. literariorum et MSS. eruditorum p. 78.

# VII. INDEX SCRIPTORVM i) QVI IN PLINII HISTORIA NATVRALI CITANTVR

*Numerus maior librum, minor caput denotat.*

A *aphilus* IV. (*hunc Schotto memoratum neque ibi, neque usquam alio loco reperio.*)

L. Accius sive Attius Poëta in Praxidica XVIII, 24. cum brevis admodum fuisset, maxima forma

i) Bernardus a Mallincrot in paralipomenis ad Vossium de Hist. Graecis p. 68. *In catalogo auctorum Plinianorum quem affectum habeo, inter caetera cognita nec iniucunda nec infructuosa ostendere constitui convenientiam et discrepantiam Indicum cuiusque libri, qui operis illius primo libro comprehenduntur, cum cuiusque libri contextu.* Hic Mallincroti catalogus nunquam lucem vidit. *Andreas* vero *Schottus* Antverp. circa a. 1616. 8. separatim edidit Indicem Auctorum Plinii Maioris, ita digestum ordine alphabetico, ut primo Romani exhibeantur, deinde externi, tertio Medici, denique ii, qui in libro primo a Plinio in elencho auctorum nominantur, sed in librorum ipsorum capitibus nusquam nominati occurrunt. Ergo hunc Schotti indicem raro obuium ita lectori exhibeo, ut non modo suppletus sit et emendatus plurimis locis, collatis etiam *Harduini* ad indicem auctorum Plinianorum observatis, at qui libros et capita ubi singuli appellantur annotare neglexit: sed etiam triplex series Schotti nullo lectoris dispendio ita sit in unam collocata, ut externi aliis litteris (currentes vulgo appellant) denotentur, Medicis adscriptum sit Medici nomen: ubi vero in solo elencho libri primi Pliniani, nec usquam in capitibus ipsis sit scriptoris mentio, solus maior numerus illius libri, quo usum se scriptore aliquo Plinius significat, nullus vero minor adscribatur.

*Ana-*

*alius*

*Dama-*

Diodo-

Dosse-

*Eudi-*

Gallus

*Icesius*

*) C. Cilnius Melissus, libertus Maecenatis, de quo Nic. Heinsius ad Ovidii e Ponto IV, 16. 30.

*Philinus*

Rhem-

Simon

Sul-

*) Vitiose *Sarmenes* apud Reinesium II, 6. Var. Lect. p. 158.

*Timago-*

EX

# CHRISTOPHORI SAXII ONOMASTICO LITERARIO

P. I. p. 265 ſqq.

C. PLINIVS SECVNDVS, maior, ſeu Veronenſis, ſeu Nouocomenſis, Philoſophus, Grammaticus et Hiſtoricus. Etſi enim iam *Nerone* principe florere coepit, editis octo libris *dubii Sermonis*, teſte ſororis eius filio *Plinio* minori III. *Epiſt.* V. 5. tamen anno circiter 78, vel ſuperiori a. 77, euulgatis *Hiſtoriae Naturalis* libris, viuo adhuc *Veſpaſiano* AVG. *Tito*que iam ſexies Cos. immortalem nominis gloriam conſecutus eſt, argum. Praefationis eius, quam ad *Titum* ſcripſit. Extinctus eſt A. C. 79, ratiocinatore *Ioh. Maſſono* in *vita Plinii Iunioris* ad hunc A. §. I — IV.

v. *Voſſ.* I. de *Hiſtor. Latin.* c. XXIX. p. 140 ſ. et de *Philoſoph.* c. XII. §. II. p. 96. 97 *Pope-Blount*, p. 118-120. *Thom. Crenius* Part. VII. *Animadverſ. Philolog. et Hiſtor.* c. I. p. 2-24.

*Fabric. Bibl. Latin.* L. II. c. XIII. p. 401. *Tom.* I. et p. 562. *Tom.* II. vel edit. *Lipſienſis*, Tom. II. p. 179-239. vbi inprimis de *Cayluſianis* diſputationibus iudicium vide p. 207.

*Catal. Bibl. Bunav. Tom.* I. *Vol.* I. 347-350. et *Vol.* II. p. 1520. ſ.

*Hamberger.* Part. II. p. 135-145. — Quoad editionem *Plinii Harduinianam*, cum nemo illorum, quos modo nominaui, cenſurae *Crevierianae* meminerit, eius ſaltem titulum adſcribam: *Lettre*

Yy *d'un*

*d'un Professeur de l'Université de Paris à Monsieur ... sur le Pline du P. Hardouin à Paris.* 1725. et 1727. 12. — — De *disquisitionibus Plinianis,* in quibus *de utriusque Plinii patria, rebus gestis, Scriptis, Codicibus, Editionibus atque Interpretibus agitur, auctore Antonio Iosepho Comite a Turre Rezzonici,* Patricio Nouocomensi, *Parmae.* 1763. fol. Tomis II. altero 1763. altero 1767. promulgato, quibus proxime accedet *Tomus* III. differentem lege *C. A. Klotzium* in *Act. Liter.* Vol. VI. Part. II. p. 135 - 148. — *Ioh. Matthiam Gesnerum,* Germaniae, cum viueret, Varronem, de edenda olim *Historia naturali Pliniana* serio cogitasse ipse nos docet in *Disquisitione de Nomenclatura Latina ad Linguas hodiernas accommodanda* §. IV. p. 7. *Actor. Societ. Latin.* Ienensis Vol. I. item *Ierm. Nic. Eyringii Descriptio operum Ioh. Matthi. Gesneri,* p. 451 - 454. Vol. III. *Biogr. Acad. Gotting.* - Interim *Harduinianae* quodammodo aemulam esse, nec multum noui attulisse editionem *Berolinensem Plinii, cum Chrestomathia indicibus aliquot copiosissimis exposita,* quinque Codicibus, 1766. 8. curatam a *Io. Petr. Millero,* didici ex *Actis Literariis C. A. Klotzii* Vol. IV. Part. I. p. 39 49. — — Nuper quoque doctissimus vir. *Poinsinet de Sivry* Francica veste indutum, plurimisque obseruationibus Physicis, Astronomicis, Geographicis partim suis, partim *Bougeri,* de *la Landii,* et *Guettardi* in *Librum* duntaxat *secundum* animaduersionibus illustratum sub hac Epigraphe prodire iussit: *Histoire Naturelle de Pline traduite en François avec le Texte Latin rétabli d'après les meilleures leçons manuscrites; accompagnée de Notes Critiques pour l'éclaircissement du texte, et d'observations sur les Connoissan-*

*ces*

*ces des Anciens comparées avec les découvertes des Modernes.* Cuius editionis codices duntaxat quatuor, Libros XII. priores *Plinii* continentes, vidi, *Parisiis* a. 1771 et 1772. quaternis promulgatos. — — Ceterum, qui nostra passim memoria variis *Plinii* locis lucem affuderint, disputationum quodam indiculo, quam copiosa narratione praestat docere. Sunt autem huiusmodi: *C. A. H.* hoc est *Christo. Aug. Heumanni, Emendatio trium insignium Plinii locorum* in *Miscell. Lipsiens. Nov.* Vol. I. Part. I. p. 79 86. porro *Eclaircissemens sur quelques passages de Pline,* (L. XXXV. 3. 8. 10. 11.) *qui concernent les Artes dependas du dessein, par Mr.* le Comte de Caylus. (*Memoires de Litterature* Tom. XIX. p. 250-286) — *Description de la Province Narbonnoise selon le texte de Pline, éclairci par des Remarques Geographiques, Historiques, et Critiques par Mr.* Menard. (*Histoire de l'Académie des Inscription* Tom. XXV. p. 65-81.) — *Suite de la Description de la Province Narbonnoise selon le Texte de Pline* etc. *par le* meme. *Histoire de l'Acad. des Inscript.* Tom. XXVII. p. 114-136. et Tom. XXIX. p. 228-249.) — *Reflexions sur quelques chapitres du XXXVe Livre de Pline par Mr. le* Comte de Caylus (*Mémoires de Literature* Tom. XXV. p. 149-172) *Seconde Partie, du Genre et de l'Espece des Peintures anciennes,* (ib. *Tom.* XXV. p. 173-189.) *Troisieme Partie du Caractere et de la Maniere des Peintres Grecs* (ibid. p. 190-214.) — *Memoires sur la maniere dont Pline a traité de la Peinture par Mr.* de la Naure. (*Mémoires de Literature* Tom. XXV. p. 215-301.) — *De la Sculpture et des Sculpteurs Anciens selon Pline, par Mr.* le Comte de Caylus. (*Memoir. de Literat.* Tom. XXV. p. 302-334.) —

*Reflexions sur les chapitres du XXXIVe livre de Pline, dans lesquels il fait mention des ouvrages de Bronze*, par *Mr.* le Comte de Caylus. (*Mémoir. de Liter.* Tom. XXV. p. 335-367.) — *Examen d'un Passage de Pline, dans lequel il est Question de la Pierre obsidienne par Mr.* le Comte de Caylus. (ibid. *Tom.* XXX. p. 457. 502.) — *Iustification de Pline sur l'Etymologie de l'Ile d'Erythia et sur l'origine Erythréenne des Pheniciens par Mr.* de la Naune. (*Memoires de Literat.* Tom. XXXIV. p. 175-192.)

---

# INDEX
## EDITIONVM
## C. PLINII SECVNDI
## EMENDATIOR ET AVCTIOR FABRICIANO IN QVINQVE AETATES DIGESTVS

(*Ex editione Bipontina*)

---

### AETAS I. *NATALIS*
### 1469 — 1496.

Inter cuius cimelia post editionem principem praestat *Parmensis* I, emendata a Phil. *Beroaldo.* Sectiones in Plinianum textum induxit Romana II.

—— (Quae ferebatur princeps *Veronensis*, 1468. fol. eam exstare vspiam, dubitarunt multi: nunc quidem, commentitiam esse, planum factum est ab ill. Rezzonico T. II. Disq. Plin. p. 277.)

1469

1469 *Editio princeps*, *Veneta* fol. per *Ioannem Spirensem* Germanum, charta nitida et marginibus amplioribus: quam pluribus describit Sallengrius in Commentariis suis literariis (Mém. de littérature) T. I. sed vt externis tantum immoretur, ad vsum criticum nihil dicat, de illius temporis more. Eius exemplum est in Bibliotheca Senatus Lips. Ad calcem leguntur hi versus:

*Quem modo tam rarum cupiens vix lector haberet,*
*Quique etiam fractus paene legendus eram,*
*Restituit Venetis me nuper Spira Ioannes,*
*Exscripsitque libros aere notante meos.*
*Fessa manus quondam, moneo, calamusque quiescat.*
*Namque labor studio cessit et ingenio.*

Ad eandem editionem respiciunt versus, qui leguntur in antiqua editione librorum Augustini de ciuitate Dei Venet. 1470. fol. per Ioannem et Vindelinum de Spira, fratres:

*Qui docuit Venetos exscribi posse Ioannes*
*Mense fere trino centena volumina Plinii,*
*Et totidem magnos Ciceronis Spira libellos,*
*Coeperat Aureli, subita sed morte peremtus.*
*Non potuit coeptum Venetis finire volumen.*
*Vindelinus adest eiusdem frater, et arte*
*Non minor, Adriaca qui commemorabitur vrbe.*

In huius ed. exemplis Graeca vel omissa vel latine expressa sunt. Vitiose expressa multa: sed tamen, vt ill. *Rezzonicus*, post *Durandum* (v. praef. Hist. Pictoriae artis) vsu reperit, multa meliora sunt, quam in aliis editionibus: vnde ad textum Plinii constituendum necessaria est. Harduinus quidem non modo vsus ea non est, sed eam etiam ignorauit Ad l. 33. et 35. emendandum vsus est Durandus. Ma-

ture negligi coepit, quod secutae eam editiones pulchriores erant.

1470 *Romana* I. — — naturalis historia. Ad calcem legitur: *Sub Romano Pont. Max. Paul. II. Veneto, impress. Romae in domo Petri et Francisci de Maximis iuxta campum Florae, praesidentibus magistris Conrado Sweynheim et Arnoldo Pannarz. Anno Dominici natalis, 1470. fol.* cum Epistola *Io. Andreae*, *Aleriensis* Episcopi, ad Paullum II. Haec editio, manu passim notata, fuit in Bibl. Marquardi Gudii et inde peruenit in Bibl. Vinariensem. Hanc editionem non probatam fuisse Perotto, patet ex Epist. ad Fr. Guarnerium, subiecta Cornu copiae p. 1033. Edit. Aldinae: Sed eam defendit Cornelius Vitellius in Epistola ad Parthenium illi subiecta, ibidem pag. 1049. et Perottum male accepisse quaedam praefationis Plinianae loca, docet.

1472 *Veneta* II, (*Harduino* I) historiae natur. libri XXXVII. cum *Andr. Aleriensis* ep. ad Paullum Secundum Venetum. Venetiis, per Nic. *Ienson* Gallicum, fol. (nam ed. Iensonii a. 1470. ficta est) Huius editionis exempla plura notata reperimus, vt olim in Thuana, Lugduni in Bibliotheca publica, et Londini in Bibl. Richardi Mead *). Haec editio specie perpulchra

*) Maettarius testatur Annal. Typ. T. I. p. 34. eam se vidisse cum initialium literarum illuminationibus, singulorum librorum argumentum exhibentibus. Initio libri primi describitur Plinius sedens et scribens. 2. informis mundi globosi figura: 3. 4. 5. 6. diuersae Tabulae Geographicae: 7. tres Sceleti: 8. duo Elephantes turrigeri: 9. 10. varia piscium et auium genera: 11. Bombycum variae ab ouo vsque metamor-

chra eſt, etiam caret mendis edit. Rom. ſed ſubinde interpolata eſt ſpuriis laciniis, ſiue Codicis ſcripti, ſiue correctoris culpa.

1473 *Romana* II, repet. Rom. 1470. fol. ſed et minus elegantibus literis, et vitioſior, et vero etiam pluribus locis a quodam *Brotheo*, qui ei editioni praefuit, deprauata, quem hoc nomine acriter perſtringit Dom. Calderinus in recriminatione taxationis Plinianae ad calcem comment. in Iuuenalem. Ibidem in Defenſione adv. Brotheum accuſat Perottum, quod Plinium 275 locis corruperit: quod in qua editione factum ſit, ignorare ſe dicit auctor Literaturae Brixienſis P. I. p. 160. Ea autem accuſatio eſt communis Perotto et Brotheo, de quo idem dicit. Nempe Perottus codicem,

 ex

morphoſes: 12. Numina ruralia: 13. Hortulanus arbuſculas transmouens: 14. Homo ebrius in vinea: 15. Puer humi cum pomis ludens: 16. Venator ſilua ceruum perſequens: 17. Arbores in ſeminario diſpoſitae: 18. Agricolae duo arantes: 19. multae ſationum ſpecies: 20. Puer melones legens, et mulier corbem geſtans: 21. Ruſticus corollas nectens: 22. Tinctor veſtium: 23. Vindemiator in vinea: 24. Quidam arborum radicibus aſſidens: 25. Quidam herbas legens: 26. Chirurgi duo, alter infirmi caput curans, alter vero incidens: 27. Pantherae duae, altera aconito guſtato exſpirans: 28. Medicus cum libro, prope aegrum in lecto decumbentem: 29. Aeſculapius ſub ſerpentis figura: 30. Magus in magicarum figurarum circulo legens, et Daemon deſuper aduolans: 31. Vrinatores: 32. Nauis; 33. Puer ſufflans ignem ſub fornace fuſoria: 34. Pictor pingens in tabella: 35. Metallorum foſſor: 36. Duo lapidicidae: 37. Gemmarius inter varia gemmarum diuerſicolorum genera. Tales figurae et in exemplo ed. Parmenſ. tertiae repertae, quas enarrat ill. Rezzonico p. 298.

ex quo nouam editionem Brotheus duxit, tot locis correxerat; vt clare dicit: *in ducentis et ſeptuaginta quinque locis Plinianum Codicem, quem Brotheus imprimi iuſſit, deprauaſſe, fateatur neceſſe eſt.* Omiſſa eſt etiam epiſtola Io. Andr. *Alerienſis* ad Paullum II cum epiſtolis Plinii Iunioris de auunculo ſuo, et in fine alii verſiculi. Denique in hac editione textus Plinii ſectus eſt in partes minores cum titulis, eorumque numeris, vti et operi praefixi ſunt: quae res etſi vſibus nonnullis aptiorem textum facit, tamen non probatur ill. Rezzonico. Sed id inſtitutum ſecuti ſunt poſtea omnes.

1476 *Veneta* III. per Nic. *Ienſon.* f. quae repetitio videtur ed. 1472. cf. Car. Benj. *Lengnichii* notit. librorum rariorum. Gedan. et Lipſ. 1776. Tom. II. p. 60.

—— *Parmenſis* I, fol. Ducta eſt e Ienſoniana, ſed tamen in locis nonnullis emendata a Phil. *Beroaldo*, cuius epiſtola ſubiecta eſt in fine, quae loca et annotauit ill. Rezzonicus Comes. Vſum quidem ſe dicit et MSS. Pliniani operis, et teſtimoniis veterum, Pliniique ipſius: quarundam emendationum ipſe rationem reddidit. Hac editione vſus eſt *Pintianus*, eaque intelligenda, cum Parmenſem librum commemorat.

Filiae Parmenſis I ſunt ſequentes:

1479 *Tarviſina*, fol. quae Parmenſem I repetiit, etiam Beroaldinas notulas: acceſſit egregia *Hieronymi Bononii* (Bologni) Apol. pro Plinio (ad. Io. Bombenum) aduerſus eos, qui tum Plinii libros in contemtum adducere tentarunt, additis verſiculis his:

Quid

*Quid iuuat innumeris onerari scrinia libris?*
*Solis pro cunctis Plinius esse potest.*

1480 *Parmensis* II, typis Andr. Portiliae fol. quae nihil differt a I, nisi quod mendae quaedam typographicae sublatae sunt a Portilia typographo, et Beroaldi nomen in fine et epistola omissa, relictis tamen correctionibus: fortasse vt imperitis nouum videretur, quod erat dudum vulgatum.

1481 *Parmensis* III, fol. Andreae Portiliae. Secundae similis.

—— *Veneta* IV, fol. apud Thomam de Blauis: quam e posterioribus Parmensibus ductam subiectae Beroaldi correctiones sine nomine et epistola eius docent.

1483 *Veneta* V, quam Harduinus alteram putauit. Venetiis impress. opera et impensis Io. (*Rainaldi*) *de Nouimago* Alamani, anno natiuitatis domini 1483. d. VI. mensis Iunii, fol. Ex iisdem cum illa 1481, exemplaribus ducta est. In fine sunt quaedam non contemnendae correctiones. Ceterum haec editio mendis scatet.

1486 *Veneta* VI, fol.

1487 *Veneta* VII, Plinii Secundi Naturalis historiae libri XXXVII. Venetiis impress. per magistrum *Marinum Saracenum* anno MCCCCLXXXVII. die XIV mensis Maii regnante illustrissimo principe Augustino Barbarico, fol. Literae initiales coloratae. In fine habet correctiones.

1496 *Brixiensis* I, fol. typis Angeli et Iac. Britannicorum.

AETAS II. *BARBARA.*

Nouum Plinii exemplum, idque castigationibus *Hermolai Barbari* primis an. 1492, et alteris

 an.

an. 1493 editis emendatum introduxit Veneta an. 1496. Adiunxere se illi Guil. *Pellicerius* et Io. Bapt. *Palmarius*. Prae ceteris dein profuit Plinio Alex. *Benedictus*; et huic succeſſere Io. *Caeſarius*, Dei. *Eraſmus*, *Angelus*, et qui nulli doctrina inferior, modeſte verum nomen illo *Bellocirii* texit, Petrus *Daneſius*.

1492 et 1493 Caſtigationes Plinianae *Hermolai Barbari*, *Romae* fol. Atque hae ſunt primae *Hermolai*, qui Plinianum opus tum e libris ſcriptis, tum maxime ex ingenio, i. e. ex doctrina et ſcientia rerum e ſcriptoribus graec. et lat. comparata, caſtigare inſtituit.

1493 Eiusd. Caſtigationes Plinianae ſecundae. it. emendatio in Pomponium Melam. it. Obſcurae voces in Cod. Pliniano cum expoſitionibus. *Romae*, typ. Eucharii, fol.

De caſtigationibus Herm. Barb. accuratisſime omnium, quos nos quidem ſciamus, egit Apoſtolus Zenus in Diſſ. Voſſianis P. II, p. 371. Reprehenſus eſt a pluribus, vt Rhenano, in praef. ad Maſſurium in L. IX. Plinii, quod libros ſcriptos non ſatis diligenter inſpexerit. quod non negamus: at ille in praefatione ad Alexandrum ipſe dicit, ſe maxime e ſcriptoribus veteribus graecis et latinis correxiſſe; et videtur codices veteres et bonos nanciſci non potuiſſe. Hae caſtigationes aliquoties repetitae ſunt Mediolani, Baſileae etc.

1496 Veneta fol. cum caſtigatt. *Herm. Barbari* per Barthol. de Zanis.

1497 Veneta, apud Bernardum *Benalium*, ex correctione *Hermolai Barbari*, fol.

1498 Veneta fol. ap. Bernard. *Benalium*. rep. ed. prioris.

—— Vene-

—— Veneta fol. cum praefat. *Palmarii.* Vt ex praefat. patet, basin fecit Venetam II, i. e. Iensoni, exemplo Hermolai, correctam ad rationes Hermolai, sed maxime ad MStum librum Barberinianum, in margine etiam additis adnotatiunculis, ad lectiones pertinentibus. Sed ea editio proprie est repetitio Venetae anno 1472.

—— *Brixiensis* II. fol. e castigationibus *Hermolai Barbari*, cum notulis quibusdam marginalibus manu Guil. *Pellicerii* Episc. Monspeliensis passim exaratis, in decem fere priores libros. Haec editio in calce a. 1496. exhibet: in quo vitium sit necesse est, quia Benalianae vestigiis incedit, videturque ille annus temere ex ed. prima ductus esse: nisi in tota re fraus est, vt videtur.

1499 Naturae historiarum libri XXXVII, e castigationibus *Hermolai Barbari*, quam emendatissimi editi. In calce: Impressi Venetiis per Io. Aluisium de Varisio Mediolanensem, 1499. d. 18. Maii, fol. Hanc edit. curauit Io. Bapt. *Palmarius*, Harduino non inspectam.

1507 Venet. f. *C. Plinii Secundi Veronensis* historiae naturalis libri XXXVII. ab Alexandro *Benedicto* physico emendatiores redditi. impress. per Ioannem *Rubeum* et *Bernardum* fratresque Vercellenses ab incarnatione anno Domini 1507. die XVI Ianuarii. Ed. rarissima. Multa ille sine dubio bene emendauit, vsus etiam antiquissimo, vt ait, Codice. In margine sunt lectiones dubiae, ad calcem etiam aliae. Primus paginas numeris notauit, indicem rerum addidit. Accessere et Hermolai Barbari castigationes; etsi eas ill. Rezzonicus non memorat.

1510

1510 per Alex. *Benedictum*, Veron. 2 Voll. 8. ne-
scio an diuersa a sequente:

—— ab Alex. *Benedicto* emendatiores redditi, 2 Voll. 8. sine loci et typographi nomine. rep. ed. 1507. De hac editione dubitatio esse potest de loco et typographo. Ill. Rezzonicus Venetiis attribuit, de typographo haeret. Vix dubitamus, quin sit e Iuntina officina: adeo forma literarum cum Iuntinis consentit. Et Iuntae similiter in aliis libris fecerunt, in quibus tantum repeterent aliarum officinarum exempla, vt in Catullo, Tibullo, Propertio. Est tamen et Lugdunensibus exemplis simile, vt Liuio Becharii etc.

1511 C. Plinii Secundi nat. historia cum quibusdam Hermolai Barbari, Viri vndecunque periti lecturarum annotationibus etc. quae omnia emunctis a Nic. *de Pratis* characteribus Francisci Regnault ac Io. Frellon impendio, in Lutetiae Parrhisiorum Academia feliciter impressa, anno a nostrae salutis redemtione MDXI. fol.

1513 Paris. fol.

—— Venet. cum Alex. Benedicti emendd. Venetiis, per Melchiorem *Sessam*, cum figuris. Ed. nitida et rara.

1514 Paris. ap. Nic. *de Pratis*, per Franc. Regnault. fol.

1515 Aldina. Hist. natur. Venet. partes tres 8.

1516 C. Plinii Secundi hist. nat. libri XXXVII. olim ab Alex. *Benedicto* castigati, nunc autem ex collatione multorum exemplarium diligentius recogniti. Venetiis, a Phil. Pincio Mantuano impressum anno Domini MCCCCCXVI die vltimo Decembris, Leonardo Lauretano

Vene-

Venetiarum feliciſſimo Duce regnante fol. Quod editor collationes aliorum exemplorum iactat in titulo, id inane eſt, ſed illis temporibus valde vſitatum.

1518 fol. Hagenoae, ex Herm. *Barbari* emendatione et Ioannis Baptiſtae *Palmarii*, (eſt igitur repetitio Venetae 1498. et hanc habet, qui illam habet) cum *Indice* ampliſſ. Ioannis *Camertis*, qui prodierat ſeparatim Viennae Pannoniae 1514. 4. et deinde pluribus Plinii editionibus eſt adiunctus.

1519 Venet. fol.

1524 Pariſ. fol. Cum huius et editionum 1511. 1513. 1514. tituli ſint iidem, eas recenſionem Hermolai ſecutas eſſe patet omnes. Nic. *Beroaldi* et Guil. *Budaei* operam, in Plinio emendando praeſtitam, laudat Eraſmus XXVIII, 14. Epiſt. Eam credebat Fabricius in editionibus huius ſcriptoris Pariſienſibus a. 1514. fol. et 1516. fol. 1524. fol. apud Vidoveum, cum et Caeſarii operam in eo genere laudet. Sed in praef. Plinii Pariſ. 1526. diſerte Beroaldo correctio edd. Pariſ. tribuitur. De Budaeo quod dicit, ad librum de Aſſe pertinet: ex eoque ſunt notulae Budaei, quarum in quibusdam edd. ſit in titulo mentio.

—— Colon. 8. per Ioannem *Caeſarium*.

—— Colon. fol. (editio haud paulo melior altera Germanica 1518.) per Ioannem *Caeſarium*, qui 4000 mendarum ſuſtuliſſe ſe dicit, non inuenta demum et correcta, cum editionem curaret, ſed antea deprehenſa et ſublata in praelectionibus, quas in Plinii libros Coloniae habuiſſet: inter quas ſcilicet facillime a curioſis interpretibus et deprehenduntur, et vero etiam

etiam saepe corriguntur vitiosae lectiones. Ceterum in isto numero vitiorum etiam typographica intelligit. Eiusdem Caesarii scholia in Plinium et Oppianum de piscibus prodiere Argent. 1534. 4.

1525 Basil. fol. apud Io. Frobenium, ab *Erasmo* curata, haud paulo pulchrior Hagenoensi et Coloniensi. Eius basis est Coloniensis, sed pluribus locis, praesertim ex antiquiori codice scripto, etsi valde vitioso, correcta: cuius correctionis aliquot egregia exempla in praefatione ad Episcopum Olomucensem commemorantur. (Exstitit in Bibl. Ernestii. Quinque libros priores cum cod. mscr. contulit Henr. Snakenburch.)

—— Veneta cum castigatt. Hermolai *Barbari*, fol.

1526 Paris. fol. Habuit auctorem quendam *Angelum*, qui ei praefatus est, et cum dicat, se Hermolaum maxime sequi, nempe vt superiores editores Parisienses, tum se ait vsum duobus codicibus scriptis e Bibliotheca S. Victoris, similes scilicet illi Erasmiano, de quo ante diximus. Subiectum indicem copiosum Petrus quidam Gratianopolitanus pro suo venditat, et in eo se iactat, cum prope totus sit Camertis. In praefatione falsum est, quod dicit: *Vtinam Academia Parisiensis tot haberet eruditos, quot habet iam chalcographos*. nec minus mirabile, quod Hermolaum Barbarum dicere solitum tradit: *Qui Plinium non legit, est indoctus: qui lectum contemnit, indoctior: indoctissimus, cui non sapit.* Habet ea editio varias lectiones in margine.

1530

1530 Basil. fol. per Beatum *Rhenanum*. Ducta est haec editio, vt ceterae Basileenses, ex illa Erasmi a. 1525.

1532 Paris. fol. curante Petr. *Bellocirio*, editio longe pulcherrima. Eius breuem, at elegantissimam praefationem bene fecit, cum totam Disquisitionibus suis Plinianis inseruit ill. Rezzonicus: ex qua intelligitur, post Barbari, cui plurimum tribuit, Budaei aliorumque operam bonam, multa cum reliqua putasse, quae corrigenda viderentur, ipsumque multa correxisse, quae illos fugerant; quod vir ille modestus magna cum adseueratione confirmat: in quo se, ait, duobus adiutum peruetustis libris scriptis, per quos effecerit, vt haec sua editio omnium correctissima esset. Itaque operae pretium fuerit, hanc editionem ab eo, qui nouam editionem curare velit, diligenter excuti; quam admodum raram esse, indicio est hoc, quod qui de editionibus Plinii dixere, eam fere ignorauere, ill. Rezzonicus autem duo modo exempla eius in Hispania reperit, in Italia nullum. Ceterum ille *Bellocirius* est *Danesius*, cuius editionem quidam, sed tantum nomine tenus, commemorarunt, ill. Rezzonicus commentitiam putabat: quippe et praefatio illa inter Danesii opuscula edita est: adde Colomesii Miscell. hist. p. 826.

1534 Herm. *Barbari* in C. Plinii Sec. H. N. castigationes, Basil.

1535 Venet. 4 Voll. 8. ed. Andr. *Asulano*, sub Aldi insigni. Praefatus est Andr. *Rabirius* Brixianus: sed is nihil dicit, nisi hanc editionem esse sua opinione omnium castigatissimam; quae est vana iactatio non habentis, quo com mendet

mendet opus: videturque id pertinere tantum ad diligentiam typographicam.

## AETAS III. *GELENIANA*
## 1535 — 1543 — 1582.

Antesignanum habet Sigism. *Gelenium*, qui edito iam an. 1535 castigationum volumine, quamvis nimiae a quibusdam arguatur licentiae, Harduino tamen iudice, vetustorum auctoritati Codicum ac fidei tantum tribuit, quantum detrahere iisdem visus est Hermolaus Barbarus. Sane ex quo Gelenius ipsum Plinii textum a coniecturis Hermolai ad codices saepius probe reuocatum, edidit, eo pro exemplo vsi sunt plerique omnes. *Gelenii* exemplum secutus est Beat. *Rhenanus*, et Ferd. *Pintianus*. Textum post Gelenium curarunt Andr. *Morguaesius*, P. *Manutius* etc.

1535 Basil. fol. per Beatum Rhenanum. Aldina vsus est. Sed et Sigism. Gelenii castigatt. accessere.

1536 Venet. ap. Ald. 4 Voll. 8. cum duplici indice repet. ed. 1535.

—— Beati Rhenani castigg. in aliquot Plinii nat. hist. libros (praefat. et libros XIV priores) separatim prodiere. Basil. fol. Adde his Epistolam eius ad Bilebaldum Pirckheimerum de locis Plinianis, subiectam libris rerum Germ.

1538 Venet. 3 Voll. 8. repet. ed. 1535.

1539 Basil. fol. c. castigg. Sigism. *Gelenii* et Beati *Rhenani*. Aldino exemplo vsus est.

1540 Venet. 2 Voll. 8. rep. ed. 1535. Sed haec editio cum tribus superioribus 1535. 1536. 1538. videtur eadem esse. Si toties repetita est, certe sine accessione noui boni repetita est: nam eandem omnes habent praefationem.

Sed

Sed videtur tantum titulus et anni nota, tum in titulo, tum in claufula, mutata effe, vt in aliis, ad alliciendos emtores: vnde raro licet reperire exemplum, in quo idem fit annus in omnibus partibus.

1543 Bafil. per Sigifm. *Gelenium.*

. . . . Parif. apud Audoenum, fine loco et anno.

—— Parif. fol. apud Reynault.

—— Parif. fol. apud Barthelinum et Rolandum.

1545 Bafil. fol. accurante Frobenio; e Geleniana ducta.

1548 Lugd. ap. Beringos fratres, fol. e Bafil. Gelenii ducta, cuius et notae additae funt: in margine quibusdam lectionibus aliis notatis.

—— Frellonianam reperit Rezzonicus; fed parum certa fide. Frellonius cum Beringis exempla partitus videtur.

1549 Bafil. Frobeniana, c. praefatt. Erafmi et Gelenii, cuius et notae fubiunguntur, fol. cf. Crenii animadu. philol. et crit. P. VII, p. 7.

1554 cum annotationibus Sigifm. Gelenii, Bafil. fol.

1559 Naturalis hiftoriae libri triginta feptem. A Paullo *Manutio* multis in locis emendati. Caftigationes Sigifmundi *Gelenii.* Index pleniffimus. Venet. ap. P. Manutium, fol. Sed eft mera repetitio Lugd. 1548.

1560 et 1561 Lugd. 12. ex caftigatione Andr. *Morguaefii*, apud heredes Iac. Iuntae (i. e. Phil. Tingum, qui in Morguaefii praefatione diferte commemoratur) vnde Iuntina editio a nonnullis

nullis male appellatur. In varr. Lect. quibus margines referti sunt, saepe vet. cod. notatur, et in praef. dicit editor, se vetustissima exemplaria, etiam scripta contulisse; sed nullum nominatim, vt ex aliorum edd. excerptis ductae videantur.

1561 Lugd. fol. apud Anton. Vincentium, cum praefat. Io. Nic. *Victorii.*

—— Lugd. opera Iuntarum, 16.

1563 Lugd. fol. apud Frellonium vel Vincentium. Erant enim socii librarii Frellonius et Vincentius; videnturque exempla inter se partiti esse, et sub suo quisque nomine sua vendidisse. In textu nihil mutatum: in marginibus sunt notulae, fere e *Pintiani* castigationibus, in fine notae *Gelenii.*

1565 Colon. 8.

1571 Venet. fol. apud Hieron. Scotum, qui textum ex Aldinis archetypis pristino nitori restitutum in titulo dicit: sed Paulli Manutii textum exprimit.

1582 Genev. e Geleniana ducta.

—— Francofurti fol. ad Basileenses facta cum annotatt. Sig. Gelenii, et figg.

—— Lugd. Bat. fol. apud Petrum Sanctandreanum. In qua editione est quidem multum boni, et haud paulo plus quam in superioribus: sed longe plus promissum ab initio, quam praestitum est; nec per omne opus par diligentia adhi-

adhibita eſt, vt bene demonſtrat ill. Rezzonicus. Harduino dicitur Leydenſis prima.

## AETAS IV. *DALECAMPIANA*
## 1587 — 1669

Cuius princeps habetur Iac. *Dalecampius:* quamuis emendationes ſuas ipſe a textu modeſte coercuerit, praeiuit tamen ceteris, Io. de *Laet*, qui etiam *Salmaſii* Plinianis Exercitt. vſus emendatiſſimum dedit textum et Leydenſi III, quae ab adiectis Io. Frid. *Gronouii* notis vulgo dicitur Gronoviana.

1587 Lugd. fol. per Iacobum *Dalecampium*, Medicum, bene ſane de Plinio meritum, etſi non plane ſatisfecit doctioribus. Nam et ex codd. nondum collatis, praeſertim ex cod. antiquisſimo, qui Chiffletii, alioque, qui Cuiacii fuit, excerpta dedit, et ad intelligendum egregie profuit.

1593 Genev. 8. apud Iac. Stoerium, e Geleniana et Dalecampiana ducta.

—— Lugduni Bat. fol. ap. Hieron. Commelinum, illi a. 1582 fere ſimilis. Eodem anno ap. eundem recuſae Beati Rhenani caſtigatt. fol.

—— Lugd. fol.

1599 Francof. fol. rep. ed. 1582. ſed Dalecampianis notis etiam vſus eſt editor. Acceſſere et notae Anonymi, forte Iani Gruteri.

1601 Genev. 8. apud. Iac. Stoerium. rep. ed. 1593.

1606 Lugd. fol. rep. ed. 1587.

1608 Francof. 8 rep. ed. 1599. acceſſere quaedam notae a Pintiano ſumtae.

—— Francof. 8. apud Claud. Marnium et heredes Io. Aubrii. rep. ed. Dalecamp. 1587.

1613 M. *Guilandini* comm. in Plinii de papyro capita III. ex recenſ. H. Salmuth. Ambergae 8.

1615 Genev. fol. ſumt. I. Criſpini.

1616 Genev. fol. ap. Stoerium.

1629 Cl. *Salmaſii* Exercitt. Plinianae in Solinum, Pariſ. ap. Drouart, fol. 2 Voll. (repetitae Vltraiecti 1687. fol.) quibus multum tribuit Io. de Laet in Elzeuiriana editione. Harduinus, quamuis in iis multa erudite dicta concedat, ita tamen derogat, vt pleraque a Plinio illuſtrando aliena, et quidquid boni ac probabilis ad Plinium attinet, id fere totum eſſe ex alienis hortis ſubreptum dicat.

1631 Hiſtoriae naturalis libri XXXVII. Opus omni quidem commendatione maius, ſed nullis ad hunc diem editionibus — ſatis vnquam emaculatum fuerit. Nunc denuo quanta praeſtari potuit, cura et diligentia, tam ex vetuſtiſſimorum et aliorum hactenus excuſorum, quam plurium etiam manuſcriptorum codicum attentiſſima collatione; idque poſt vltimam defuncti doctiſſimi D. Iacobi *Dalecampii* manum, ita feliciter repurgatum; Variis quoque Sigiſm. *Gelenii*, Fredenandi *Pintiani*, et aliorum lectionibus ornatum; vt nihil poſthac huic

huic operi desiderari posse videatur. Accessere itidem indices. Geneuae, sumt. I. Crispini, fol.

1635 Lugd. Bat. 3 Voll. 12. ex officina Elzeuiriana, per Io. *de Laet.* ceteris (1582 et 1593.) longe melior. Est enim emendatissima, et habet in Vol. vlt. varias lectiones bene lectas, et notas virorum doctissimorum, prima multas Salmasianas e Polyhistore non diu ante edito, cui plurimum se, ait editor, tribuere.

1669 Naturalis historiae Tomus I — III. Cum commentariis et adnotationibus *Hermolai Barbari*, *Pintiani*, *Rhenani*, *Gelenii*, *Dalecampii*, *Scaligeri*, *Salmasii*, Is. *Vossii*, et variorum. Accedunt praeterea variae lectiones ex MSS. compluribus ad oram paginarum accurate indicatae. Item Io. Frid. *Gronouii* notarum liber singularis. Lugd. Bat. Roterd. ap. Hackios, 8. Hanc praestantem editionem Io. Fr. *Gronouio* tribuere solent, quod notis eius maxime nobilitata est, quae in hac editione accessere, inde a L. XX. vsque ad fin. egregiae illae, sed vt appareat, non hoc egisse tum virum doctissimum, vt textum accurate excuteret, et interpretem, qui proprie dicitur, egisse, sed quae ipse antea in margine exempli sui habuisset notata, ea condonasse librariis tum, cum iam ad librum vigesimum venissent.

AETAS V. *HARDVINIANA*

1685 — 1791

Per quam vnus regnat Io. *Harduinus*, de quo vide ad edit. II.

1685 *Harduini* I. Paris. 5 Voll. 4. quae deinceps repetita est, tum plenior, tum splendidior prodiit.

1723 *Harduini* II. Historiae naturalis libri XXXVII. quos interpretatione et notis illustrauit Ioannes *Harduinus*. Iussu regis Christianissimi Ludouici magni, in vsum serenissimi Delphini. Editio altera emendatior et auctior. To. I — III. Parisiis, typ. Ant. Vrb. Coustelier, fol. Apparet in magna illa multitudine editionum et virorum doctorum, qui earum curam suscepissent, nullam tamen factam ad id vsque tempus fuisse, quae critico erudito satis et seuero satisfaceret. Talis editionis consilium cepisse videtur Io. *Harduinus*, cum editionem Plinii in vsum Delphini pararet. Ad textum constituendum quindecim Codd. scr. lectionibus vsus est, sed in his tantum octo ab ipso collatorum: ceterorum lectiones iam ante ab aliis excerptae exstabant. Forma operis est ea, quae in illo genere in Vsum D. instituta erat. Notae sub textu pertinent ad intelligenda verba et res: criticae ad calcem libri cuiusque sunt reiectae. Boni vtique multum inest, inprimis, per comparationem Plinii cum locis scriptorum, e quibus profecit atque hausit sua, numos multos ad illustrandum allatos, ceterum plagii iure reus *) factus ab aliis. No-

*) Nescio, vnde acceperit B. G. Struvius, qui *Gabrieli Cassartio*, S. I. deberi magnam partem operae in Plinium impensae contendit introductione in notitiam rei literariae c. V, §. 8. p. 109. *Editiones scriptorum classicorum, quae in vsum Delphini factae, satis sunt splen-*

Notandae etiam in eius textu lectiones vitiosae, per errores operarum in editionibus vulgaribus ortae, quae facile ex edd. paulo vetustioribus corrigi poterant, sed ab illo relictae: quod tamen cum aliis similibus peccatis excusabit operis magnitudo et laboris. Multa loca etiam male correxit, et in numis interpre-



*splendidae.* (illas impensis plus quam 200000. librarum constare notat Huetius de rebus ad se pertinentibus pag. 290.) *De hisce tamen dicendum, quod editores splendorem potius addiderint quam notas. Has enim plerasque Germani scriptores sibi vindicabunt, vel Belgae, si Harduini Plinium excipias, qui tamen maioris adhuc plagii accusandus, cum pleraque ex* Cossartii *MSto, cui per plures annos insudauerat, desumserit.* Io. Georg. Graevius Epistola ad Io. Clericum data 13. Mai. 1687. *Male sane, apud Gallos quoque, audit* Harduinus, *cum quod aliorum compilet scrinia, tum quod liberius inuehatur et petulantius exagitet viros doctissimos, vbi quid deprehendit in illorum scriptis, in quo cespitarunt, vt est ingenii humani imbecillitas; praetereat vero silentio illorum praeclara in rem literariam merita et obseruationes, quas sibi vindicat; non pudenter, Hercule, si verum fateri volumus.* Vossium *sane indigari quoque accepimus, quod* Harduinus *sibi tribuerit elegantissimam et certissimam emendationem, quae legitur in notis* ad Melam p. 280. *cum omnibus illorum scriptorum locis, quibus eam firmat, excepto solius Charisii.* Fr. Gronouii *emendationes laudat quidem in prooemio, sed in adnotationibus suo illas adserit ingenio et sollertiae, raro* Gronouii *mentionem facit, nisi vbi ab illo dissentit. Non possum igitur improbare, (quamuis amicitia et commercium literarum mihi intercedat cum* Harduino, *et infitiari non possim, multa egregia illum, per se quoque, cum in* Plinio, *tum in Geographicis ex numismatibus illustratis obseruasse,* Plinioque *illius primas deberi, non solum inter scriptores, in vsum Delphini editos, sed inter editiones omnes* Plinii) *famam* Salmasii *aliorumque doctorum hominum a te vindicari etc.*

tandis valde delirauit. In fine, praeter indicem emendationum, tres alii accessere, Geographicus, Personarum, verborum denique et sententiarum. Ceterum ad editionem hanc velut Appendix referri potest eius opus de numis antiquis Vrbium et Populorum, ad cuius calcem illustratur ex instituto locus Plinii insignis de re monetaria, qui occurrit libr. XXXIII. cap. 3. sect. 13.

1723 Chrestomathia Pliniana I. Matth. *Gesneri* exhibet loca selecta hist. nat. Ienae, 8. repet. Lipsiae 1776.

1741 Paris. (Basil.) fol. rep. ed. Paris. 1723. sed minus pulchre et valde vitiose.

1760 Hist. nat. Paris. ap. Brocas et Barbou.

1766 Berolini Tomi V, 8. textus Plinii ad vsus studiosorum sine notis ex ed. Harduini cum Indd. similibus Harduinianis editus est; sed in quibus non nuda nomina sunt, sed etiam explicationes ad intelligendum: curante I. P. Millero: vnde in iis esse ait *Chrestomathiam* quandam Plinianam.

1769 Paris. ap. Io. Barbou. 12.

1771 Hist. natur. de Pline traduite avec le *texte latin*, des notes et obseruations sur les connoissances des anciens comparés avec les decouvertes des Modernes, auct. Poinsinet de Sivry. A Paris 1771 — 1782. Tom. I — XII. 4.

1776

1776 Selecta capita quaedam ex C. Plinii Sec. hist. nat. ad vsum scholarum edidit Iac. Aikin. Londini, 8.

1778 *C. Plinius Sec.* de Aquatilibus c. commentt. Laur. Theod. *Gronouii*. Lugd. Bat. 8.

1783 Biponti, Tomi V. 8. Expressus est textus ed. Hard. 1723.

1790 Ex C. Plinii Sec. Historia naturali excerpta quae ad artes spectant; Lectionibus Academicis accommodata a Chr. G. *Heyne*. Ad calcem subiiciuntur eiusdem annotationes. Gottingae. 8.

Admirabuntur, credo, lectores, hanc tantam multitudinem editionum, praesertim quae seculi quintidecimi fine et seculo sequente facta sit, quanta profecto in nullo alio scriptore vetere exstat, cum praesertim opus sit tantae molis, cum postea, recentioribus temporibus, tam paucae institutae sint. Sed causa illius multitudinis fuit haec, quod tum nemo pro docto haberetur, qui Plinii hoc opus non legisset, quod Hermolai Barbari dictum fuisse *Angelus* in Praefat. ed. Paris. 1526 tradit, et in quibusdam locis, vt Brixiae, hoc proprie mandatum illis temporibus erat alicui, vt publice Plinii libros interpretaretur. Quod recentioribus temporibus secus fuit, et cum maxime est, vt propemodum omnes magnitudine operis a legendo deterreantur, monstroque simile putent, si quem audiunt totum hoc opus perlegisse, aut legere velle.

Ex hac recenſione editionum facile lector attentus intelliget, quae editiones, quaeue exempla vſum criticum habeant, item per quos textus Pliniani operis ad hanc praeſentem formam, quoad recta eſt, (nam ſine vitiis pluribus adhuc nulla eſt) peruenerit. Recenſiones igitur iuſtae, poſt primas illas Venetas editiones, ſunt *Hermolai*, *Benedicti*, *Caeſarii*, *P. Daneſii*, *Rhenani*, *Harduini*. His addi poſſunt, in quibus conſtat, vnum et alterum librum ſcriptum vſurpatum eſſe, vt Eraſmicam, et alias quasdam. Item et illud clarum eſt, nondum habere nos exemplum, quod plane criticae artis perfectionem attingat: eſtque omnino difficile aliquid perfecti praeſtare, in tanto, tamque variae doctrinae opere, quod etiam ab auctoris ingenio proprias difficultates habeat. Interea legamus ea, quae habemus, et inde diſcere, quae poſſumus, curemus. In primis multis ſaepe obfuit et Codd. ſcriptorum et edd. parum diligens vſus.

MAR-

# MARBODAEI
## GALLI
## POETAE VETVSTI
# CARMEN DE GEMMIS
SIVE
## LAPIDIBVS PRETIOSIS

---

EX ABRAHAMI GORLAEI DACTYLIOTHECA
ED. IAC. GRONOV.

# NOTITIA LITERARIA
DE
# MARBODAEO
EX
# IO. ALB. FABRICII BIBLIOTHECA LATINA
A
# IO. AVG. ERNESTI
AVCTIVS EDITA TOM. III P. 545—547

---

CARMEN DE GEMMIS, quod fub *Evacis*, Arabum Regis, nomine fertur, Lubec. 1575. 8. edente *Henrico Ranzovio* cum praef. Henrici Molleri Hamburgenfis, et Lipf. 1585. 4. cum Epigrammatibus eiusdem Ranzovii aliorumque de Aula, auctorem non habet *Evacem*, quem Graece ad Neronem de effectibus fimplicium fcripfiffe refert Plinius XXV, 2. fed MARBODEVM *) quendam, qui forte aliquid eius argumenti ab Evace **) graece fcriptum habuit, et latinis verfibus expreffit. Sane Pictorius Villin-

*) In Ifidori gloffis vocabulo *vafcillum*, pro *Macrobii* nomine reponendum *Marbodei*.

**) Sic enim liber incipit: *Evax Rex Arabum legitur fcripfiffe Neroni Qui poft Auguftum regnauit in vrbe fecundus, Quot fpecies lapidum, quae nomina, quiue colores, Quae fit iis regio, vel quanta potentia cuique: Hoc opus excipiens dignum, componere duxi.* Qui totum quod de Evace traditur, pro commento habent, illi cum Salmafio prolegom. hyles iatricae nomen ipfum confictum putant ex loco Plinii interpolato, in quo *Evax* lectum fit per *Cratevax* fcriptumque ita, pro *Cratevas*. Vide Danielem Vinck in amoenitatibus philologico Medicis pag. 228. feq.

Villingensis, a quo, vti ab Alardo Amstelodam. quoque notis illustratum est, non dubitauit sub *Marbodei Galli Cenomanensis* nomine edere, Friburgi 1531. Colon. 1539. 8. In aliis codicibus *Marbodeus* quidem, sed *Cambro Britannus* dicitur, teste Reinesio p. 76. defensionis Variarum lectionum. Idem ait, eius cognomen fuisse *Evanx*, vnde factum, vt Evacis se finxerit interpretem. Ianus Cornarius auctor est, in quibusdam exemplaribus dici *Merboldum Episcopum*. Si idem itaque est cum Marbodeo Gallo, praesule Rhedonensi, de quo Vossius pag. 72. de Poëtis latinis; vixit temporibus Henrici III. Imp. med. saec. post Christum natum vndecimo. Vide etiam Is. Pontani notas ad Macrobium, editionis secundae, et Barthium ad Claudianum p. 704. 1035. Libello praemittitur Epistola duplex ad Tiberium Neronem. Prior incipit: *Salutem dicit Tiberio Evax. Desideranti tibi scribi a me mysteria omnium lapidum* etc. altera in hanc sententiam: *Evax Tiberio Imp. S. Magnifica tua dona accepi per centurionem Lucinium Frontonem nomine* etc. Librum siue Carmen ipsum de gemmis sub *Marbodei* nomine, praemissa illa duplici Epistola, adiunctaque appendice versuum de gemmis quibusdam eo vsque ineditorum, et Var. Lect. in ora libri notatis *Iac. Gronovius* ad calcem Dactyliothecae Abrahami Gorlaei, Lugd. Bat. 1695. 4. nouissime *Antonius Beaugendre* Benedictinus inter Hildeberti Cenomanensis et Marbodi *) Rhedonensis Episcopi Opera Paris. 1708. f. carmen illud de gemmis vulgavit cum

*) In Actis Sanctorum T. IV. Iulii 17. p. 254. exstat vita S. Alexii Confessoris, sub saeculi V. initia Romae clari vel Edessae in Syria, auctore Marbodeo, quae incipit: *Praestans magnatis summae vir nobilitatis Stemmate Romanus effulserat Eufemianus.*

cum vetere Gallica Metaphrasi aetatis non multo, quam qua fuit Marbodeus, iunioris, cuius hoc est initium:

*Evax fut un multe riches Reis*
*Lu regne tint des Arabais etc.*

Obiit Marbodeus a. C. 1123. aetatis 88. Confer Vossium de Hist. lat. p. 373. et Ephemerides Paris. a. 1708. mense Iunio p. 551. Perperam tamen in his, licet ex Bellogeneri sententia, traditur, Marbodeum carminibus suis rhythmi causa voces interdum nihil plane significantes inseruisse. Nam in exemplo quod affertur pag. 553.

*Nox abit, atque diu iam lux orientis iliu*
*Sparserat auroram —*

patet *iliu* positam esse pro ἡλίȣ, perinde vt Hartungus in versione Apollonii Rhodii plus simplici vice *Eelium* posuit pro sole, quod in graeco legerat ἠέλιος, et apud Honorium lib. I. de imagine Mundi cap. 84. caelum dicitur *casa iliu*, domus solis. Et *Elenos* pro ἕλληνας positum notat Goldastus p. 173. ad Eginhartum de vita Caroli Magni. Sic interpres latinus Opusculorum a Sirmondo editorum p. 201. *cum suum scilicet Oranus* (ȣ̓ρανὸς) *fuderit solem.* Plura eiusmodi Stephanus Stephanius notis ad Saxonem Grammaticum p. 38.

---

EX

# CHRISTOPHORI SAXII ONOMASTICO LITERARIO

P. II. p. 201

A. 1096. MARBODVS s. MARBODEVS s. MEROBAVDES, diuersus a *Merobaude*, Scholastico Hispano, antea scholae *Andegauensis* magister, nunc ab hoc anno Episcopus

scopus *Redonensis* Franciae. Philosophus et Versificator. ☉. 1123. — Vid. Vossius de Hist. Lat. l. II. c. 44. p. 349. de Poetis Latinis c. VI. p. 72. Pagii Crit. Baron An. 1081. XXII. et An. 1123. et XX. Polyc. Leyseri Hist. Poet. Med. Aeui, p. 368 — 370. Fabricii Bibl. Med. Aet. T. V. p. 45 — 5 . Cf. quoque eius Biblioth. Lat. L. IV. c. 12. p. 86. 87. T. I. inprimis L. IV. c. 2. p. 308 — 313. et L. IV. c. 12. p. 880. 881. Tom. III. et ex editione Lipsiensi T. III. p. 545 — 547. C. A. Heumanni Epistola, qua illustrantur et emendantur sententiae Marbodi, Redonensis, in Poeciles Tomi I. Libro II. n. XI. p. 266 — 272. Catal. Bibil. Bunav. T. I. Vol. III. p. 2027. et T. III. Vol. I. p. 209. Hamberger. Part. IV. p. 93 — 98.

---

SALVTEM DICIT TIBERIO EVAX

Desideranti tibi scribi a me mysteria omnium lapidum, * quae generi humano, ea sapienti prodesse videantur, negandum tibi non fuit. Tu itaque custodi summa diligentia mysterium summi altissimique dei. Hoc enim mysterium caeteris gentibus incognitum, Aegyptiis vero cognitum, neque ἀλλοφύλοις neque aliis hostibus tradideris, ne vnquam ad sterilitatem huius scientiae deueniat Aegyptus, et ne eadem per alium concremata, incendio conflagretur, aut immissis in Aegyptum regibus seruos efficiat omnes Aegyptiis dominantes. Hic enim aliis traditus non est, et ne alii in sua potestate detineant, perpetua custodia habeatur. Iuro autem tibi per summum Deum, quod parem melioremue librum Aegyptus non habet. Cuius iurationis testis est summus deus. Mittam enim tibi bonum scilicet nomen, per quod genus noscetur. Igitur perpetualiter custodiatur in nobis. Praestat enim multum in omnibus actionibus per singulas Hierarchias, quas Graeci vocant omnium lapidum. Vale.

EVAX TIBERIO IMPERATORI SALVTEM

Magnifica tua dona accepi, per centurionem Lucinium Frontonem nomine, quem dignatus es mittere ad me. Et ego tibi inuicem misi quodcunque charius per terram in Orientis partibus de omnibus lapidibus remediorum nomen existit. Vale.

*) quod generi humano ea prodesse sapientibus videbatur.

MAR-

# MARBODAEI GALLI

## *PRAEFATIO*

Evax rex Arabum [a]) legitur ſcripſiſſe Neroni,
Qui poſt Auguſtum regnauit in orbe ſecundus,
Quot ſpecies lapidum, quae nomina, quique colores,
[b]) Quaeue ſit his regio, vel quanta potentia cuique.
Hoc opus excerpens, dignum componere duxi,
Aptum geſtanti forma breuiore libellum,
Qui mihi praecipue, paucisque pateret amicis.
Nam maieſtatem minuit, qui myſtica vulgat.
Nec ſecreta manent, quorum fit conſcia turba.
Hunc tribus (vt multum) dandum ſancimus amicis,
Qui numerus ſacer eſt, et nos ſacra pandimus illis,
Qui ſecreta dei ſeruando decenter honorant:
Quos grauitas morum, vitae commendat honeſtas.
Occultas etenim lapidum cognoſcere vires,
(Quarum cauſa latens effectus dat manifeſtos)
Egregium quiddam volumus, rarumque videri.
Scilicet hinc ſolers medicorum cura iuuatur,
Auxilio lapidum morbos expellere docta.
Nec minus inde dari cunctarum commoda rerum
Autores perhibent, quibus haec perſpecta feruntur.
Nec dubium cuiquam debet falſumque videri,
Quin ſua ſit gemmis diuinitus inſita virtus.
Ingens eſt herbis virtus data, maxima gemmis.
1. Vltima praecipuum genus India fert Adamantis,
De Cryſtallorum natum ſumtumue metallis.

Hunc

a) fertur b) Quaeque

1. *Adamas.*

Hunc ita fulgentem Cryſtallina reddit imago,
Vt ferruginei non deſinat eſſe coloris.
Cuius durities ſolidiſſima cedere neſcit,
Ferrum contemnens, nulloque domabilis igne.
Haec tamen hircino calefacta cruore fatiſcit,
Incudis damno, percuſſorumque labore.
Huius fragmentis gemmae ſculpuntur acutis.
Hic ſed auellana maior nuce non reperitur.
Alterius generis producit Arabs Adamantem
Non ſic inuictum, nam frangitur absque cruore.
Nec par huic nitor eſt, pretiique minoris habetur,
Pondere ſit quamuis et enormi corpore maior.
Tertius eſt Adamas, quem dat maris inſula Cyprus.
Quartum producit ferraria vena Philippis.
Omnibus aequa tamen vis eſt adducere ferrum.
Quod facit et Magnes, abſente potens Adamante.
Nam praeſens Adamas, Magneti quod rapit, aufert.
Ad magicas artes idem lapis aptus habetur.
Indomitumque facit mira virtute gerentem,
Et noctis Lemures, et ſomnia vana repellit,
Atra venena fugat, rixas et iurgia ſedat,
Inſanos curat, durosque reuerberat hoſtes.
Clauſus in argento lapis hic auroue feratur,
Cingat et hinc laeuum fulgens armilla lacertum.

2. Vt perhibent primum lapis eſt inuentus Achates
In ripis fluuii, qui nomine dictus eodem:
Hic pretio diues Siculas perlabitur oras.
Sit licet ipſe niger, zonis tamen obſitus albis.
Hic lapis ingenitas perhibetur habere figuras:
Cuius natiuis facies interlita venis,
Nunc regum formas, nunc dat ſimulacra deorum.
Rex Pyrrhus digito geſſiſſe refertur Achatem,
Cuius c) plena nouem ſignabat pagina Muſas,

Et

c) plana

2. *Achates.*

Et ſtans in medio citharam tangebat Apollo:
Naturae non artis opus, mirabile dictu.
Hunc quoque Coralio ſimilem gerit inſula Creta,
Cuius planicies d) chryſeis eſt illita venis.
Iſte nepae virus fugat, et quod vipera fundit.
Reddentem facies varias dat et Indus Achatem,
Nunc nemorum frondes, nunc dantem ſigna ferarum:
Hic ſedare ſitim, viſumque fouere putatur.
Eſt et qui myrrhae ſuccenſus ſpirat odorem.
Sanguineas maculas eſt qui perhibetur habere.
Cerea cui facies, quia creber, vilis habetur.
Portantem munit, vireſque miniſtrat Achates,
Facundumque facit, gratumque, bonique coloris.
Hoc Anchiſiades comitante pericula vicit.

3. Ventriculo galli, qui teſtibus eſt e) viduatus
Cum tribus (vt minimum) factus ſpado vixerit annis
Naſcitur ille lapis, cuius non vltima laus eſt,
Et per bis binos capit incrementa ſequentes,
Menſuramque fabae creſcens excedere neſcit,
Cryſtallo ſimilis, vel aquae, cum lympida paret.
Hinc Alectorium nomen poſuere priores,
Nomen apud Graecos de galli nomine ſumtum.
Nam quem nos gallum communi more vocamus,
Grammatici Graeco hunc ἀλέκτορα nomine dicunt.
Inuictum reddit lapis hic quemcunque gerentem,
Extinguitque ſitim patientis in ore receptus:
Nam Milo Crotonias pugiles hoc praeſide vicit.
Hoc etiam multi ſuperarunt praelia reges.
Hic f) excuſſorum promptus ſolet eſſe reductor,
Acquiritque nouos veteresque g) inſtaurat honores,
Hic oratorem verbis facit eſſe diſertum,



d) croceis e) ſpoliatus f) expulſorum
g) reformat

3. *Alectorius.*

Conſtantem reddens cunctisque per omnia gratum.
Hic circa Veneris facit incentiua vigentes,
Commodus [h]) vxori, quae vult fore grata marito.
[i]) At bona tot praeſtet clauſus portetur in ore.

4. Et [k]) Geraniten vetus experientia laudat.
Iſte colore niger, ſuperat virtute colorem:
Quem prius abluto ſi quis geſtauerit ore,
Dicere mox poterit, quid de ſe cogitat alter.
Huic quoque ſemper ineſt imperatoria virtus,
Qua nequeat mulier quicquam prohibere petenti.
Cuius ſic virtus perhibetur poſſe probari:
Muſcis expoſitum corpus nudato gerentis,
Lactis commixto mellisque liquore perunctum,
Intactum cupido miraberis agmine linqui:
Si lapidem cultris, facto grege ſpicula figent,
Imbutamque cutem ſugent per vulnera mille.

5. Iaſpidis eſſe decem ſpecies, ſeptemque feruntur.
Hic et multorum cognoſcitur eſſe colorum,
Et multis naſci perhibetur partibus orbis.
Optimus in viridi, translucentique colore,
Et qui plus ſoleat virtutis habere probatur.
Caſte geſtatus [l]) fugat et febres, et hydropem:
Appoſitusque iuuat mulierem parturientem,
Et tutamentum portanti creditur eſſe.
Nam conſecratus gratum facit, atque potentem,
Et ſicut perhibent) phantaſmata noxia pellit.
Cuius in argento vis fortior eſſe [m]) probatur.

6. Sapphiri ſpecies digitis aptiſſima regum,
Egregium fulgens, puroque ſimillima caelo.
[n]) Inferior nullo eſt virtutibus atque decore.

Hic

h) et dominae  i) *alias* Vt  k) Hieracitem
l) febrem fugat, arcet hydropem  m) putatur  n) Vilior eſt

4. *Geranites.* 5. *Iaſpis.* 6. *Sapphirus* ſiue *Syrtites.*

Hic quoque Syrtites lapis a plerisque vocatur,
Quod circa Syrtes Libycis permixtus harenis,
Fluctibus expulsus, feruente freto reperitur.
Ille sed optimus est, quem tellus Medica gignit,
Qui tamen asseritur nunquam transmittere visum:
Quem natura potens tanto ditauit honore,
Vt sacer et merito gemmarum gemma vocetur.
Nam corpus o) vegetum conseruat, et integra membra,
Et qui portat eum, nequit vlla fraude noceri,
Inuidiam superat, nullo terrore mouetur.
Hic lapis (vt perhibent) educit carcere vinctos,
p) Obtrusasque fores, et vincula tacta resoluit,
Placatumque deum reddit, precibusque fauentem,
Fertur et ad pacem bonus esse reconciliandam,
Et plus quam reliquas amat hanc q) Hydromantia gemmam
Vt diuina queant per eam responsa r) mereri.
Corporeis etiam morbis lapis iste medetur:
Scilicet ardorem refrigerat interiorem,
Sudorem stringit nimio torrente fluentem,
Contritus s) lacti super illitus vlcera sanat,
Tollit et ex oculis sordes, et fronte dolores,
Et vitiis linguae simili ratione medetur.
Sed qui gestat eum, castissimus esse iubetur.

7. Chalcedon lapis est hebeti pallore refulgens,
Inter Hyacinthum medioximus atque Beryllum.
Qui si pertusus digito, colloue feratur,
Is qui portat eum, perhibetur vincere causas.
Haec species lapidis tantum tricolor reperitur.

8. Omne virens superat forma viridante Smaragdus,
Cuius bis quinae species binaeque feruntur:
Sunt enim Scythici, t) Bractani, v) Niliacique,



o) vegetat
p) Obstructasque
q) nigromantia *al.* necromantia
r) moueri
s) lateri
t) bactriani
v) maliciani

7. *Chalcedonius.* 8. *Smaragdus.*

Sunt et qui venis naſci perhibentur in aeris,
Quos maculis vitioſa notat natura metalli:
Sunt x) Carchedonii: reliquos piget enumerare.
Praecipuus Scythicis honor eſt, et y) gloria maior:
Gryphibus eripiunt ſeruantibus hos Arimaſpi.
Quos viſus penetrat, famae potioris habentur,
Quorum luce virens vicinus z) tinguitur aër,
Quos neque ſol mutat, nec clara lucerna, nec vmbra,
Strata ſuperficies quibus eſt, et concaua forma,
More iacentis aquae vultum ſpectantis obumbrat.
His viſum ſpeculis teſtatur fama Neronem,
Cum gladiatorum pugnas ſpectare liberet.
Optimus his ſitus eſt, quorum ſunt corpora plana:
Commodus iſte lapis ſcrutantibus abdita fertur,
Cum praeſcire volunt, a) et diuinare b) per vndam.
Auget opes lapis hic ſeſe reuerenter habentes,
Omnibus in cauſis dans perſuaſoria verba:
Tanquam facundi vis ſit ſermonis in illo.
Collo ſuſpenſus, durum fugat Hemitritaeum,
Et ſanare poteſt c) ipſa ratione caducos,
Emendat feſſos viridi d) medicamine vſus.
Et tempeſtates auertere poſſe putatur;
Fertur laſciuos etiam compeſcere motus.
Proficit in viridem magis e) exactumque decorem,
Ablutus vino, viridique perunctus oliuo.

9. Aethiopum tellus lapidem Chryſopaſſion edit,
Quem tenebrae perdunt, occultant tempora lucis.
Noctibus igne micans, vaneſcit luce diurna,
Absque nitore iacet auri pallore ſepultus.
Hic quoque naturae mutatus cernitur ordo;
Nam quem lux celat, f) ſubito nox caeca reuelat.

x) Chalcedonii y) gratia z) tangitur a) aut
b) futura c) ſimili d) mulcedine
e) accenditque colorem f) ſolito nox more reuelat

9. *Chryſopaſius.*

10. Sardius a Sardis est a quibus ante repertus
Sortitus nomen, rubri solet esse coloris.
Hic inter gemmas vilissimus esse putatur,
Praeter fulgorem cum nil ferat vtilitatis,
Excepto, quod Onyx nequit hoc praesente nocere.
Huic quoque dat quinas species studiosa vetustas.
11. Sardonychem faciunt duo nomina Sardus,
Tres capit ex binis vnus lapis iste colores, (Onyxque,
Albus g) in his nigro rubeus supereminet albo:
Istum distribuunt species in quinque magistri;
Sed qui tres puros impermixtosque colores
Sic in se retinent vt distent limite certo:
His honor amplior est, et eorum forma probatur,
Densior et raro plus fertur habere h) decoris.
Hic solus lapidum nescit conuellere ceram,
Hic humilem castumque decet, vultumque pudentem;
Cuius virtutes alias reperire nequiui.
Partibus hunc nostris Arabes; sed et India mittit.
12. i) A collo suspensus Onyx, digitoue ligatus,
k) Insomnes lemures, et tristia cuncta l) figurat,
Multiplicat lites, et commouet vndique rixas;
Dicitur et pueris nimias augere saliuas.
Hanc quoque dant nobis Arabes, dat et India gemmam.
Haec etiam quinas species perhibetur habere,
Nomen ab vngue trahens Graeci sermonis in vsu:
Nam quos nos vngues nostro sermone vocamus,
Hos ὄνυχας patrio solet ille tenore vocare.
Sardius at praesens si sit tibi, non nocet Onyx.
13. Auro Chrysolithus micat et scintillat vt ignis:
Iste mari similis m) quiddam viroris adumbrans,
Esse φυλακτήριον fixus perhibetur in auro,

Aaa 4 Noctur-

g) et hinc h) coloris i) Et k) in somno
l) repellit m) quoddam

10. *Sardius.* 11. *Sardonyx.* 12. *Onyx.*
13. *Chrysolithus.*

n) Nocturnos prohibet fortis tutela timores
Pertusus setis si traiiciatur aselli,
Daemonas exterret, et eos agitare putatur.
Traiectum laeuo decet hunc o) gestare lacerto.
Aethiopes legimus nobis hanc mittere gemmam.

14. Conspicuos reddit sexangula forma Beryllos,
Quod nisi fiat hebes his pallor inesse videtur,
p) Eximiae violae similes, lymphaeue marinae
Esse volunt, et eos probat horum gnara vetustas.
Hic lapis ad nostras partes descendit ab Indis.
Hic et coniugii gestare refertur amorem,
Et se portantem perhibetur magnificare.
Dicitur et sese q) stringentis adurere dextram.
Infirmis oculis in qua iacet vnda medetur,
Pota simul ructus simul et suspiria tollit.
Et cunctos hepatis fertur curare dolores.
Istius esse nouem species r) voluere magistri.

15. Nominis eiusdem Topazion insula gignit:
s) Qui quo rarior est, tanto magis est preciosus.
Hic species tantum binas perhibetur habere.
Alterius puro color est vicinior auro,
Clarior alterius, tenuisque magis reperitur.
Fertur haemorrhoicis idem lapis auxiliari.
Quodque magis mirum, lunam sentire putatur.
Feruentes etiam compescere dicitur vndas.
Hunc Arabum gignit tellus ditissima gemmis.

16. Et Chrysoprason lapidem domus Indica mittit.
Hic porri succum referens t) mixtusque colore,
Aureolis guttis quasi purpura tincta v) refulget.
Quas habeat vires nondum cognoscere quiui.
Sed tamen esse reor: nec enim fas omnia nosse.

17.

n) Contra nocturnos fortis
o) portare
p) Eximios oleo similes
q) gestantis
r) dixere
s) Qui quanto rarus
t) mixtumque colorem
v) relucet

14. *Beryllus.* 15. *Topazius.* 16. *Chrysoprasus.*

17. Hyacinthi ſpecies docti tres eſſe loquuntur:
Nam ſunt Granati, ſunt Citrini, Venetique.
Confortatiuae cuncti virtutis habentur,
Triſtitiamque fugant, et vanas ſuſpiciones.
Granatos praefert gemmarum quisque peritus,
His x) ruffus color eſt, et rarius inueniuntur.
Caeruleus Veneto qui protinus aëra ſentit,
Nubilus obſcuro rutilans clarusque ſereno.
Optimus huic tenor eſt quem non y) aut denſior aequo
Obſcurat ſuccus, aut rarus perſpicuum dat,
Sed flos purpureus mixtum componit vtroque.
Hic et in os miſſus, plus frigidus eſſe probatur.
Duritia ſolida caedi, ſculpique recuſat,
Fragmentis tantum ſuperabilis eſt Adamantis.
Pallida Citrinos facies probat inferiores.
Sed quodcunque genus collo ſuſpendere poſſis,
Vel digito portes, terras ſecurus adibis.
Nec tibi peſtiferae regionis cauſa nocebit,
Sed magis hoſpitibus cenſebere dignus honore,
Iuſtaque ſi qua petes, nullam patiere repulſam.
Aethiopes nobis transmittunt hanc quoque gemmam,
Cum multis aliis, vitae communis in vſus.

18. Purpureus color ac violaceus eſt Amethyſto
Qui quaſi gutta meri, ſolet aut roſa munda videri.
Quidam marcidior, velut euaneſcit in album,
Vt corruptus aqua vini rubor eſſe putetur.
India mittit eum, gemmarum maxima nutrix,
Hic facilis ſculpi, contrarius ebrietati,
Carus haberetur merito, ſi rarior eſſet.
At nunc negligitur, quando communis habetur.
Huic quoque dat ſpecies veterum ſententia quinque.

Aaa 5 19.

x) rufus y) depreſſior

17. *Hyacinthus.* 18. *Amethyſtus.*

19. z) Et Chelidonius lapis eſt, quem gignit hirundo,
Ventre gerens pretium quo digna ſit ipſa necari.
Nec de fulgentum numero lapis iſte putetur.
Paruus et informis, ſed nulli viribus impar,
Praeclaros quosdam lapides praeit vtilitate.
Huius ſunt geminae ſpecies, geminique colores.
Nam niger et rufus, caeſo de ventre trahuntur,
Cedit geſtato lunatica paſſio rufo,
Curat et inſanos, et languores diuturnos,
Facundos facit, et gratos, multisque placentes;
Ex lino facto decet hunc inuoluere panno,
Et ſic a) in chela clauſum portare ſiniſtra.
At niger in panno pacto geſtatus eodem,
Ad finem dignum ſuſcepta negotia ducit,
Obſiſtitque minis, et regum mitigat iras,
Et dilutus aqua languentia lumina ſanat.
In croceo panno, lini ſub tegmine texto
Ipſe lapis poſitus, febres extinguere fertur,
Et ſimul humores b) expellere quosque nociuos.

20. Naſcitur in Lycia lapis, et prope gemma Gagates;
Sed genus eximium c) foecunda Britannia d) mittit.
Lucidus et niger eſt leuis, et laeuiſſimus idem,
Vicinas paleas trahit attritu calefactus:
Ardet aqua lotus, reſtinguitur vnctus oliuo,
Prodeſt geſtatus tumidis intercute lympha,
Et dilutus aqua, dentes firmat labefactos.
e) Cuius fumigium mulieri menſtrua reddit,
Accenſus f) prodit fumi nidore g) caducos:
Effugat immites ſimili ratione chelydros.
Idem daemonibus contrarius eſſe putatur.
Euerſos ventres iuuat, et praecordia tenſa.

Vin-

z) Aſt *vel* Atque
a) ſub
b) compeſcere
c) longinqua
d) gignit
e) per ſuffumigium
f) prodeſt
g) caducis

19. *Chelidonius.* 20. *Gagates.*

Vincit praeſtigias, et carmina dira reſoluit,
Et ſolet (vt perhibent) deprendere virginitatem.
Praegnans potet aquam, triduo qua merſus habetur,
Quo vexabatur partum cito libera fundit.

21. Magnetes lapis eſt inuentus apud Troglodytas,
Quem lapidum genitrix nihilominus India mittit.
Hic ferruginei cognoſcitur eſſe coloris;
Cui natura dedit vicinum tollere ferrum.
h) Dorendus Magus hoc imprimis dicitur vſus,
Conſcius in magica nihil eſſe potentius arte.
Poſt illum fertur famoſa venefica Circe
Hoc in praeſtigiis magicis ſpecialiter vſa.
Hinc et apud Medos cum res veniſſet in vſu,
Detexit lapidis magis experientia vires.
Nam qui ſcire cupit ſua i) ſi ſit adultera coniunx,
Suppoſitum capiti lapidem ſtertentis adaptet:
Mox quae caſta manet, petit amplexura maritum,
Non tamen euigilans: cadit omnis adultera lecto,
Tanquam pulſa manu, ſubito foetore coacta,
Quem lapis emittit, caelati criminis index.
Si fur clauſtra domus ſpoliis, gazisque refertae
Ingrediens, prunas ardentes per loca ponat,
Et ſupraſpergat Magnetis fragmina prunis,
Vt per tetragonum fumi calor alta vaporet:
Mentibus euerſis velut impendente ruina
Diffugient omnes, in ea quicunque manebunt,
Et fur ſecurus rapiet, quaecunque libebit.
Conciliare poteſt vxoribus ipſa maritos,
Et vice conuerſa nuptas reuocare maritis.
Gratia praeſtatur, ſimul et Suadela per ipſum,
Sermonisque decor, diſceptandique facultas.

Cum

h) Decedon *vel* Ededon i) num

21. *Magnetes.*

Cum mulso datus, hydropem purgando resoluit,
Et combusturas superadspersus medicatur.

22. Coralius lapis est, dum viuit in aequore, vimen:
Retibus auulsus, vel caesus acumine ferri,
Aëre k) contacto fit durior, ac lapidescit:
Quique color viridis fuerat modo, puniceus fit.
Hic velut arbusti ramusculus esse videtur
Circa semipedem, vix longior inueniendus:
Ex quo finguntur gestamina commoda multis,
Quippe salutaris gestantibus esse probatur.
Illius est l) (vt ait Zoroastres) mira potestas,
Et sicut scribit Metrodorus m) maximus autor,
Fulmina, Typhônas, tempestatesque repellit
Arate, vel tecto, vel agro, quocunque geratur,
Aut in vinetis aspersus et inter oliua,
Aut a ruricolis cum semine iactus in n) agris,
Grandinis auertit calamis contraria tela,
Multiplicans fructus, vt fertilitate redundent,
Vmbras daemonicas, ac Thessala monstra repellit,
Introitus praestat faciles, finesque secundos.

23. Ast Asiae regio, quae nomen habens Alabanda
Fert Alabandinam, cuius lux aemula Sardi,
Iudicis ambiguum de nomine fallit acumen.

24. Sed neque Corneolos lapides retinere libebit,
Qui licet obscurum videantur habere o) ruborem,
Non spernenda tamen his creditur insita virtus.
Nam lapis hic digito colloue gerentis adhaerens,
In disceptando surgentes mitigat iras.
Quiue lauaturae carnis bonus esse videtur,

Sangui-

k) contactus
l) vt dixit
m) optimus
n) agros
o) colorem

22. *Coralius.* 23. *Alabanda, Alabandina* siue *Alabandicus.* 24. *Corneolus.*

Sanguinis ex membro ſiſtit quocunque fluorem,
Praecipue talem patitur ſi foemina fluxum.

25. Ardentes gemmas ſuperat Carbunbulus omnes:
Nam velut ignitus radios iacit vndique carbo,
Nominis vnde ſui cauſam traxiſſe videtur:
Sed graeca lingua lapis idem dicitur ἄνθραξ.
Huius nec tenebrae poſſunt extinguere lucem,
Quin flammas vibrans oculis micet aſpicientum.
Naſcitur in Libya Troglodytarum regione,
Et ſpecies eius ter trinae, tresque feruntur.

26. Vertitur in lapidem, quod ſtillat ab inguine Lyncis:
Lyncurium vocitant, lapis eſt tamen hic precioſus:
Nam credunt ipſas hoc praeſentiſcere lynces,
Quae mox egeſtum properant operire liquorem:
Dum ſuperaccumulant congeſtae pondus harenae,
Sicilicet inuidia, ne noſtros cedat in vſus.
Electro ſimilem Theophraſtus habere colorem
Hunc ait, et ſimili paleas adducere pacto:
Affirmans ipſum ſtomachi placare dolorem
Ictericis etiam priſcum reparare *p*) colorem,
Et perturbati compeſcere rheumata ventris.

27. Inter praecipuos lapides numeratur Aetites,
Quem petit extremis orbis Iouis ales ab oris,
Cuſtodem nidi, defenſoremque futurum,
Quo valeat pullis dubios auertere caſus.
Continet hic alium praegnantis more lapillum,
Creditur ergo potens praegnantibus auxiliari,
Ne vel abortiuum faciant, partuue laborent,

Appen-

*p*) vigorem

25. *Carbunculus* ſiue *Anthracites*. 26. *Lyncurium*.
27. *Aëtites*.

Appenſus laeuo ſolito de more lacerto.
Confert praeterea geſtanti ſobrietatem,
Auget diuitias, et amari cogit habentem,
Victoremque facit, populique fauoribus ornat,
Incolumes pueros dat viuere, ſiue puellas.
Atque caducorum fertur q) cohibere ruinas.
Si quis ſuſpectus tibi ſit de fraude veneni,
Tuque probare velis ſua num ſit iniqua voluntas,
Participem menſae, quem formidas adhibeto,
Pulmento poſito, cui ſit ſubmiſſus Aetites.
Si fraus corde ſubeſt, tentans glutire nequibit:
Si tuleris lapidem, cupide guſtata vorabit.
Puniceum lapis hic memoratur habere colorem,
Oceanique latens in littoribus reperitur,
Aut aquilae nidis, aut Perſarum regione,
Quem gemini, Pollux Caſtorque tuliſſe feruntur.

28. r) Necque Selenitem fas eſt omnino s) ſilere
t) Qui velut herba virens, et Iaſpidis aemula gemma,
Lunares motus, et menſtrua tempora ſeruat:
Creſcit enim luna creſcente, minorque minuta
Efficitur, tanquam coeleſtibus anxia damnis:
Idcirco ſanctus lapis a plerisque vocatur.
Dicitur eſſe potens ad amorem conciliandum,
Languentes etiam, Phthiſicosque iuuare putatur.
Toto geſtatus creſcentis tempore lunae
Nec minus et toto per decrementa fluentis,
Effectus miros, et commoda plurima praeſtat.
Hanc autem gemmam memorant in Perſide naſci.

29. At diuerſicolor, quem dicunt Gagatromeum,
Pelli capreoli ſimilis lapis eſſe refertur:
Quem qui geſtarit dux pugnaturus in hoſtem,

Hoſtem

q) perhibere *vel* ſedare r) Nec s) tacere t) Quae

28. *Selenites.* 29. *Gagatromeus.*

Hoſtem depulſum terraque marique fugabit.
Iſtius Alcides ope multa pericula vicit,
Succubuit, quoties lapidem non ſuſtulit iſtum.
30. Ventorum rabie cum turbidus aeſtuat aër,
Cum tonat horrendum, cum fulgurat igneus aether,
Nubibus eliſus coelo cadit ille lapillus.
Cuius apud Graecos extat de fulmine nomen:
Illis quippe locis, quas conſtat fulmine tactos,
Iſte lapis tantum reperiri poſſe putatur,
Vnde *κεραύνιος* eſt Graeco ſermone vocatus:
Nam quod nos fulmen, Graeci dixere *κεραυνόν*.
Qui caſte gerit hunc a fulmine non ferietur,
Nec domus aut villae, quibus affuerit lapis ille:
Sed neque nauigio per flumina vel mare vectus,
Turbine mergetur, nec fulmine percutietur:
Ad cauſas etiam, vincendaque praelia prodeſt,
Et dulces ſomnos, et dulcia ſomnia praeſtat.
Huic binae dantur ſpecies, totidemque colores,
Cryſtallo ſimilem Carinaria mittere fertur,
Caeruleo tamen infectum rutiloque colore:
Mittit et Hiſpanus, regione manens Luſitana
Flammas ſpernentem ſimilemque colore Pyropo.
31. Ex re nomen habens eſt Heliotropia gemma,
Quae ſolis radiis in aqua ſubjecta batillo,
Sanguineum reddit mutato lumine ſolem,
Eclipſimque nouam terris effundere cogit.
Denique poſt modicum vas ebullire videbis,
Aſpergique foras ſubitae ſcaturiginis imbrem:
Vt fit, cum nimbos diſtillat turbidus aër.
Se quoque geſtanti dat plurima vaticinari:
Imbres de coelo vocat aſtringitque ſerenum,
Atque futurarum quaedam, v) praenoſcere rerum,

Hos-

v) praedicere

30. *Ceraunius.* 31. *Heliotropia.*

Hosque bonae famae, quibus est data, laudibus ornat,
Seruat et incolumes producens tempora vitae:
Sanguinis astringit fluxum, pellitque venena,
Nec falli poterit, lapidem qui gesserit istum.
Tot bona diuino data sunt huic munere gemmae.
Cui tamen amplior iis concessa potentia fertur:
Nam si x) cingatur eiusdem nominis herba,
Carmine legitimo, verboque sacrata potenti,
Subtrahit humanis oculis quaecunque gerentem.
Hanc nunc Aethiopes, nunc Cyprus et Africa mittit,
Sanguinis aspersam guttis, similemque Smaragdo.

32. Nascitur in bimari preciosior aere Corintho,
Dictus Haephaestites, rutilans lapis et rubicundus:
Qui si feruenti fuerit coniectus aheno,
Ignibus exultans prius, ilico sistitur vnda,
Frigida post modicum lapidis virtute futura.
Fructibus a terrae volucres arcere locustas,
Et nebulas steriles, et grandinis improba fertur
Verbera, nec turbo (quos protegit iste) nocebit.
Ad solem positus, radios emittit et ignem,
Mirantes oculos perstringens luce corusca.
Accensas idem compescit seditiones,
Et tutum seruat dubia sub sorte gerentem:
Pectore sed memori fixum teneamus oportet,
Qua cor parte iacet, lapides hos esse gerendos.

33. Sumsit Haematites Graecum de sanguine nomen,
Naturae lapis humanae seruire creatus,
Stiptica cui virtus per multa probatur inesse:
Nam palpebrarum superillitus asperitatem,
Et visus hebetes pulsa caligine sanat.
y) Huius fragmento si glarea mixta sit oui,

Succo

x) iungatur y) Eius ramentis

32. *Hephaestites* siue *Epistites*. 33. *Haematites*.

Succo dilutus, quem Punica mala remittunt,
In medicinali veluti collyria cote,
Vel resolutus aqua iuuat hos, qui sanguinis ore
Spumas emittunt, et quae linit vlcera [a]) sanat.
Potatus stringit patitur quem foemina fluxum.
Carnes crescentes in vulnere pulueris huius
Vis premit, et ventrem redimet sine more fluentem.
Vino dilutus veteri, bibitusque frequenter,
Serpentis morsum, vel quod fit ab aspide vulnus
Egregie [a]) sanat, resolutus aquis et inunctus:
Mixtus melle potest oculos sanare dolentes.
Vesicae lapidem bibitus dissoluere fertur.
Hic ferrugineo ruffoue colore notatur.
Africa mittit eum, sed et Aethiopes Arabesque.

34. Archadiae lapidem tellus producit [b]) Abeston.
Ferreus huic color est, naturae mira potestas:
Nam semel accensus conceptos detinet ignes,
Extinguique nequit, collucens perpete flamma.
Hinc et apud Graecos [c]) Asbeston dicitur inde,
Quod semel accensum, iam non extinguere posses.

35. Gignitur in Macedum regione lapis Paeanites,
Foeminei sexus referens imitando labores,
Sed quibus ex caussis dubium: nam tempore certo
Concipit, et parit, et parientibus auxiliatur,
Vltima quas [d]) vrget dubii discriminis hora

36. Difficilis gemmas super omnes Sagda repertu,
Nunquam sciretur, nisi se daret inueniendam:

In

[a]) curat
[a]) curat
[b]) Ebeston
[c]) Ebeston
[d]) vexat

34. *Abestos.*
35. *Paeanites* siue *Paeantis.*
36. *Sagda.*

In medio ſiquidem e) natus lapis iſte profundo,
Naues vi quadam petit e regione meantes,
Et praelabentis tabulis haerendo carinae,
Ad portum f) trahitur maris, ignaris data nautis.
Eſt autem morſu tabulae ſic fixa tenaci,
Quod nequit abraſa ligni ſine parte reuelli.
Huic praſius color eſt, regio Chaldaica tellus.

37. Aſt in Medorum regione lapis reperitur,
Quem g) Medum vocitant, mortis dator atque ſalutis.
Namque ſuper cotem mulieris lacte ſolutus,
Quae ſemel atque marem peperit perſanat inunctus
Viſu fraudatos multo iam tempore caecos:
Cos medicinalis, viridis ſolet eſſe coloris.
Lacte ſolutus ouis, ſemel atque marem parientis,
Expellit veterem ſimili ratione podagram,
Et feſſas reficit ſub anhelo pectore fibras:
Hoc et nephritici ſaneſcunt vnguine renes,
Debet in argento mixtus vitroue reponi,
Ieiunoque dari, ſic vtile ſit medicamen.
At reſolutus aquis cotis ſibi fragmine mixto,
Et porrectus ei tibi quem decreueris hoſtem,
Vt lauet inde ſuam, quaſi pro medicamine frontem,
Obducet miſeros extincto lumine vultus:
Si potum dederis vomito pulmone peribit.
Hic totus niger eſt, ſed non h) eſt nigra poteſtas:
Candida, dum prodeſt, dum laedit, nigra vocetur.

38. Eſt quae candorem fert grandinis atque figuram,
Ictibus omnimodis inuicta Chalazia gemma.
Eius naturae vis tanta probatur, vt omni
Tempore frigida ſit, nulloque caleſcat ab igne.

39.

e) incautas f) vehitur g) Medeam h) ingrata

37. *Medea* ſiue *Medus*. 38. *Chalazia*.

39. Hexecontalithos lapis ex re nomen adeptus,
Quod ſexaginta modico gerit orbe colores:
Corporis exigui numero diſpendia ſupplet.
Dum tot gemmarum fert gemmula ſola decorem.
In Lybia lapis hic reperitur apud Troglodytas.

40. Indica teſtudo lapidem mittit Chelonitem,
Gratum, purpureo varioque colore nitentem:
Quem ſi ſub lingua, loto quis geſſerit ore,
Poſſe magi credunt hunc diuinare futura,
Orto mane die ſextam duntaxat ad horam,
Tempore quod lunae ſuccreſcere cernitur orbis.
Sed luna prima, lapidis praedicta poteſtas
Totius fertur ſpatio durare diei.
Quintae poſt decimam concordant tempora [i]) lunae:
At decrementi lunaris tempore toto
Ante diem tantum lapidi manet illa poteſtas.
Eſt etiam nulli lapis hic obnoxius igni.

41. Conſpicuis Praſius gemmis ſolet annumerari,
Sed non eſt carus: contentus quippe decore,
Vtile nil affert: niſi quod viret, et decet aurum.
Altera ſanguineis ſpecies eſt illita [k]) venis,
Tertia candidulis tribus eſt inſcripta [l]) lituris.

42. Cryſtallus glacies multos durata per annos,
Vt placuit doctis, qui ſic ſcripſere, quibusdam.
Grandinis antiquae frigus tenet atque colorem:
Pars negat, et multis perhibent in partibus orbis
Cryſtallum naſci, quas nec vis frigoris vlla,
Nec glacialis hyems, vnquam violaſſe probatur.

 Sed

i) primae k) guttis l) figuris

39. *Hexecontalithos.* 40. *Chelonites.* 41. *Praſius.*
42. *Cryſtallus.*

Sed certum cunctis, nec ſtat dubitabile cuiquam,
Quod lapis hic ſoli ſubiectus concipit ignem,
Admotosque ſibi ſolet m) hic accendere fungos.
Hunc etiam quidam tritum cum melle propinant
Matribus, infantes quibus aſſignantur alendi,
Quo potu credunt implerier vbera lacte.

43. Nec minus et cineri ſimilem Galactida dicunt,
Cum mulſo tritum, lac multiplicare bibenti:
Si tamen ante cibos fuerit poſt balnea ſumptus,
Aut ouis ex grauidae lana traducere filum
Pertuſo lapidi decet, et circumdare collo,
Sic ſe portantis foecundet vt vbera lacte.
Dat facilem partum ſimili ratione ligatus
Ad femur illius, quae parturiendo laborat.
At ſi mundato circumſpargatur ouili,
Cum ſale mixtus aquae, ſolis redeuntis in ortum,
Lacte replentur oues, ſcabiesque fugatur ab illis.
Praeterea tantis veteres hunc laudibus ornant,
Vt bona cuncta putent ſolum praeſtare gerenti,
Quae ſimul a reliquis cuncta virtute darentur.
Sed turbat mentem, ſi clauſus in ore liqueſcat.
Hunc mittit Nilus, producit et hunc Achelous,
Lactis dat ſuccum tritus, lactisque ſaporem.

44. Letiferos morſus niger atque rotundus Orites,
Quos fera, vel cornu, vel ſaeuo dente peregit,
Cum roſeo mixtus perfecte curat oliuo.
Per vaſtas heremos, interque feras gradientes
Illaeſos ſeruat, morſus abigendo ferarum.
n) Qui viret, et maculas habet, alter Orites
Caſibus aduerſis protatus vbique reſiſtit:

Ter-

m) hinc n) Hic

43. *Galactis* ſiue *Galactites*. 44. *Orites*.

Tertius afferitur famae grauioris Orites,
Altera pars cuius crebris nimis aſpera clauis,
Altera laeuior eſt, o) duri quaſi lamina ferri,
Hic facit appenſus ne fiat foemina praegnans:
Aut vt ſi praegnans fuerit, cito fundat abortum.

45. Tollitur ex oculis lapis extollendus Hyaenae,
Dictus Hyaenia, quam veteres (ſi credere dignum)
Fatidicum numen memorant inferre gerenti,
Quo queat imbutus praedicere quaeque futura,
Sub lingua lotus ſi contineatur in ore.

46. Partibus in Lybicis lapis eſt p) Liparaea vocatus,
Ad quem ſponte ſua properat genus omne ferarum,
Quas venatorum ſueuit labor exagitare.
Non eget ergo canum curſu, curaue ſagaci,
Saltus perluſtrans, lapidem qui geſſerit iſtum;
Sternendae ſatis eſt venabula tollere praedae.

47. Perpetui fletus lacrymis diſtillat Enydros,
Quae velut e pleni fontis ſcaturigine manant,
Cuius naturae graue ſit deprendere cauſam:
Nam ſi decurrit lapidis ſubſtantia, quare
Non minor efficitur, vel non omnino liqueſcit?
Sin ros exterior deſcendit ad interiora,
Vt ſemper refluat, cur ſe non impedit ipſum,
Scilicet ingrediens contrarius egredienti?

48. Irin dant Arabes, ſed gignit eam mare rubrum
Cryſtallo ſimilem, cuius ſexangula forma
Clara luce micans, fert cauſam nominis huius;
Nam ſi ſub tecto radiis ſit ſubdita ſolis,



o) corpus p) Liparis vocitatus

45. *Hyaenia.* 46. *Liparaea* ſiue *Liparis.* 47. *Enydros.* 48. *Iris.*

Proximus inficitur paries, varioque colore
Arcus coelestis depingit vtrinque figuram.

49. Androdamanta (lapis formae quasi tessera quadrae)

Dicunt argenti repraesentare nitorem:
Cuius durities quasi durities Adamantis.
Ipse maris rubri mixtus reperitur harenis.
Quem Magus affirmat tantae virtutis haberi,
Vt possit praesens animos sedare calentes.

50. Auertens oculis morbos Ophthalmios omneis
Asseritur furum tutissimus esse patronus,
Ac circumstantes obducta nube patronus,
Vt spoliare domos possint impune latrones.

51. Tollitur e conchis species memoranda marinis,
Vnio dictus ob hoc, quod ab vna nascitur vnus,
Nec duo, vel plures vnquam simul inueniuntur.
Cuius ad ornatum laudatur candida forma,
Quod deceat vestes, deceat nihilominus aurum.
Conchae temporibus certis referuntur hiantes
In coelum, patulae rores haurire supernos,
Ex quibus orbiculi candentes concipiuntur:
De matutino fit clarior Vnio rore;
Ros vespertinus foetus solet edere fuscos,
Et iuuenes conchae dant baccas candidiores,
Obscurat foetus q) concharum grandior aetas.
Quanto rorantis fuerit plus aëris haustum,
Tanto maiorem gignit roratio baccam.
Vltra seminucem r) concrescere nulla putatur.
Quod si celsa micent tonitru conuexa corusco,

Con-

q) baccarum r) sed crescere

49. *Androdamas.* 50. *Ophthalmius.* 51. *Vnio.*

Conchae diffugiunt subita formidine clausae.
Sic intercepto conceptio deperit haustu,
Et fit abortiuum, quod coeperat inde creari.
Insignes baccas praedam maris India [s]) gignit,
Gignit et insignes antiqua Britannia baccas.

52. Pantheron multos testantur habere colores:
Nam niger et rubeus, viridis, pallensque videtur,
Purpureus, roseusque simul sparsique coloris.
Hos habet, et vario distinctus schemate vernat:
Expedit hunc orto quam primum sole videri,
Vt victor possis omnes exire per actus:
Ipso namque die poterit te vincere nemo.
Pantheram patet esse feram diuersicolorem,
India quam gignit, cuius pauefacta leonum
Voce fugit rabies, quam bestia contremit omnis:
Huius ad exemplar sic est lapis iste vocatus.

53. Apistos nigri non vltima gemma coloris,
Ad gratam speciem rubeis interlita venis,
Pondere maioris mensuram corporis aequat.
Hanc, semel admoto si ceperit igne calorem,
Testantur calidam septem durare diebus.

54. Chalcophonus pulsata refert tinnitibus aera,
Qui si tractetur reuerenter corpore casto,
Vocis dulce melos aiunt conferre gerenti,
Et ne raucescant, liquidas defendere fauces.
Hic etiam nigrum perhibetur habere colorem.

55. Infantum cunas virtute sua Molochites
Protegit, et casus abigit quoscunque sinistros,

Ne

s) mittit

52. *Pantherus.* 53. *Apistos.* 54. *Chalcophonos.* 55. *Molochites.*

Ne teneros artus pars possit iniqua nocere.
Dat lapidi precium virtus cumulata decore:
Crassum quippe virens similis solet esse Smaragdo.
Hunc Arabum gentes prius inuenisse feruntur.

56. Tecolithos nucleo similis perhibetur oliuae,
Aspectu vilis, naturae vi preciosus.
Namque solutus aquis, et ab his quibus expedit haustus,
Dicitur esse potens, lapidosos soluere renes,
Vesicaeque simul purgare dolentis harenas.

57. Cui fuluus color est, cui nomen ab igne Pyrites,
Se vetat astringi, pertractarique recusat,
Tangi vult leuiter, pauidaque manu retineri,
Nam pressus, nimium digitos stringentis adurit.

58. Diadochos per quam responsa petentibus aptus,
Daemonis effigies varias ostendere fertur;
Nec lapis est alius, qui fortius euocet vmbras:
Sed si defuncto quis forsitan applicet illum,
Protinus asseritur solitas amittere vires:
Namque sacer lapis est, et quae mors sternit, abhorret;
Hunc autem perhibent similem fulgore Beryllo.

59. Nigra micat rubeis Dionysia consita guttis;
Hanc in aqua tritam vinum flagrare loquuntur;
Et tamen ebrietas ipsius odore fugatur:
In quo naturae solito nihil ordine currit,
Dum lapis ex lympha vini producit odorem,
Quamque creare solet vinum fugat ebrietatem.

60. Ast t) Chrysolectrus similis describitur auro,
Cuius ad electrum color inclinare videtur.

Hic

t) Chryselectrus

56. *Tecolithus.* 57. *Pyrites.* 58. *Diadochos* siue *Diadocus.* 59. *Dionysias.* 60. *Chrysolectrus.*

Hic matutinis viſu iocundior v) horis,
Diſſimilem ſpeciem poſt aſpicientibus offert,
Cuius materies rapidiſſima dicitur ignis:
Nam cito vicino correptus flagrat ab igne.

* Anulus vt gemmam digitis aptandus haberet,
Dicitur inprimis feciſſe Prometheus vſum,
Caucaſeae rupis quem fragmina x) lucida ferro
Incluſiſſe ferunt, digitoque recepta tuliſſe.
Aetas poſterior iunxit praecioſa metalla,
Et lapides caros adiecit, et inſuper artem
Inſuetamque manum triplici veſtiuit honore.
Sed fraus intactum quia nil humana relinquit,
(Inuida naturam dum ſcilicet ars imitatur)
Veras a falſis labor eſt diſcernere gemmis,
Callida quas didicit y) vitro ſimulare doloſo,
Dum veram ſpeciem mentitur adultera forma.
Inde fit, vt virtus gemmarum nulla putetur,
Ignaros quoties tentata probatio fallit.
Sed veras ſpecies (fuerint ſi rite ſacratae)
Effectus miri procul ambiguo comitantur.

## MARBODAEI

*ſiue potius incerti autoris verſus aliquot hactenus deſiderati.*

*α.* Capnites ſpecie cryſtallinus optima gemma
Facundos faciens, curansque potenter hydropem,
Magna ſui gerulis eſt virtus et medicina.
Reddit formoſos, et cunctas mitigat iras.
Pellit et ipſe metus, fit gratia ſe comitanti.

β. Magna

v) auris x) ſcrupea y) vultu

* *De anuli lapidumque repertore.* *α. Capnites.*

β. Magna ſalus oculis Ophthalmius eſſe probatur:
Sed fures vtuntur eo, et quos nemo tenere
Hoc praeſente poteſt, cur hoc ſit, nouerit autor.
γ. Obſianus lapis eſt, incerta repellere ſemper
Somnia qui potuit, ſecurus eo comitante,
Qui dormire poteſt, non illum ſomnia fallunt.
δ. Ignites lapis eſt, cui ſubuitreus color eſſe
Cernitur, et mundus, qui fluxum ſanguinis omnem
Stringere conſueuit, tantum ſit fronte ligatus.
Infirmos aliena loqui vetat haec quoque gemma:
Verrucas naeuosque fugat, Stygesque malignas
A pueris arcet, quorum ſitiere cruorem.
Conflagrare vides incendia forte domorum,
Si tamen hunc adhibes, incendia ſponte quieſcunt.
ε. Diadochos ſpecie, ſimilisque colore Beryllo,
Plus omni ſpeculo probat effigies ſpeculantum:
Et nullus lapidum tantum medicatur aduſtis.
Hic vbi defunctis adhibetur, ſiſtere fertur
A virtute ſua, ſit hebes, neque lenit aduſtos.
ζ. Exebenus lapis eſt albus, ſatis et ſpecioſus.
Hac gemma manus aurificum dum lympidat aurum,
Nil magis appreciat, nil illi charius illa.
Haec valet ad ſtomachum, ſi ſit conſperſio facta
Cum vino vel aqua fractae de puluere gemmae,
Nouit et Exebeni vires inſanus et amens.
Conſeruat partum, cito liberat et parientem,
Si dextro femori connexus erit parientis.
η. Lingurum praegnans, lingurum ſi gerat infans,
More ſuo minus vt timeant, lingurus habebit.
Regius et morbus linguro vincitur hauſto,
Si teris in vino permixto puluere gemmae.

θ. Da-

β *Ophthalmius.* γ. *Obſianus.* δ. *Ignites.*
ε. *Diadochos.* ζ. *Exebenus.* η. *Lingurus.*

ϑ. Daphnius eximius facit vt lymphaticus omnis,
Se praeſente ſtatim mereatur habere ſalutem,
Daphnius aſſueuit requiem dare daemonioſis.
Daphnius ad fluxum valet et compeſcit hydropen.
ι. Mennonius morbos, languores atque tumores,
Virus et omne fugans, inimicitiasque repellens,
Facundum reddit, firmum facit atque fidelem,
Quemque ſui gerulum: vicerunt praelia reges,
Euaſere necem cauſis capitalibus acti,
Praeſide Mennonio, quem qui gerit effugit iras.
Nauita naufragium nunquam timet hoc comitante.
κ. Ipſa Galactiten lapidem natura vocauit,
Hoc a lacte trahens Graecum ſimul atque Latinum,
Lac vtrumque ſanans, in eodem nomine iunger.
Namque γάλαξ Graec, lac dicimus eſſe latine.
Foemina deficiens a lacte, per hanc ſibi gemmam
Lac ſuffire poteſt, cum mulſo puluere ſumto.
Contriti lapidis ſi foemina reſpuit hauſtum,
Vellus ouis grauidae collo circumliget illa,
Sic Galactites ſuper vdo vellere ſparſus,
Mox plenis puer vberibus lac ſugere quibit.
λ. Odontem lapidem ſi quis venator habebit,
Si latro, ſi raptor lapidem geſtauerit illum,
Pro votis ſuccedet eis: quanquam pietatis
Officiis careat, nec erit culpabilis autor
Naturae lapidumque deus, qui nil ſine cauſa
Efficit in rebus, cuius ſunt omnia facta
Ponderis et numeri manſurae ſubdita legi.
μ. Frons onagri, vel frons aſini plerumque tumeſcens,
Fert lapidem quandoque ſuum, qui pota venena,
Atque venenoſos fertur compeſcere morſus
Hunc in aqua radens, vt aquam pallere videbis,

Mox

ϑ. *Daphnius.* ι. *Mennonius,* κ. *Galactites.*
λ. *Odontes.* μ. *Lapis qui fronte naſcitur aſini.*

Mox euasuro dare ne tardes patienti.
Hunc nuce maiorem forma crispante videbis,
Atque superficie pallescere non renitere.

*ν*. Irim caelestem tricolor lapis est imitatus,
Nomine Trisutes, iuris facit esse peritos
Iste sui gerulos, regum digitos decet ergo.

*ξ*. Nascitur in Phrygia phrygius, sed hic est quasi pumex,
Pumice sed grauior: facit hunc perfusio vini
Follibus afflatum procul ignis viribus vri,
Et velut ignitum candescere siue rubere,
Fertur et extingui perfusus nectare tantum:
Vtilis iste lapis tingendis vestibus esse
Dicitur a Phrygiis fullonibus, hisque peraptus.

*ο*. Sarcophagus lapis est, qui mortua corpora fertur
Ferme quater denis consumere posse diebus.
Huius apud Troiam reperitur plurima vena.
Eiusdem generis sunt plurima saxa reperta,
Quaeque etiam erodunt viuentia corpora tactu,
Et minus obseruant, quaecunque cadauera claudunt.

*π*. Copia dat vilem, licet insignem specularem:
Hunc primum lapidem terris Hispania misit,
Nunc legimus multis regionibus hunc reperiri.
Hic effossus humo, sic fissilis extenuatur
Quaslibet in crustas, vt vitro tenuior omni
Cernatur, neque iam nisi vitrum credere possis.

*ν. Trisutes. ξ. Phrygius. ο. Sarcophagus. π. Specularis lapis.*